






18



3 2044 107 266 249

Tan  
H36









#

GENERA  
PLANTARUM

SECUNDUM

CHARACTERES DIFFERENTIALES

AD

MIRBELII EDITIONEM

REVISA ET AUCTA

EDENDA CURAVIT

D. ROMANUS ADOLPH HEDWIG

PROFESSOR BOTANICES LIPSIENSIS, SOCIETATUM BOTANICARUM  
VARIARUM SOCIUS.

---

LIPSIÆ 1806

APUD I. H. RECLAM.

RECEIVED  
ADDISON  
HARVARD  
UNIVERSITY

Apr. 1908

17847

QJ000A  
M000000  
000000  
000000

---

## PRAEMONENDA.

---

**S**pecies plantarum qui ediderunt gravissimi botanici atque extare iusserunt earum Synopsin, non dubitarunt quidem generum characteres essentielles addere, eo ut videtur consilio, quod vegetabilium disquisitores ad manus haberent succinctum et brevem differentiarum conspectum. Angustioribus autem iusto limitibus esse conscriptas, ita, ut neque ubique perspicuitatem absolutam referant, neque, qui illis uti cupiunt, perfectam et iustam notam semper supeditent ad genera disquirenda et dignoscenda. et alii botanici saepe sensere et tirones conquesivere. Neque enim, quam curavit venerandus de Schreber, generum editio omnibus ad manus versatur et si esset, nunc non cuncta vel nuperrime detecta vel disquisitione fideliori vegetabilium enata genera comprehendit. Nam cotidie botanicorum sagacissimorum et strennissimorum disquisitione et perseverantia nova indagantur, numerusque dirimitur et augetur et cumulatur. Hinc generum editionem quoad characteres essentielles veras et genuinas ordinare gravem esse laborem facile intelligitur, imprimis quum non unius sit, omnia vidisse et perlustrasse, vel omnia et infinita disciplinae volumina perlegisse et invicem contulisse: scilicet quod auctores vegetabilia variis temporibus observarint et descripserint, unde discrepan-

crepantia et incerta oriri debet notitia, aut non partes omnes essentielles inflorescentia, instante et absoluta, vel inde a germinandi tempore notarint; tandem partium aut rerum novarum studio flexiliorum induxerint. Inter ea non dubitavi hanc generum editionem curare, necessitatis obsequio, disciplinae studio fideli, imo amicorum cohortatione ductus, imprimis quum ad hunc gravem laborem et Lamarkii et Mirbelii opus anno 1803. Parisiis editum, \*) animum meum non excitaret sed incitaret, quod potius augere non emendare volui.

Jam etsi in adornanda hac editione Linnei sequendum erat systema sexuale, rationali constructione et harmonia amabili facile primum et praestantissimum, tamen non dubitavi gravissimorum botanicorum emendationes suscipere et in usum referre quasdam classium natura ipsa iubente remotiones. Diu enim iam incerta erat polyadelphia, et polygamia potius respuebat veram veri systematis normam, ita, ut ante me summi extiterint viri qui easdem supprimerent. Arbitror etiam quemque experientia esse edoctum quantis fallaciis variae systematis Linnei quotque erroribus superstructae fuerint classes, classium ordinumque genera: quae cum accuratius perlustratis vivis in locis natalibus ceptis, exemplaribus perspicerent fidelissimi nostrae aetatis botanici plura refutata sunt, reliqua dies revelabit, ubi probis viris cordi erit veritatis studio naturam incedere arctissimo invicem amicitiae et hospitii vinculo; tunc enim, spes laetissima affulget, Linnei systema genuinum erit et purum extitutum.

Sed quum huius systematis classes quaedam naturales quasdam teneant familias sociali hospitio  
con-

---

\*) Histoire naturelle des Vegetaux, tomus III.

connexas: non vituperandus esse arbitror, qui in hac generum editione obsequutus sum praeter sexuale et systema naturale. Nam quae a Laurenbergio, Scopolio, aliis, hanc in rem suscepta suscipiuntur, a Jussieus fere perfecta, certe fini proprius ducta admirantur. In quo systemate summi viri ordines, natura ipsa iubente, sibi invicem succedere, et familias tribusque affabili modo ita vestigia sua legere voluerunt, ut mitissimo incessu classis classem, ordo ordinem, genera genus suscipiat, atque adeo ubi transitus facillimus non esse videatur, arbitrandum sit, coniunctionis membra adhuc ignota latitare. Quum autem in eo labores impendam, hoc systema proxime disquisitionibus variis illustrare et in usum communem juvenibus disciplinae nostrae studiosis aptum commendare, et vel vindicare contra Sprengelii aliorumque obiurgia vana et inepta; hoc unice addam omnia quae extant systemata sive artificialia sint sive naturalia ea propter perfecta et absoluta non esse posse, quod vel propriam naturam atque indolem vegetabilium omnium botanici nondum accurate satis investigarint, vel in tanto et fere indefinito detectorum numero flexiloquantur, vel in terminologia dissentiant, vel partium studio sui que ipsius amore novarumque rerum indulgentia ducantur; ita, ut Jussieui systemati potius laudes quam vituperia inducat, quod aut plurima genera his illisque familiis affinia proponat vel statuatur adhuc alia multa sedis incertae.

Equidem patris desideratissimi mei vestigia legens non dubitavi quosdam terminos varios, licet non omnes, ne plane inusitata vel nova inducam, adhibere, imprimis quibus uti debere ipsius naturae iussu vel accuratiori partium et fideli disquisitione arbitratus sum. Sic fasciculum ductulorum nominavit partem, quam vulgo nervum appellant: truncum (vel corpus cl. Humboldti) superficiale, subterraneum etc. quae pars auctori-  
bus



bus audit radix; sporas, quibus nomen est semina, et cet.; atque saepius, imprimis in addendis Jussieum sequutus sum, qui, secundum veram definitionem calycis et corollae, contra consuetum morem hos terminos adhibuit e. g. in irideis liliaceis etc. vel pro ortu harum partium. Denique Gaertneri auctoritatem quoad albumen sporarum retinui, ubi Jussieus voce perisporii usus est.

Caeterum iam laboribus prelio subditis ad manus venit Jaume St. Hilaire „*exposition des familles naturelles et de la germination des plantes*“ Parisiis 1805. Aureum sane et praestantissimum opus, cui plurima, et neglecta in addendis, debeo.

Tandem varia genera suspecta quidem esse arbitratus sum; sed praeterire nolui; huc pertinent Aubletii et Loureïri quaedam, aliaque ab observatoribus imperfecte descripta anthesi vel absoluta vel instante, quo pertinent Ruizi et Pavonis varia; sed et horum gravissimorum virorum observata dies revelabit curiosiori peregrinationi et diligentiori in veritatem perseverantia, imo arctiori botanicorum vinculo.

Equidem si boni quid in communem utilitatem his laboribus retulerim iudices probi sedeant botanici dilectissimi; quos rogatos esse volo, ut ad continuandam prospere opellam observata sua benevoli communicent. Dabam Lipsiae ante Id. Maji MDCCCVI.

R. A. Hedwig.

---

---

# CLASSIS PRIMA.

---

## MONANDRIA.

### MONOGYNIA.

#### I. Fructu infero, mono-triloculari.

1. CANNA, (BASILIER) LINN. LAMARK, tab. I, (Scitaminea \*) *Calyx* coloratus, brevis, trifidus; (triphyllus PERS.) *corolla* hexapetata, (sexpartita PERS.) petalis quinque rectis, sexto extrorsum revoluto; *stylus* lanceolatus corollae adnatus; *capsula* muricato scabra, trilocularis, triangularis \*\*) *Nectarolyma* bipartitum, revolutum (petalum sextum?)

2. HELLENIA, (HELENIE) RETZ. WILLD, HERETIERA RETZ.; LANGUAS KÜNIG. (Scitaminea).  
*Calyx*

---

\*) SCITAMINEAE Juss. genera: sunt plantae caule herbaceo, petiolis vaginantibus tecto, foliis nervosis; junioribus convolutis; floribus spathaceis, filamentis ad styli basin insertis; stamina duo in Globba P.

\*\*) Immortalis PROF. VAHL in praefat. ad Vol. I. enumerationis plantarum, Havniae 1805. pag. 10. jussit hanc aliaque Scitaminearum familiae genera ad Classem Gynandriam recedere, quum, teste ipso Linnaco Philos. bot. 68. et fide Richardi, Desfontainii, aliorum, vel stylus minus plusve cum filamento cohaereat, atque tyronum multi Cannam aliasque hujus familiae plantas inter Gynandriam ipsam investigarent. cf. et PERSOON synopsis. plant. 1805. p. 1.

*Calyx* spathiformis, campanulatus, bifidus, fissuris inaequalibus; *corolla* limbo duplici, exteriori subtrifido, *Nectarolyma* diphyllum aut bifidum; *capsula* inflata, coriacea, trilocularis, subglobosa.

3. CATIMBIUM, (CATIMBAN) JUSS. GLOBBA \*) LINN. RENEALMIA LINN. et PERS. (Scitaminea); *Calyx* monophyllus tubulosus, bi-tridentatus, dentibus inaequalibus, trifidusque, *Corolla* tubulosa, trifida, superioribus fissuris duabus truncatis infra nectarilymate oblongo munita, basi bi-dentata, supra triloba, ad mediã antherifera; *bacca* umbilicata, carnosã.
4. AMOMUM (AMOME) LINN, LAM, tab 2. (Scitaminea) *Calyx* trifidus, inaequalis, cylindricus; *Corolla* tripartita, patens, inaequalis; *Nectarolyma* bilabiatum, erectiusculum; *capsula* baccata, tri-ocularis.
5. HORNSTEDTIA, (HORNSTEDTIE) RETZ. WILLD. AMOMUM, KÖNIG. (Scitaminea). *Calyx* bifidus; *Corolla* tubulosa, tubus longus, filiformis; limbus duplex, exteriori tripartito, trifidoque; *Nectarolyma* tubulosum; *capsula* trilocularis, oblonga.
6. HEDYCHIUM, (GANDASULE) KOENIG. LAM. (Scitaminea). *Calyx* monophyllus, tubulosus, membranaceus, duplex, quinquepartitus; *Corolla* tubulosa, tubo longissimo, limbo duplici, trifido; *Nectarolyma* diphyllum; *stylus* longissimus; *Fructus*....?
7. COSTUS, (COSTUS) LINN. AMOMUM LAM. (Scitaminea) *Calyx* trifidus, gibbus; *Corolla* bilabiata tripartita, ringens; *Nectarolyma* bilabiatum, labio inferiori latissimo, maximo, trilobo; *Capsula* (bacca? PERS.) trilocularis, angulosa.
8. ALPINIA, (ALPINIA) LINN. AMOMUM LAM. (Scitaminea) *Calyx* tubulosus, tridentatus, aequalis, brevis; *Corolla* tubulosa, basi ventricosa, sexfida; fis-

---

\*) *Globba* PERSOON Synopsis, No. II.

- suris interioribus brevioribus; (tripartita aequalis PERS.) *Nectarolyma* bilabiatum, labio inferiori patente; *Capsula* trilocularis, polyspora.
9. MYROSMA, (MYROSME) LINN. (Scitaminea) *Calyx* duplex; exterior triphyllus, interior tripartitus; *Corolla* irregularis quinquepartita; *Capsula* trigona, trilocularis, polyspora.
10. MARANTA, (MARANTA). GALANGA LINN. LAM. tab. 1. DONAX LOUREIR. *Calyx* triphyllus; *Corolla* trifida; fissuris tribus exterioribus maioribus; *Nectarolyma* tripartitum, lacinia tertia superiori latere antherifera; *drupa* nucem mono-dispora (*Capsula* 1. locularis, 1. spora. PERSOON. Synops. p. 3.)
11. CURCUMA, (CURCUMA) LINN. (Scitaminea) *Spatha* minima; *Calyx* bifidus; *Corolla* tubulosa, quatri-loba, lobo altero interiori, et maiori; *filamenta* quatuor sterilia, *Antherae* basi bicalcaratae, *Capsula*, trilocularis, polyspora.
12. KAEMPFERIA, (ZEDOIRE) LINN. LAM. tab. 1. (Scitaminea) *Calyx* monophyllus, ad summum obsoletus; *Corolla* tubulosa sexpartita, laciniis tribus alternis maioribus lanceolatis patentibus ovalibus; una inferiori bifida, maiori; *Stigma* bilamellatum, *Capsula* trigona, trilocularis, polyspora.
13. THALIA, (THALIA) SCHREB. WILLD. (Scitaminea) *Calyx* triphyllus; *Corolla* pentapetala, petalis duobus interioribus minoribus; *Nectarolyma* petaliforme, lanceolatum, concavum; *drupa* oblonga, continens nucem unilocularem.
14. PHRYNIUM, (PHRYNE) WILLD. PHYLLODES LOUREIR. PONTEDERIA SWARZ (Scitaminea) *Calyx* triphyllus; *Corollae* petala tria, aequalia, tubo nectarolymatis adnata: *nectarolyma* monophyllum tubulosum, tubo filiformi, limbo quatripartito; *Capsula* trilocularis; *nucēs* tres\*).

---

\*) Hoc loco locum tenere videtur novum WENDLANDI genus, quod condidit in Serti, Hannoverani Vol. I.



II. *Fructu infero, 4. loculari.*

15. **LOPEZIA**, (LOPEZIA) CAVANN. (Epilobiacea) *Calyx* coloratus, caducus, tetraphyllus; *Corollae* inaequalis petala tria (secundum VENTENAT; sed sec. CAVAN. et VAHL quinque) duo lateralia, plana, obtusa; uno inferiori reflexo, ad summum emarginato, breviori; *filamenta* tria (sec. VENTEN; sed sec. CAVANN. unum) quorum duo petaliformia, sterilia, (petala sec. CAVAN.); *Capsula* quatrilocularis, quatrivalvis, globosa, polyspora.

III. *Fructu superiori.*

16. **PHYLIDRUM**, (PHYLIDRE) BANCKS, GAERTNER; **GARCINIA** LOUREIR. *Spatha* uniflora, monophylla; *Calyx* nullus; *Corolla* tetrapetala, irregularis, incompleta, *petalis* duobus exterioribus maioribus; *Capsula* trilocularis, polyspora.
17. **VOCHISIA**, (VOCHY) JUSSIEU, LAMARK ill. t. 35. **VOCHY** AUBL. **CUCULLARIA** SCHREB. VAHL. (PERS. p. 4.) (planta ex ordine indeterminato) *Calyx* minimus inaequalis, quatrilobus; *Corolla* tetrapetala, irregularis, *petalis* calyci insertis, quorum alterum superius, majus, basi calcaratum, inferius alterum magnum, non calcaratum; duo interiora minima; breviora linearia; *filamentum* petaliforme, membranaceum, antheris duobus loculis discretis; Fructus...
18. **QUALEA**, (QUALIER) LINN. LAM. tab. 4. (ex ordine indeterminato) — *Calyx* coriaceus, inaequalis, quatripartitus; (tetraphyllus VAHL. foliolo unico majori basi calcarato); *Corolla* *petalis* duobus in aequalibus, superiori ad basin calcarato; *Fructus* globosus, monolocularis, polysporos.

---

fasciculo IVto. **ZERUMBET** (Scitaminea), flos superus, spathiacus; *Corolla* tubulosa, papilionacea, tetrapetala; *filamentum* unum; bacca trilocularis, polyspora.



19. **USTERIA**, (USTERIE) SCHREB. MONODYNAMIS GMELIN. — *Calyx* quatridentatus, dente altero laciniae ad instar reliquis multo majore; *Corolla* infundibuliformis, quatridentata; *Capsula* compressa, monolocularis, dispora; *Sporae* aristatae.

IV. *Fructu monosporo.*

20. **BOERHAAVIA**, (BOERHAAVE, TASSOLE) LINN. LAM. tab. 4. (*Nyctaginea*) (PERSOON. Synopsis p. 36. ad Class. III. 1. retulit.) *Calyx* nullus, (Cal. margo tubuloso obconicus, integerrimus PERS.) *Corolla* campanulata, monopetala, plicata, infera, ovario inserta, quinquefida; fissuris obtusis; (Fructus tuberculatus); *Spora* unica basi corollae texta. (Stamina 1. 2. 3. 4. et 10. PERS.) (VAHL ad hanc classem nonnullas Boerhaviae species referri jussit. Caeterum *Boerhaviae* ad classis diandriae monogyniae plantas flore completo infero monopetalo retulit; PERSOON in enchir. ad classem tertiam.)
21. **SALMONEA**, (SALMONEE) VAHL. LOUREIR. — *Calyx* inferus, compressus, quinquefidus, laciniiis subulatis; *Corolla* formata e lamella oblonga, in tubum cylindricum trifida, fissuris longitudinaliter conniventibus; limbi laciniae rotundatae media longior, cucullata; *Ovarium* subrotundum, compressum; *stylus* inflexus, medio ventricosus; *Stigma* crassiusculum; *Capsula* (*Silicula* LOUREIR) compressa, bilocularis, scabra, monospora.
22. **POLLICHIA**, (POLLICHE, Pollique) AIT. LAM. NECKERIA GMELIN. — *Calyx* monophyllus, quinquedentatus; *Corolla* nulla; (pentapetala VAHL) *Spora* una, basi squamato calycis inclusa, et affixa medio squamae baccatae, receptaculo inservienti; (*Receptaculum* squamae baccatae, aggregatae, fructum elevantes VAHL).
23. **SALICORNIA**, (SALICORNE) LINN. LAM. tab. 4. (Chenopodiaceae) *Calyx* ventricosus, tetragonus; triun-

truncatus, integer; *Corolla* nulla; *Stigma* bifidum; *Spora* unica in fundo calycis inflati.

24. **HIPPURIS** (PESSÉ) LINN. LAM. tab. 5. (Fluviatilis) — *Calyx* (sec. LINN. nullus) obsoletus, integer; (*Calycis* margo bilobus VAHL); *Corolla* nulla; *Stigma* simplex; *nux* una, unilocularis, monospora, infera.

25. **LACISTEMA**. (LACISTEME) SW. WILLD. PIPER. BERG. NAEMATOSPERMUM RICHARD. — *Amentum* tectum squamis imbricatis, concavis, unifloris; squamulis duabus linearibus, lateraliter cuique squamae adpositis; *Corolla* quadrifida; *filamentum* bifidum ad medium nectarolymatis positum; (*Capsula* baccata pedicellata, monocularis, monospora, latere dehiscens; *Spora* evalvis filipendula pedicellata — VAHL ad monandriae trigynias retulit.)

### DIGYNIA.

26. **CORISPERMUM**, (CORISPERME) LINN. LAM. tab. 5. (Chenopodiacea) *Calyx* nullus; *Corolla* diphylla; (al. *Calyx* diphyllus, cor. nulla, VAHL). *Spora* unica, elliptico ovalis, compressa, (convexo plana VAHL) nuda.

27. **CALLITRICHE**, (CALLITRIC) LINN. LAM. tab. 5. — *Calyx* inferus, diphyllus; *Corolla* nulla; *Capsula* membranacea, marginata, tetragona, bilocularis tetraspora; (*Flores* nonnullis monoici PERS).

28. **BLITUM**, (BLITE) LINN. LAM. tab. 5. (Chenopodiacea). *Calyx* trifidus; *Corolla* nulla; *Spora* una, calyce succulento et baccato inclusa.

29. **CANNA**, (CINNE) LINN. (e familia graminum.) — *Gluma calycis* uniflora, bivalvis, inaequalis; *corollae* gluma bivalvis, valvula exteriori ad summitatem mucronata; *spora* unica, cylindrica.

30. **JARAVA**, (JARAVA) RUIZ et PAVON. (e familia graminum) *Calyx* gluma uniflora, bivalvis, val-

vilis inaequalibus; *Corollae* gluma univalvis, minor, papposo aristata, ad basin pilis copiosissimis cincta; *spora* una, oblonga. (*Alopecuri* genus redire videtur \*).

## CLASSIS SECUNDA.

### DIANDRIA

#### MONOGYNIA.

##### I. Flore infero, monopetalo, regulari.

31. NYCTANTHES, (NYCTANTHE) LINN.  
LAM. tab. 6. (e fam. pll. Jasmini) *Calyx* integer; *Corolla* hypocrateriformis; laciniis quinque oblique truncatis emarginatis; (quinque-octofida); *capsula* compressa, marginata, cordiformis, bilocularis, bipartibilis, loculis monosporis.
32. MOGORIUM, (MOGORI) JUSSIEU, LAM.  
tab. 6. NYCTANTHES LINN.; JASMINUM WILLD.  
(e famil. pll. Jasmini) — *Calyx* octofidus; *Corolla*

\*) Sub hac Monandria, ord. Monogyniae, Classe Hippolit. RUIZI et Jos. PAVONIS, (auctorum praestantissimorum florae peruvianae et Chilensis prodromi ed. 2da auctior. et emend.; Romae 1797.) apud PERSOONIUM in enchir. desidero genus AGOSTA, cujus charact. generis differentialem, hanc constituerunt: *Calyx* subbilabiatu, contortu; *nectarolyma* conico carinatum, antheriferum; *pomum* quinqueloculare: *anthera* ut in cucurbitaceis, undulata,

hypocrateriformis, octofida; *bacca* regulariter didyma, vel dicocca, trilocularis, dispora (distinctum genus ob constantem octenarium laciniarum numerum).

33. JASMINUM, (JASMIN) LINN. LAM. tab. 7.; (e familia pl. Jasmini) — *Calyx* quinqueidentatus, aut quinquefidus; *Corolla* hypocrateriformis, quinqueoctofida; *bacca* bilocularis, dispora, dicocca; *Sporae* solitariae, arillatae.
34. SYRINGA; (LILAC.) LILAS. JUSS. LAM. tab. 7. (e famil. plantt. Jasmini). — *Calyx* quatridentatus; *Corolla* infundibuliformis, quatrifida; *Capsula* ovalis, oblonga, bilocularis, bivalvis, dispora; *Sporae* membranaceo alatae. (margine membranaceo cincta VAHL.)
35. FORSYTHIA, (FORSITHIE) VAHL. SYRINGA THUNB. Japon. RENGIO KAEMPF. DECUMARIA LINN. WALTER — *Calyx* quatripartitus, laciniis lanceolatis; *Corolla* campanulata, quatrifida, fissurae ad medium; fructus — — ? (Genus jam WILLDENOVIO a Syringa distinguendum.)
36. LIGUSTRUM, (TROENE) LINN. LAM. tab. 7. (e familia plantt. Jasmini) — *Calyx* brevissimus, minimus, quatridentatus; *Corolla* quatrifida; *bacca* globosa, monolocularis, (bilocularis, loculis disporis VAHL) tetraspora.
37. PHILLYREA, (FILARIA) LINN. LAM. tab. 8. (e familia plantt. JASMINI) *Calyx* minimus, quatridentatus; *Corolla* quatrifida, tubo brevissimo; *Drupa* baccata, globosa, bilocularis; loculis monosporis; una saepe abortiva; putamine chartaceo; *Sporae* solitariae.
38. OLEA, (OLIVIER) LINN. LAM. tab. 8. (e familia plantt. Jasmini) *Calyx* quatridentatus, *Corolla* quatrifida, laciniis subovatis; *drupa* ovalis, putamine osseo, nuce uni-biloculari, mono-di-trispora, altera saepe abortante.



39. ORNUS, (ORNE) MILL. *Calyx* quatripartitus; *Corolla* quatripartita, petalis longis ligulatis, *filamenta* longa; *nux* alata.
40. CHIONANTHUS, (CHIONANTHE) LINN. LAM. tab. 9. (e familia plant. Jasmini) *Calyx* quatridentatus; *Corolla* quatrifida, laciniis longissimis linearibus; *drupa* ovoidea, putamine osseo striato, nucleum continens unilocularem, monosporum, striatofibrilloseum.
41. FONTANESIA, (FONTAINESE) LABILLARD. LAMARK tab. 22. (e fam. plant. Jasmini) *Calyx* inferus, quatripartitus; *Corolla* quatripartita, laciniis duabus profundius incis (petata duo, unoquoque in duas lacinias diviso LABILL.); *Capsula* compressa, membranacea, bilocularis, non dehiscens; loculis monosporis. (VAHL retulit ad plantas flore completo, infero, polypetalo.
42. PIMELEA, (PIMELEE) SMITH. LAM. tab. 9. BANKSIA FORST. PASSERINA. LINN. SWARZ. — *Calyx* nullus; *Corolla* infundibuliformis, tubulosa, quatrifida; *stamina* inserta corollae fauci; *nux* superior, corticata, unilocularis, monospora. (VAHL retulit ad plantas flore incompleto, ante *Margaricarpum*.)
43. ERANTHEMUM, (ERANTHEME) LINN. LAM. tab. 7. (pyrenacea) — *Calyx* quinquefidus; *Corolla* quinquefida fere regularis, tubo filiformi, medio curvato; *antherae* extra tubum corollae; *Stigma* simplex; *Fructus* capsula polyspora.
44. MAYTENUS, (MAYTENUS) FEVILL. Chil. MOLIN. hist. n. Chil. Juss. VAHL. — *Calyx* quinquelobus, monophyllus, minimus; *Corolla* campanulata, integra; *stigma* simplex; *Capsula* parva, compressa, ovata, bivalvis bilocularis, dispora, marginibus dehiscens; *Sporae* ovato oblongae, imo loculo affixa. FEVILLER et JUSSEU.



45. HOPPEA, (HOPPEE) WILLD \*). *Calyx* quadripartitus, aequalis; *Corolla* cyathiformis, quadrifida, laciniis revolutis; *Capsula* unilocularis, bivalvis, polyspora \*\*).
46. CARANGA, (CARANGE) VAHL. JUSS. — *Calyx* bivalvis, valvula altera minori; *Corolla* calyci brevior, monopetala, lobo inferiori latiori; *stamina* duo eodem lobo inserta: *ovarium* superum; *stylus* unicus; *Capsula* calyce tecta, bivalvis, valvulis dissepimento ovali parallelis, bilocularis, polyspora. JUSSIEU.
47. GALIPEA, (GALPIER) AUBLET. (e familia plant. ordinis indeterminati) *Calyx* tubulosus, tetrapentagonus, quatri-quinque dentatus; *Corolla* hypocrateriformis, profunde quatri-quinquepartita, subinaequalis; *stamina* quatuor; duobus brevioribus, sterilibus; *ovarium* subpentagonum; *stigma* quatrissulcum; *Fructus*... (VAHL retulit ad sequentem et secundum ordinem, post *micranthemum*).
48. ROETTLERA, (ROETTLERE) ROETTLER in epistolis ad VAHL. — *Calyx* monophyllus, pilosus, corolla brevior, coloratus, laciniis lanceolatis persistentibus; *Corolla* monopetala campanulata; *tubus* nullus; *faux* inflata, incurvata; *limbus* quinquefidus, laciniis subaequalibus; *stamina* quatuor, filamentis e fundo corollae ortis, brevibus, incurvatis, quorum duo superiora sterilia: *antherae* didymae; *ovarium* ovatum; *stylus* filiformis, staminibus longior; *stigma* simplex; *capsula* ovata, acuminata, bivalvis, polyspora.

II. *Flore infero, monopetalo, irregulari; fructu capsula aut bacca.*

49. PAE D E R O T A, (P E D E R O T E) LINN. LAN. tab. 13. WULFENIA Jacq. VAHL. (Perso-  
nata

\*) Nova acta Societat. Nat. scrutt. Berol. Tom. III. 1801. et Heyne Term. bot. tab. 30. f. 3.

\*\*) VAHL in aureo suo opere monandriae monogyniae inseruit, et ad ordinem flore completo infero militare jussit.

- nata \*). *Calyx* quinquepartitus laciniis linearibus; *Corolla* ringens, tubulosa, bilabiata; labium superius integrum, aut emarginatum; inferius trifidum; (quatrifida. Pers.); fauce nuda; *capsula* bilocularis, quatrivalvis, polyspora. (VAHL post Justitiam sistere jussit).
50. VERONICA, (VERONIQUE) LINN. LAM. tab. 13. (e fam. plant. rhinanthoideum) *Calyx* quatri-quinquepartitus; *Corollae* limbo quatripartito, lacinia infima angustiori; *Capsula* ad summum emarginata, bilocularis.
51. GRATIOLA, (GRATIOLE) LINN. LAM. tab. 16. (personata) *Calyx* heptaphyllus; foliola duo exteriora patula; *Corolla* irregularis, resupinata, quatriloba, lobo superiori emarginato; *staminum* filamenta duo sterilia; *stigma* bilabiatum; *capsula* bilocularis.
52. COLUMELLIA, (COLUMELLE) RUIZ. et PAVON. *Calyx* quinquepartitus; *Corolla* rotata; *antherae* reniformes, plicatae; *Capsula* didyma, bivalvis, valvulis duplicatis bilocularis. (VAHL ad plantarum flore incompleto supero, ubi *Circaea*, ordinem amandavit).
53. SARMIENTA, (SARMIENTE) RUIZ. flor. peruv. URCEOLARIA FEVILL. — VAHL. — *Calyx* inferus quinquepartitus, laciniis quatuor aequalibus, quinta latiori emarginata; *Corolla* urceolata, tubulosa, tubo superne ventricoso, basi angustissimo, fauce coarctato, limbo quinquefido laciniis aequalibus; *filamenta* quinque; tria sterilia inclusa; duo fertilia exserta; *Capsula* polyspora, unilocularis, circumscissa \*\*),
54. SANCHEZIA, (SANCHEZIE) RUIZ. PAV. flor. peruv. prodr. VAHL. — *Calyx* quinquepartitus  
laci-

---

\*) Ab hoc genere differre videtur WULFENIA *carinthiaca* JACQ. Misc. et Icon. rar. et *Paederota Wulfenia* Lam. encycl. tab. 13. f. 2. generis hac singulari discrepantia: „*Corolla* ringens, labio superiori *brevi* integro, inferiori „*stripartito*, *fauce lobata*, *capsula biloculari*.“

\*\*) Hoc genus *staminum* indole proximum est SWENKIAE.

- laciniis obtusis; *Corolla* tubulosa, quinquefida; laciniis revolutis, duabus superioribus brevioribus; *stamina* quatuor, duobus sterilibus; *antherae* calcaratae? aristatae, basi bifidae. *Capsula* oblonga, bivalvis, bilocularis (Flores involucrati).
55. CYRTANDRA, (CYRTANDRE) FORST. gen. VAHL. BESLERIA FORST. prodr. JUSTICIA LAM. — *Calyx* quinquefidus, subbilabiatus; *Corolla* irregularis quinquefida, tubata; *stamina* quatuor, quinque, quorum duo vel tria sterilia; *bacca* bilocularis.
56. SCHWENKIA, (SCHWENKE) LINN. (personata) *Calyx* tubulosus, striatus, quinquedentatus; *Corolla* tubulosa, fere regularis, fauce inflata, decemdentata, dentibus alternis glandulosis maioribus; *stamina* tria sterilia; *Capsula* bilocularis, bivalvis, polyspora.
57. GLOBIFERA, (GLOBIFERE) GMEL. MICRANTHEMUM MICHAUX VAHL. — *Calyx* quatripartitus, laciniis duabus inferioribus majoribus; *Corolla* subcampanulata, quatripartita, subbilabiata, lacinia superiori minore; *filamenta* incurva, basi appendiculata; *Capsula* subglobosa, polyspora, bivalvis, unilocularis.
58. JUSTICIA, (CARMANTINE) LAM. tab. 12. DIANTHERA LINN. (acanthoidea) *Calyx* quinquepartitus, saepe tribus bracteis munitus, vel subregularis; hinc vel simplex, vel duplex; *Corolla* irregularis tubulosa, bilabiata; labio superiori emarginato, inferiori trifido; hinc subaequalis aut ringens; *filamenta* aut mono- aut diantherifera; *Capsula* bilocularis, bivalvis elastico ungue dissiliens; dissepimentum valvis contrarium adnatum, retinaculis seminum uncinulatis.
59. ELYTRARIA, (ELYTRARIE) MICHAUX. TUBIFLORA GMEL. JUSTICIA LINN. — *Calyx* subaequalis, coriaceus, quatri-quinquepartitus; lacinia antica fissa; *Corolla* quinquefida; laciniis subaequalibus; *filamenta* quatuor, duo castrata sterilia: *stigmata* ligulata:

ta; *Capsula* oblonga, bilocularis, bivalvis, valvulis semiseptiferis. (*Scapus radicalis bracteatus*) *Sporae* dissepimento valvis contrario inferne annexae. MICHAUX.

60. CATALPA, (CATALPA) JUSSIEU. BIGNONIA LINN. (Bignoniacea) *Calyx* bipartitus; *Corolla* campanulata, lobis quatuor inaequalibus, undulatis; filamenta tria sterilia; *capsula* cylindrica, siliculosa, bilocularis, polyspora: (VAHL hoc genus non suscepit).
61. PINGUICULA, (GRASSETE) LINN. LAM. tab. 14. (Primulacea). *Calyx* campanulatus, bilabiatus, quinquefidus, irregularis; *Corolla* bilabiata, ringens, calcarata, labium superum trifidum, inferum bifidum; *Capsula* ovalis, monolocularia, polyspora.
62. UTRICULARIA, (UTRICULAIRE) LINN. LAM. tab. 14. (primulacea). *Calyx* caducus, aequalis, regularis, diphyllus; *Corolla* bilabiata, ringens, calcarata; labium superius integrum, inferius maximum; *Capsula* globosa, unilocularis, polyspora.
63. SCHIZANTHUS, (SCHIZANTHE) PAVON. et RUIZ. VAHL. *Calyx* quinquepartitus; *Corolla* irregularis, bilabiata, resupinata, labio superiori quinquepartito, inferiori tripartito; *stamina* quatuor, rudimenta duorum filamentorum sterilia; *Capsula* bilocularis, bivalvis.
64. CALCEOLARIA, (CALCEOLAIRE) LINN. LAM. tab. 15. VAHL. (personata) — *Calyx* quatripartitus, aequalis; *Corolla* bilabiata, labium superius minimum, inferius maximum, inflatum, calceiforme; *Capsula* ovata, bilocularis, semibivalvis, valvulis bifidis, polyspora.
65. BAEA, (BE'OLE) JUSS. LAM. tab. 15. VAHL (personata) *Calyx* persistens quatri — quinque partitus (subtus in medio floris), laciniis lanceolatis; aequalis; *Corolla* subringens, cymbiformis, bilabiata; *tubus* brevissimus; *labiis* planis non inflatis, superiori lato, rotund



rotundato, tridentato, inferiori emarginato, fere bifido reflexo; *stamina* incurva, breviora corollae; *Capsula* calyce longior, corniculata, torta, bilocularis, quatrivalvis, polyspora \*).

JOVELLANA, (JOVELLANE) RAVON et RUIZ. CAYAN. (personata) *Calyx* tetraphyllus; *Corolla* cymbiformis, lobis duobus fere aequalibus concavis. *Capsula* ovato-conica, bisulca, bilocularis, apice bivalvis, valvulis bifidis, polyspora — VAHL species hujus generis ad genus *Calceolariae* referri debere auctor est pag. 173. no. 1, pag. 177. no. 15. pag. 184. no. 26.

66. TAMONEA, (TAMONE) AUBLET. LAMARCK tab. 542. GHINIA SCHREB. VERBENA LINN. (pyrenacea) *Calyx* quinquefidus; *Corolla* quadriloba, lobis inaequalibus; *stamina* duo brevissima, sterilia; filamenta medio cincta squama; *bacca* sicca, calyci inclusa, nucem continens quadrilocularem, tetrasporam.

67. RAPUTIA (RAPUTIER) AUBLET. LAMARCK. t. 10. SCIURIS SCHREB. PERS. p. 30. enchir. VAHL. (planta ordinis indeterminati) *Calyx* brevis, quinquefidus; *Corolla* inaequalis, irregularis, tubulosa, curva, quinquefida, subbilabiata; lobis inaequalibus, superiori trifido, inferiori bifido, breviori; *stamina* quinque, quorum tria castrata, sterilia, villosa; *stigma* subtrilobum; *Capsulae* quinque, coelitae, uniloculares, interne bivalves, monosporae,

### III. Flore completo infero, monopetalo, irregulari; fructu gymnosporo.

68. VERBENA, (VERVEINE) LINN. LAM. tab. 17. (pyrenacea). — *Calyx* quinqueidentatus, dente quinto quasi truncato; *Corolla* infundibuliformis, irregularis, curva, quinquefida; *stamina* quatuor; *spora*e quinque.

69. STA-

\*) JUSSIEU gen. plantt. *Capsula* longe corniculata, contorta, bilocularis, quatrivalvis.



69. STACHYTARPHETA, (STACHYTARPHETA) VAHL. VERBENA LINN. JACQ. — *Calyx* tubulosus, quatridentatus; *Corolla* hypocratoriformis, inaequalis, quinquefida, curva; *staminum* quatuor duo sterilia; *sporae* duo.
70. ZAPANIA, (ZAPANE) LAM. tab. 17. VERBENA LINN. (pyrenacea). *Calyx* tri-quatrifidus; *corolla* tubulosa, irregularis, quinqueloba; *stamina* duo aut quatuor; *sporae* duae. An praecedentis generis famula?
72. LYCOPUS, (LYCOPE) LINN. LAM. tab. 18. VAHL (labiata) *Calyx* parumper tubuloso-campanulatus, quinquefidus; *Corolla* irregularis, quatrifida, tubulosa, lacinia superiori latiori, emarginata; *stamina* distantia; *sporae* quatuor, retusae.
73. AMETHYSTEA, (AMETHYSTE'E) LINN. LAM. tab. 18. VAHL. (labiata) *Calyx* subcampanulatus, quinquefidus; *Corolla* tubulosa, subaequalis, subbilabiata, quinquefida, lacinia infima patentiori et longiore, concava; *stamina* approximata; *sporae* quatuor, gibbae.
74. HOSLUNDIA, (HOSLUNDIE) THORNING. VAHL. — *Calyx* tubulosus, quinqueidentatus, monophyllus, striatus; *Corolla* ringens, calyce fere duplo longior, limbi labio superiori concavo, erecto, ovato, gibbo, inferiori hiante, trifido, recurvo; *stamina* quatuor intra calycem baccatum tubo adnata, duo brevissima, vix longitudine faucis, antheris minutissimis sterilibus; duo corolla longiora, antheris reniformibus fuscis; hinc duo fertilia; *ovarium* superum quadripartitum; *stylus* filiformis longitudine staminum fertilium; *stigma* bifidum. *Bacca* spuria, e calyce orta, magnitudine Ribeos, subrotunda, decemangulata, dentibus calycis umbilicata, pubescens, intus cava; *Sporae* quatuor ovatae intra calycem baccatum. THORNING.
75. ZIZIPHORA, (ZIZIPIORE) LINN. LAM. tab. 18. CLINOPODIUM AMMAN. THYMUS BUXE. (labia-

(labiata) *Calyx* tubulosus, striatus, ad faucem barbatus, quinquedentatus; *Corolla* ringens, bilabiata; labio superiori integro, retuso s. reflexo, inferiori patente, trilobo; *sporae* quatuor.

76. MONARDA, (MONARDE) LINN. LAM. tab. 19. (labiata) *Calyx* tubulosus, cylindricus, quinquedentatus, striatus; *Corolla* ringens, bilabiata; labio superiori lineari, filamenta simplicia involvente; inferiori trilobo; *sporae* quatuor.

77. ROSMARINUS, (ROMARIN) LINN. LAM. tab. 19. (labiata) *Calyx* ad supremum compressus, bilabiatus; labio superiori integro; *Corolla* ringens, bilabiata, labio superiori bipartito, inferiori trifido; *filamenta* longa, curva, simplicia, dente laterali distincta; *sporae* quatuor.

78. SALVIA, (SAUGE) LINN. LAM. tab. 20. SCLAREA MILL. HORMINUM MILL. (labiata) *Calyx* subcampanulatus; bilabiatus, labio superiori tridentato; *Corolla* ringens; fauce dilatata, bilabiata, labio superiori curvo emarginato, inferiori trifido, *filamenta* transverse pedicello adfixa; *sporae* quatuor.

79. CUNILA, (CUNILE) LINN. LAM. tab. 19. VAHL. ZIZIPHORA LAM. CALAMINTHA PLUK. MORIS. HEDYPNOIS MITCHEL. MELISSA THYMUS LINN. (labiata) *Calyx* striatus, cylindricus, quinque dentatus; *Corolla* ringens, bilabiata; labio superiori erecto, plano, emarginato, inferiori trilobo, lobo medio emarginato; *stamina* quatuor, *filamenta* duo castrata, sterilia; *sporae* quatuor.

80. COLINSONIA, (COLLINSONE) LINN. LAM. tab. 21. VAHL. (labiata) *Calyx* tubulosus, bilabiatus; labio superiori tridentato; *Corolla* tubulosa, quinqueloba, inaequalis, labio inferiori margine multifido, capillari, truncato, longissimo; *spora* e quatuor una perfecta fertilis, tria abortiva.

• IV. Flore completo infero, polypetalo.

(Hunc in locum VAHLIUS FONTANESIAM retulit.)

81. LITHOPHILA, (LITHOPHILE) SWARZ. VAHL.

*Calyx* inferus, triphyllus; *Corolla* tripetala, petalis conniventibus; *nectarolyma* diphyllum, petaloideum; *stigma* emarginatum; *pericarpium* biloculare?

82. LINOCIERA, (LINOCIFERA) SCHREB.

WILLEM. WILLD. spec. VAHL. THOUINIA SWARZ. CHIONANTHUS LAM. PERS. enchirid. GARIETHAGAS HERM. Zeyl. (jasminacea) *Calyx* inferus, brevissimus, quadridentatus; *Corolla* tetrapetala, petalis linearibus, concavis; *antherae* duae sessiles, lineares, petala duo opposita connectentes, et longitudine aequantes; *bacca* exsucca, bilocularis; *loculis* monosporis SWARZ.

83. ACAENA, (ACAENE) Flor. Peruv. LINN.

VAHL. AGRIMONIA LINN. ANCISTRUM LINN. FORST. PROQUIN FEVILL. — *Calyx* monophyllus, (4. 5. phyllus superus PERS. ench.) aristis glochidatis armatus. *Corolla* tetrapetala, apici calycis inserta (nulla PERS.) *stamina* duo, quatuor, quinque; *stigma* penicellatum; *Spora* una calyce corticatam (*Drupa* angulata, obovata, glochidibus echinata PERS. qui in Class. IV. ut alii redire jussit \*).

84. CO-

\*) Concessum sit hoc loco verbotenus referre quod immortalis VAHL. pag. 8. auctor professus est. „Quod *Acaenae* „florae peruvianae *Ancistris* congeneres sint, patet tam „ex earum habitu, quam ex fructificatione. Auctores „praedicti operis inde verosimile seducti fuerunt, „quod *acaena* juxta descriptionem LINNEI patris in „mantissa habeat *calycem superum absque corolla*; *Ancistrum* vero secundum FORSTERUM in nov. gen. „et LINNEUM filium in supplem. gaudeat calyce infero, corollaque tetrapetala; hinc genere differre crediderunt. Character generis ancistri *hortikevensis* convenit cum caractere *acaenae* LINNEI patris. Ex observatione vero LAMARKI, VENTENATII et GAERTNERI, flores completi sunt; sic character ancistri horum virorum non a FORSTERI et LINNEI illi recedit, nisi eo, quod sporae calyx adnascitur,

## 84. CODARIUM, (CODARIE) VAHL. pag. 362.

BANKS. — *Calyx* pentaphyllus, foliolis aequalibus sessilibus, ovato oblongis, patentibus, deciduis; *Corollae* petalum unicum, lineari lanceolatum, calyci brevius, caducum, annulo nectarolyomatis adfixum; *Nectarolyma* in centro floris receptaculiforme orbiculatum, margine distincto, plano concavum, persistens; *Stamina* duo longitudine calycis, utrinque margine receptaculi inserta crassiuscula, patentia; *antherae* oblongo ovatae, erectae; *ovarii* pedicellus declinatus pubescens; *Stylus* subulatus, incurvus, stamina longitudine exaequans; *Stigma* subacutum; *pericarpium* legumen magnitudine fabae, oblongiusculum, subrotundum, tomentosum, pedicellatum, evalve, uniloculare, farinaceo subsicca pulpa repletum, subtrisorum: *Spora* compressa, dura, variegata, longitudinaliter posita. THONNING. — *Char. differ.*; *Calyx* pentaphyllus; *Corollae* petalum unicum lineare lanceolatum, annulo nectarolyomatis insertum; *legumen* pedicellatum, farina farctum

tum

„ quod quoque naturae consentaneum ex propriis observationibus didici. Ex hisce omnibus concludere licet, „ quod alii auctores petala superiori parti calycis inserta „ laciniis calycis nominarint, et tubum calycis spora aetate accretum germen inferum; alii autem, qui flores junioros viderunt et calycem a germine distinctum, has „ laciniis petala ori calycis inserta dixerunt et germen „ distinctum superum. Hinc differentia omnis auctorum „ in eo consistit, quod ratione aetatis partes fructificationis alio modo consideratas alio nomine consignant. Et vel adeo ex his sequi luce clarius videtur, „ unius ejusdemque generis esse *Acaena* et *Ancistrum*; „ nam si character *Acaenae* LINNEI patris assumitur, „ omnia *Ancistra* ad *Acaenam* veniant, necesse est; si „ vero *Acaenae* considerantur secundum characterem *Ancistri* FORSTERI, aliorumque, qui petala dixerunt eas „ partes, quae LINNEO patri lacinae calycis audiunt, omnes „ *Acaenae*, et vel *A. elongata* LINN., species *Ancistri* fore, natura ipsa jubere videtur. *Ancistra* igitur et *acaenas* genere coniuncti, et nomen *Acaenae*, „ antiquitate sancitum, retinui. Numerus staminum in „ diversis speciebus diversus; frequentius tamen duo „ adsunt, ideoque in classe *diandria* locum dedi. Sicutus partium floris fere idem ac in *Boerhaavia*“.



tum, subtrisorum, evalve. VAHL. (Distinctum sano a *Dialio* genus ipso SOLANDRO auctore).

85. **DIALIUM**, (DIALI) LINN. VAHL. (ex ordine indeterminato) — *Calyx* nullus; *Corolla* pentapetala; petalis ellipticis, caducis; *stamina* ad latus superius receptaculi posita; fructus? . . . \*) (VAHL ad *plantas flore incompleto* retulit).

V. *Flore supero, completo.*

86. **MORINA**, (MORINE) LINN. LAM. tab. 21. VAHL. (dipsacea) *Calyx* duplex; exterior fructus subulatus, monophyllus, denticulatus, inferus; interior floris bifidus, superus: *Corolla* inaequalis, bilabiata, tubo longissimo; *spora* unica, floris calyce coronatus.
87. **CIRCAEA**, (CIRCE'E) LINN. LAM. tab. 16. VAHL. (epilobiacea). *Calyx* superus, tubulosus, brevis, diphyllus; *Corolla* dipetala; *stigma* emarginatum; *Capsula* pilis hamatis hispida, bilocularis, non dehiscens, loculis monosporis.
88. **GLOBBA**, (GLOBBE'E) LINN. (amomsa) *Calyx* brevis trifidus; *corolla* tubulosa trifida; *capsula* infera, coronata, trilocularis, trivalvis, polyspora.

VI. *Flore*

---

\*) Cf. WILLD. ap. ROEMERUM Archiv 1, p. 31, tab. 5. *Calyx* nullus, *Corolla* pentapetala coriacea, petalis aequalibus externe pubescentibus, petalo supremo latiori oblongo emarginato, reliquis oblongis acutis. *Staminum* filamenta duo crassa, subulata, incurva, sub petalo supremo; *antherae* duae in quolibet filamentum connatae, oblongae; *Pistilli germen* superum filamentis oppositum *stylus* subulatus, incurvus; *Stigma* subulatum. *Pericarpium* capsula oblonga, magnitudine cerasi, unilocularis, evalvis, monospora, denso tomento atro tecta, cortice fragili. *Spora* unica magnitudine pisi, subrotunda, compressa, fusca, nitida.

## VI. Flore incompleto.

(Huc VAHLIUS *Pimeleam* retulit).

89. MARGYROCARPUS, (MARGYROCARPE) PAVON et RUIZ. VAHL. ANCISTRUM LAM. EMPETRUM LAM. *Calyx* quatri. quinque partitus; *Corolla* nulla; stigma peltatum; *drupa* nucleo monospora \*).
90. ANCISTRUM, (ANCISTRE) LINN. LAM. tab. 22. (rosacea). *Calyx* qustridentatus, tetraphyllus, terminatus aristis quatuor hamatis, cruciformiter locatis; *Corolla* tetrapetala, (nulla Pers.) stigma multifidum; *drupa* exsucca, hispida, monolocularis; (*spora* una calyce tectus?). Conferri possunt, quae ad *acaenae* genus VAHLIUS dixit, et concedi, hoc genus *ancistrum* esse delendum \*\*).

## VII. Flore apetalò.

91. ARUNA, (ARUNIER) LAM. tab. 10. AROUNA AUBLET. (leguminosa) *Calyx* brevis, quinquepartitus, laciniis reflexis; *Corolla* nulla; *pericarpium* bacca ovalis, interné pulposa, ex uno latere sulcata, monolocularis, mono-dispora. (VAHLIUS maluit pag. 303. cum genere *Dialium* conferri.

## VIII. Flore monopetalo infero, fructu capsulari.

92. SUFFRENA, (SUFFRENE) BELLARD bullet. de la soc. philom. 1805. (salicaria) — *Calyx* nullus; *corolla* monopetala, quadrifida; foliolis ovatis acutis aequalibus; *stamina* duo corolla breviora, eidem basi oppo-

---

\*) Genus *Acaenae* valde affine, conferri potest et WILDEN. in nov. actt. nat. curios. Berol. vol. 2, LAMARK ill. gen. pag. 77.

\*\*\*) VAHLIUS etiam *Fraxini* genus secundum ea, quae in praefatione operis sui dicta proposuit, sub hac classe et ordine locum tueri jussit.

opposite insidentia; ovarium superum, subrotundum; stylus simplex longitudine corollæ; stigma capitatum; capsula oblonga unilocularis; sporae plures, subrotundae, receptaculo insidentes\*).

## D I G Y N I A.

93. ANTHOXANTHUM, (FLOUVE) LINN. LAM. tab. 23. VAHL. (e graminum familia). Calyx gluma bivalvis, uniflora; Corollae gluma bivalvis, acuminata, aristata; spora una.

94. CRYPISIS, (CRIPSIDE) AIT. LAM. tab. 42. ANTHOXANTHUM LINN., JACO.; PHLEUM LINN. SCHOENUS LINN. AGROSTIS SCOP. (e familia graminum) Calycis gluma bivalvis uniflora; Corollae gluma bivalvis longior inaequalis, mutica; stamina duo, tria; Spica foliorum vagina involucreta, seu floribus in capitulum foliatum congestis. Spora una. (PERSOON enchir. p. 79. ad Triandriae digynias juxta Phalarides amandavit.)

GUNNERA, (GUNNERE) LAM. tab. 801. f. 1. VAHL. MISANDRA JUSS. Amentum thyrsoidium; calyx superus, bidentatus; Corolla nulla; Stylus bipartitus; drupa monospora, coronata calyce accreto, subcarnosa.

95. MNIARUM. (MNIAR) FORST. LINN. LAM. tab. 6. (ex ord. plantt. indetermin.) VAHL. DITOCA GAERT.

---

\*) Staminum numero tantum a genere glauca remota; — Corolla est secundum JUSSIEU in hoc genere calyx; qui, eodem auctore, non foliolis multis constat, sed est monophyllus quadridentatus, dentibus punctatis. Caeterum, haec generis planta apud LOBEL p. 227. tab. 416. occurrit, atque est *Polygala repens* auctorum.

GAERTN. — *Involucrum* subuniflorum, tetraphyllum; *calyx* quadrifidus superus, persistens; *Corolla* nulla; *Spora* una oblonga, calyce incrassato corticatum. GAERTN. \*)

96. PIPER, (POIVRE) LINN. SWARZ. LAM. tab. 23. LOMPHA, SIRIUM RUMPH. SAURURUS PLUM. (urticata). — *Spadix* cylindrica, amentiformis, plena tectaque floribus numerosissimis, et serratis. *Calyx* nullus; *Corolla* nulla; *Stylus* brevissimus; *Stigmata* tria manifesta; aut (ut in sequenti genere) punctum vel maculam unam — duas sistentia; *Bacca* globosa, monospora. (*stamina* 2, 4, 5 et 6.

97. PEPEROMIA, (PEPEROMIE) PAVON et RUIZ. (CONGONA?) *Calyx* squama orbicularis peltata, depressa; *Corolla* nulla; *Stigma* punctum unum vel duo in apice germinis. \*\*)

---

## CLASSIS TERTIA.

---

### TRIANDRIA.

#### MONOGYNIA.

##### I. Flore supero.

98. VALERIANA, (VALÉRIANE) LINN. LAM. tab. 24. fig. 1. 2. (dipsacea). *Calyx* minimus, quasi margo,

---

\*) „Ex observatione SOLANDRI *stamina* ut plurimum duo „ideoque potius ad Diandriam retuli.“ VAHL.

\*\*) Diferre augurantur PAVON et RUIZ. a genere PIPER: *Spathis* ovatis minimis; *squama* minima, orbiculari (ovata)



margo, aut nullus; maturitate enascens in aristam sessilem; *Corolla* monopetala, tubulosa, tubo longo, subinfundibuliformis, quinquefida, saepe calcarata, aut basi gibba; *Spora* unica, calyce tecta. (*Stamina* 1. 2. 3. et 4. *exserta.*)

99. PHYLACTIS, (PHYLACTIS) PERS. pag.

39. VALERIANA RUIZ. PAV. — Flores involucriati: *involucrum* monophyllum, vaginans; *calycis* margo minimus; *corolla* trifida; *spora* una: *Genitalia* exserta.

100. FEDIA, (MACHE) ADANSON. VENTEN. VA-

LERIANA LINN. LAM. tab. 24. f. 3. 4 (dipsacea) *Calyx* minimus, tri — sexdentatus; *corolla* tubulosa, tubo brevi, quinquefida; *Capsula* calyce coronata, trilocularis; *loculi* monosporae. (duo fere semper steriles) = *Sporae* nudae, aut dentibus coronatae. =

101. MELOTHRIA, (MELOTRIE) LINN. LAM.

tab. 28. (cucurbitacea). *Calyx* campanulatus quinquefidus; *Corolla* campanulata, quinqueloba; *bacca* parva, exigua, trilocularis, polyspora.

102. CROCUS, (SAFRAN) LINN. LAM. tab. 30.

(iridea) *Spatha* radicalis, monophylla; *corolla* tubuloso infundibuliformis; tubo longissimo gracilente; sexpartita, laciniis aequalibus; *stigmata* tria, profunde incisa, denticulatim cristata, (crocea); *Capsula* ovalis, trigona, trilocularis, polyspora.

103. GALAXIA, (GALAXIE) THUNB. LAM. tab.

568. IXIA LINN. (iridea). *Spatha* subradicalis univalvis, uniflora; *calyx* nullus; *Corolla* infundibuliformis, sexloba, lobis aequalibus, tubulosa, tubo filiformi, longo; *filamenta* connata? *Stigmata* tria multifida, lobato fimbriata; *Stylus* unus; *Capsula* infera, trilocularis, tri-

---

(ovata) peltata, depressa sub singulis flosculis; *staminibus* porro ovario longioribus; *stigmatibus* denique puncto unico (vel duo) minimo, vel macula, vid. prodr. flor. peruv. p. 3. Utrumque genus VAHL. conjunxit in genus Piper.

trivalvis polyspora. (Plantulae subacaules; flores plerumque lutei.) \*)

104. WATSONIA, (WATSONIE) MILL. JACQ. GLADIOLUS LINN. THUNB. ANTHOLIZA THUNB. LINN. fil. — *Corolla* recurvata, tubuloso cylindrica, aut plerumque tubuloso dilatata, infundibuliformis; laciniis omnibus aequalibus strictis (*Spica* disticha saepius, foliolis sparsis oblecta, *genitalia* exserta.)

105. ANTHOLYZA, (ANTHOLYZE) LINN. MILL. WILLD. — *Corolla* stipitata, longe tubulosa; tubo recurvo subcylindrico; laciniae ovato-lanceolatae, suprema fornicata longiori; *Spatha* bivalvis, ovata; *Genitalia* exserta; *antherae* saepius caeruleae; *stigmata* tria — sex.)

106 GLADIOLUS, (GLAYEUL) LINN. LAM. tab. 32. ANTHOLIZA LINN. (iridea). *Spatha* bivalvis, valvulae ut plurimum lanceolatae, magnae; *Corolla* irregularis, infundibuliformi tubulosa, varia, erectiuscula; limbo bilabiato, sexpartito; laciniae ovato lanceolatae, undulatae; *Genitalia* adscendentia, *pitillum* pone stamina versus laciniam superiorem. *Stigmata* tria, trifida; *capsula* ovalis, trigona, trilocularis, polyspora. *Sporae* in multis alatae. (*Corolla* virens; *laciniae* inaequales; *tubus* incrassatus subincurvus.)

107. HEBEA, (HEBEE). *Corolla* tubo brevi, laciniis divaricatis, suprema lanceolata fornicata; laterales obovatae; inferiores angustae, pendulae, subungiculatae.

a. LEMONIA, (LEMONIE) POURRET act. Toles. vol. 3. tab. 13. *Corolla* campanulata, tubo sub-

---

\*) Hoc et quaedam sequentia genera e Classi Monadelphia retulerunt nuperrime auctores gravissimi in hanc hujus ordines classem: nescio an naturae jussu, suo, si quod est, systemati et normae faventi, an propter differentiam genitalium masculinorum vix vel nunquam connatorum.

subbrevis, parum incurvo, laciniis profundis, subaequalibus, ovatis,

b. PEYROUSIA, (PEYROUSIE) POURRET.  
*Corolla* tubo gracili subfiliformi, laciniis patulis, subregularibus.

c. MICRANTHUS, (MICRANTHE) *Spica* disticha, spathis imbricatis, flores parvi sessiles; *stigmata* . . . . ?

d. AGLAEA, (AGLE'E) PHALANGIUM BURM.  
*Corolla* subcampanulato bilabiata, sessilis seu tubo vix ullo; *Capsula* triloba, retusa, *Sporae* subrotundae, mucronatae; *Spatha* duplex, bivalvis subcorolla, bi — trivalvis ad basin pedunculi.

108. MONTBRETIA, (MONTBRETIE) DECANDOLLE. *Spatha* diphylla, scariosa; *Corolla* monopetala, supera, infundibuliformis, sexfida; auriculae tres, callosae, sessiles, perpendiculares, in laciniarum trium inferiorum pagina supera solitariae; *Stamina* tria libera, imo tubo inserta; *stylus* unicus; *stigmata* tria, gracilentia; *capsula* trilocularis. = (Gladiolus securiger AIT. et flavus EJUSD.)

109. IRIS, (IRIS) LINN. LAM. tab. 33. (iridea) *Spatha* bivalvis; *Corolla* sexpetala, laciniis alternatim rectis et reflexis; *stylus* nullus; *stigmata* tria, petaliformia; *stamina* incumbentia; *capsula* ovalis, trigona, trilocularis, polyspora.)

110. IXIA, (IXIA) LINN. LAM. tab. 31. (iridea) *Spatha* bi — trivalvis, ovata, brevis; *corolla* tubulosa, tubo subgraciliente, longo aut brevi, cum genitalibus recto; sexpartita, laciniis aequalibus, hypocrateriformibus, subellipticis, planis; *stigmata* trifida, subfiliformia; — (*filamenta* stylum includentia, in nonnullis connata) —; *capsula* ovata, trigona, trilocularis, polyspora.

a. ROMU-

- a. ROMULEA, (ROMULEE) *Corolla* campanulata; *folia* linearia.
- b. EURIDICE, filamentis connatis.
- c. BELEMCANDA, (BELEMCANDE) *Corolla* tubo subbrevis, apice dilatato, limbo inciso subcampanulato; *lacinae* ovatae; *stamina* in nonnullis subincurva, in tubo medio.

III. DIASIA, (DIASIE) DECANDOLL. (iridea) *Spatha* diphylla, valvulis subfoliaceis oppositis, *Corolla* monopetala, supera, rotata, sexpartita, post florescentiam scissa et caduca; *tubo* nullo; *laciniis* acuminatis; *stamina* tria, libera, imo corollae inserta; *stylus* unicus; *stigmata* tria, gracilia; *capsula* trilocularis, depressa, trigona, angulis divaricatis, superne dehiscentibus \*).

112. GENOSIRIS, (GENOSIRE) LABILLARD.\*\*)  
(iridea) *Corolla* supera, tubulosa, triloba, petalis aequalibus; *stamina* tria; *stylus* unus; *stigmata* fere recta \*\*\*).

113. ARISTEA, (ARISTE'E) AIT. SCHREB. IXIA LINN. MORAEA THUNB. (iridea) *Spatha* bivalvis; *corolla* (caerulea) hexapetala, tubo breviusculo; *stylus* declinatus; *stigma* simplex, infundibuliforme, obtuso — subconcauum; *capsula* infera, polyspora; *sporae* compressae scabrosae.

114. MORAEA, (MOREE) LINN. LAM. tab. 31.  
(iridea) *Spatha* bivalvis; *corolla* hexapetala, petalis tri-

---

\*) Ab IXIA differt corolla sejuncta in profundas laminas, quae post inflorescentiam sese disjungit ab ovario; nec non capsula depressa, divergente angulis tribus loculisque supra dehiscentibus.

\*\*\*) Nov. Hollandiae plantarum Specimen, Paris 1804.

\*\*\*\*) Differt ab IXIA numero lorum corollae, receptaculo sporarum libero et centrali.



tribus alternis rectis, patentissima, tubo subnullo; stigmata tria, sex; trifida, filiformia; capsula oblonga, trigona, trilocularis, polyspora. (Flores marcescens in spiram saepius convoluti. Filamenta in nonnullis connata, et petala alterna minora.)

115. SISYRINCHIUM, (BERMUDIENNE)

LINN. LAM. tab. 569. MORAEA THUNB. JACQ. (iridea). — *Spatha* diphylla, multiflora; *Calyx* nullus; *Corolla* hexapetala, laciniis planis, saepe acuminatis, nunc aristatis; *stylus* unus; *stamina* ut plurimum connata (*Monadelphae*), trifida; *ovarium* subrotundo-triquetrum, pedicellatum, extra spatham; hinc *capsula* infera trilocularis trivalvis polyspora.

116. TIGRIDIA, (TIGRINE) JUSS. FERRARIA

LINN. LAM. tab. 569. MORAEA THUNB. (iridea) — *Spatha* bivalvis vel diphylla, uniflora; *calyx* nullus; *corolla* laciniis sex, tribus exterioribus ovalibus, interioribus tribus minoribus, hastatis, margine nectariferis; *stylus* unus; *stigmata* tria bifida; *capsula* infera oblonga, angulata, trilocularis, trivalvis, polyspora. (*Monadelphae*.)

FERRARIA, (FERRARE, Feraire) LINN. JUSS.

MORAEA JACQ. (iridea). — *Spatha* diphylla (*monophylla*?) uniflora; *calyx* nullus; *corollae* lacinae sex fere aequales, margine undulato — crispae; *stylus* unus; *stigmata* tria, bifida, laciniis penicellatis, undulato cucullata; *filamenta monadelphae*; *capsula* infera, trilocularis, trivalvis, trispora.

117. DILATRIS, (DILATRIS) LINN. Suppl.

LAMARK tab. 24. WACHENDORFIA LINN. mantiss. (iridea). *Calyx* nullus; *corolla* hexapetala, supera, lirsuta, extorsum voluta; *filamentum* tertium reliquis brevius; *stigma* simplex; *capsula* infera, globosa, coronata, trilocularis, trispora.

II. Flore infero.

118. WITSENIA, WITSENE) THUNB. LAM.

tab. 30. (iridea). *Calyx* (*spatha*) nullus; *corolla* tubulosa,

losa, tubo ut plurimum longo, sexpartita, laciniis tribus exterioribus extrorsum volutis, rectis inter folia disticha; *stigma* emarginatum, aut leviter subtrifidum; *capsula* supera.

119. CIPURA, (CIPURE) AUBLET. LAM. tab. 30. MARICA SCHREE. PERS. enchir. pag. 54. *Spatha* bivalvis corollam involvens; *corolla* tubulosa, supera, hexapetala, laciniis tribus interioribus minoribus, alternatim cum exterioribus positis; *stigma* petaliforme, trifidum, laciniis indivisis acutis; *stylus* crassus; *capsula* angulosa, trilocularis, polyspora.

120. WACHENDORFIA, (WACHENDORFEE) LINN. THUNB. LAM. tab. 34. (iridea) *Spatha* bivalvis; *Corolla* hexapetala, petalis inaequalibus, tribus superioribus repressis, tribus inferioribus planis; infera; *Capsula* supera, triquetra, trilocularis, trispora.

121. HAEMADORUM, (HAEMADORE) SMITH. transact. Vol. IV. (iridea) *Petala* sex; tria interiora supra medium staminifera; *stigma* obtusum; *capsula* infera, trilocularis, JUSS. gen. I. 59. \*)

122. XIPHIDIUM, (GLAIVANE) AUBLET. WILLD. LAM. tab. 36. (iridea) *Calyx* (*Spatha*) nullus; *Corolla* hexapetala, aequalis; *stamina* recta; *stigma* trigonum; *Capsula* supera, trilocularis, trivalvis, polyspora.

123. LEPTANTHUS, (LEPTANTHE) MICHAUX PERS. p. 56. — *Spatha* uniflora; hinc dehiscens; *corolla* tubo longo gracili, limbo sexpartito; *stamina* laciniis inserta; *antherae* lineares uniformes, triangulares, filamenta aequalia; *Capsula* intra spatham, coronata, trilocularis, polyspora, angulis dehiscens.

124. HE-

---

\*) A WACHENDORFIA differt gemine infero, petalis apicem versus staminiferis, staminibus abortivis nullis.

124. HETERANTHERA, (HETERANTHERE) PAVON et RUIZ. WILLD. (iridea) *Corolla* monopetala, limbo sexfido inaequali; *antherae* duae difformes, reniformes, una sagittata; *filamenta* longitudine inaequalia; *capsula* supera, trilocularis.
125. COMMELINA, (COMMELINE) LINN. LAM. tab. 35. (e familia juncoideum) *Calyx* triphyllus, foliolis concavis; *corolla* tripetala, petalis unguiculatis; *filamenta* tria sterilia, cincta ad summum glandulis cruciformibus; (*nectarolymata* tria, cruciata, filamentis propriis inserta); *capsula* fere globosa, bi—trilocularis.
126. OXYBAPHUS, (OXYBAPHE) L'HERET. MIRABILIS CAV. CALYXHYMENIA ORTEG. VITMANNIA. TURR. CALYMENIA PERS. enchirid. pag. 36. (nyctaginea) *Calyx* campanulatus, quinquefidus; *Corolla* parva, infundibuliformis, plicata, quinquefida; *nux* pentagona, striato sulcata, monospora, fundo calycis persistentis et ampliati membranacei inclusa et circumdata.
127. MACROLOBIUM, (MACROLOBEE) SCHREB. WILLD. VOUABA AUBLET. LAM. tab. 26. (leguminosa) *Calyx* duplex; exterior diphyllus, interior turbinatus oblique quatrifidus (basi cinctus duabus bracteis); *petalum* unicum unguiculatum; *legumen* coriaceum, laxum, compressum, monosporum.
128. OUTEA, (OUTEY, Joutey) AUBL. LAM. tab. 28. MACROLOBIUM SCHREB. WILLD. (leguminosa) *Calyx* quinquedentatus, turbinatus, basi bibracteatus; *Corollae* petala quinque, superiori maximo; *filamentum* sterile petalo superiori annexo recondente, *stamina* longissima; *legumen* pedicellatum.
129. HIPPOCRATEA, (HIPPOCRATE, Bejuco) LINN. LAM. tab. 28. (acerosa \*) *Calyx* minimus quinquepartitus; *Corollae* petala quinque apice uno—bifoveata, concava; *Capsulae* tres, compressae, bivalves, valvis carinatis; uniloculares, bi—pentasporae; *sporae* ex uno latere alatae.

130. SON-

\*) Certe accrosis et Malpighiis affinis.

130. TONSELLA, (TONSELLE) SCHREB. TON-  
TELLA AUBLET. LAM. tab. 26. (ex ordine plantarum  
indeterminato) *Calyx* urceolatus, quinquefidus, (5. par-  
titus?) *Corollae* petala quinque, inserta super nectaro-  
lyma discoideum, urceolatum; *ovarium* disco velatum;  
*bacca* parva, monocularis, polyspora.
131. LOEFLINGA, (LE'FLINGE) LINN. LAM.  
tab. 29. *Calyx* pentaphyllus, foliolo quoque insignito  
dentibus duabus ad basin; *Corollae* petala quinque, con-  
niventia, minima; *capsula* subrotunda, supera, uni-bi-  
ocularis, bi—tri—valvis, polyspora.
132. WILLICHIA, (WILLICHE, Villique)  
LINN. (ex ordine plantarum indeterminato.) *Calyx*  
quatrifidus; *corolla* rotata, quatriloba aut quatrifida;  
*capsula* fere rotundata, compressa, bilocularis, bivalvis,  
polyspora.
- CALLISIA, (CALLISE) LINN. HAPALANTHUS  
JACQ. Americ. — LAM. tab. 35. (juncacea) *Calyx*  
triphyllus; *Corollae* petala tria; *antherae* geminatae;  
*stigmata* penicilliformia; *capsula* ovalis, compressa,  
bilocularis, dispora; *nectarolyma* nullum.
- \*) 133. SYENA, (SYENE) SCHREB. WILLD.  
MAYACA, Mayaque, AUBLET. LAM. tab. 36. *Calyx* tri-  
phyllus; *Corollae* petala tria; *Antherae* oblongae; *Capsu-  
la* unilocularis, supera, globosa, trivalvis, hexaspora.
134. TAPURA, (TAPU'RE) AUBL. — *Calyx* cam-  
panulatus sexpartitus, basi tribracteatus; *Corolla* penta-  
petala, bilabiata; *stigmata* tria revoluta.
135. CALYPSO', (CALYPSE) AUBERT. DE PET.  
THOUARS. (Ihamnea).. — Flores hermaphroditi, com-  
pleti, pentapetali, perigyni, fasciculatim dispositi axi-  
lares. *Calyx* persistens, quinquelobus, discus centra-  
lis,

---

\*) ANTHODON. PAV. et RUIZ. ante SYENAM.



lis, staminifer et pistillifer; *corolla* pentapetala; *stamina* tria; *antherae* adnatae; *ovarium* sub staminibus latens; *fructus* *bacca* polyspora. *Sporae* perisporio donatae; *embryo* parvus; *cotyledones* planae, (Genus simile *Hippocrateae madagascuricae* LAM.; *Ptelidio* disco affine; sed neutiquam e *falimia* *rhamnearum*.)

136. RUMPHIA, (RUMPHE) LINN. LAM. tab. 25. (terebinthinacea) *Calyx* trifidus; *Corollae* petala tria, oblonga; *drupa* trilocularis, coriacea, turbinata, et notata tribus striis vel sulcis; *nux* trilocularis, trispora.

137. FISSILIA, (FISSILIER) JUSS. LAM. tab. 28. (Hesperidea) *Calyx* urceolatus, integer; *Corolla* tubulosa, regularis petalis tribus, binis bifidis; *stamina* octo, quinque sterilia; *nux* glandiformis; monospora, involuta particulatim calyce.

138. CNEORUM, (CAMELE'E) LINN. LAM. tab. 27. (terebinthinacea) *Calyx* minimus, tri—quatridentatus; *Corollae* petala tria, quatuor, aequalia; *stigma* trifidum; *stamina* tria, quatuor; *bacca* sicca (drupa), tri—tetra—cocca, cocco singulo monospora.

139. COMOCLADIA, LINN. LAM. tab. 27. (terebintaceae) *Calyx* tripartitus; *Corolla* tripetala (tripartita?); *drupa* oblonga, arcuata, ad summum notata punctis tribus; *nux* membranacea, biloba, monospora.

140. XYRIS, (XYRIS) LINN. LAM. tab. 36. (juncacea) *Calyxis glumae* bi—trivalves, in capitulum congestae; *Corollae* petala tria, parum crenata, basi staminifera, aequalia; *Capsula* rotundata, supera, trilocularis sec. LINN. JUSS. (unilocularis LAM. PERS.) trivalvis polyspora.

141. TRIPTERELLA, (TRIPTERELLE) MICHHAUX (an VOGELIA GMEL.? PERS.) *Calyx* sexfidus, alato angulosus, supra basin solidam tubulosus; *Corolla* nulla; *stigmata* tria; *capsula* triquetra, trilocularis, polyspora; (*stamina* inclusa.)

142. OLAX,

142. OLAX, (OLAX) LINN. (hilospora) *Calyx* brevissimus, integer; *corolla* infundibuliformis, trifida, fissuris tribus fere aequalibus; ad faucem *corollae* *nectarolyma* tetraphyllum; *Fructus* . . . ?

CONDALIA, (CONDALIE) RUIZ. fl. peruv. —  
*Corolla* infundibuliformis; *calyx* quatridentatus; *bacca* bilocularis, cava, spongiosa; *sporae* lentiformes, liberae.

143. ROTALA, (ROTALE) LINN. Mantiss. (caryophyllata) *Calyx* tubulosus, tridentatus; *corolla* nulla; *capsula* calyci inclusa, trilocularis, trivalvis, polyspora.

144. ORTEGIA, (ORTE'GIE) LINN. LAM. tab. 29. (caryophyllata) *Calyx* pentaphyllus; *corolla* nulla; *capsula* apice trivalvis, monocularis, polyspora; *stigma* unum, et tria.

145. POLYCNUM, (POLYCNEME) LINN. LAM. tab. 39. (chenopodiacea) *Calyx* tri—pentaphyllus; *Corolla* (nulla?) *petala* quinque, calyciformia; *capsula* monospora, evalvis, stylo persistente, acuminata; *spora* una, subnuda; (*stamina* 1. 2. 3. et 5.)

### III. Flores glumacei \*\*).

146. DICHROMA, (DICHROME) MICHAUX. —  
*Spica* ovata seu capitata, involucreta; *Squamae* paleaceae, membranaceae, subcongestim imbricatae; *stylus* setaceus; *stigmata* duo; *spora* nuda; rugellosa, apice tuberculo  
lanae

---

\*\* ) Cf. PERS. ENCHIRID. p. 56. *Scirpoidei* caules cylindrici aut triquetri, farcti, enodes, rarius articulati. Flores spicati, squamis seu paleis imbricati, monogyni; stigmata duo, tria; filamenta numero et situ variant, ut plurimum tria; spora unica unda, basi involucello setulae, lanae, paleae - arilliformi aut nullo cinctum. Huc et *Carices* pertinerent, nisi ob staminum situm ad classem monocciam a LINNAEO et natura relata essent.

lanæ instar cincto; (folia floralia sive involuorum basi discolora, ut plurimum albicantia \*).

147. **SCHOENUS**, (CHOIN) LINN. JUSS. LAM. tab. 38. (Cyperi ADANS. Cyperoidea JUSS.) *Spiculae* subconvolutae, acutae; *squamae* fasciculatim connivendo congestae, exteriores steriles, nitidae; *calycis glumae* univalves, paleaceae; *Corolla* nulla; *spora* una, subrotunda in forma nucis nuda, aut setis inter glumas cincta. Flores inferi saepe abortientes, squamas steriles relinquunt.

148. **CYPERUS**, (SOUCHET) LINN. LAM. tab. 38. (cyperoidea JUSS.) *Calycis glumae* paleaceae, distiche imbricatae, duobus loculis oppositis in mucronem compressae; *corolla* nulla; *spora* una, nuda; *spicula* compressa.

149. **DULICHIMUM**, (DULICHIE) PLEURANTHUS RICHARD CYPERUS WILLD. **SCHOENUS** LINN. **SCIRPUS** MICH. — *Spicae* subracemosae, ex axillis foliorum; *spiculae* lineari-lanceolatae, subcompressae; *squamae* subdistichae, amplexanti adpressae. *Stylus* longissimus, bifidus; *ovarium* setulae retrorsum asperae.

150. **SCIRPUS**, (SCIRPE) TOURN. LINN. LAM. tab. 38. (cyperoidea) *Calycis glumae* paleaceae sive *squamae* undique imbricatae, conniventes ovoideae; *corolla* nulla; *spora* una, nuda aut villis setulisve brevioribus cincta.

151. **TRICHOPHORUM**, (TRICHOPHORE) **SCIRPUS** MICH. **ERIOPHORUM** LINN. WILLD. — *Spiculae* subovatae, squamis undique imbricatis; *spora* setulae capilliformes (nec lanam densam referentes) demum longe exsertae numero definito sex. = (Genus distinctum et scirpum inter et Eriophorum locum tenens.)

152. **ERIO-**

---

\*) Forte nonnulli *schoeni* auctorum, et *Scirpus radiatus* THUNB., et *Cyperus leucocephalus* RETZ. huc pertinent. FERSON.

152. **ERIOPHORUM**, (LINAIGRETTE) LINN. JUSS. LAM. tab. 39. (cyperoidea) *calycis glumae paleaceae, undique imbricatae, rectae, ovaes; corolla nulla; spora una; ad basin lana densa longissima cincta.*
153. **MAPANIA**, (MAPANE) AUBLET. LAM. tab. 37. (cyperoidea). *Flores cincti involucri triphylo, capitati; calycis gluma sexvalvis, imbricata, dentata; corolla nulla; spora una, involucello (perisporio) sexpaleaceo involuta* RICHARD.
154. **LIMNETIS**, (LIMNETIS) RICHARD. DACTYLIS SMITH. SPARTINA ROTH. TRACHYNOTIA MICHAUX. — *Spica lateriflora, flosculis subbitariis imbricatis; calyx bivalvis, valvula una minori; corolla bivalvis, mutica, compressa, carinata; stylus longus; nectarolyma nullum. (Flores paniculati, stricti) PERS. enchir. pag. 72. qui et nomen e loco natali, oras maris, depromptum, et alias in graminum familiam observationes ex amico RICHARDO gratus suscepit.*
155. **NARDUS**, (NARD) LINN. LAM. tab. 39. (graminea). *Calyx uniflorus, univalvis; corollae gluma bivalvis, inaequalis, inclusa; stigma unum; spora una cincta gluma corollae. (Spica floribus alternis sessilibus.) (Monogynia?)*
156. **REMIREA**, (REMIRE) AUBL. LAM. tab. 37. MIEGIA SCHREB. (graminea). *Spiculae in capitulum congestae; calycis gluma bivalvis, uniflora; corollae gluma bivalvis, calyce minor, palea intima (s. nectarolymate SCHREB.) sporam non dimittente; stigmata tria; filamenta longissima; spora una glumae inclusa.*
157. **KYLLINGA**, (KYLINGE) LINN. LAM. tab. 38. (cyperoidea). *Spica (Amentum LINN.) subrotunda, aut oblonga sessilis, aut umbellata constans e spiculis subimbricatis; calycis gluma bivalvis, valvula inaequali, uniflora; corollae gluma bivalvis, calyce major; spora una triquetra. (Stamina unum ad tria: stigmata duo, tria.)*



158. **LYGEUM**, (SPARDE, Alvarde) LINN. LAM. tab. 39. (graminea \*). *Calycis gluma univalvis, introrsum voluta, spathiformis, aristata, biflora; flores intra spatham convolutam gemini; gluma basi in tubum bilocularem villosum concresecens, bivalvis.* (Monogynia?)
159. **POMMEREULLA**, (POMMEREULLE) LINN. LAM. tab. 37. (graminea). *Gluma turbinata, bivalvis tri—quatriflora; valvulis quatrifidis, dorso aristatis; corollae gluma bivalvis, aristata, spora una. (Calyx bivalvis, subdistans; quatriflorus; (involucrum LINN.); corolla bivalvis; valvula altera major, quinquedentata, dente intermedio aristato; styli duo; spica unilateralis? = ex ROXBOURGI Plantt. Coromand. vol. II. fascic. 2. tab. 131. \*\*).*
160. **SACCHARUM**, (CANNAMELLE) LINN. LAM. tab. 41. (graminea). — Flores ad unum omnes hermaphroditi; *calycis gluma bivalvis, lanugine longa involucrata; uniflora?; corollae gluma uni-bivalvis, mutica aut aristata minor; stamina unum, tria, monospora.*
- a. **IMPERATA**, CYRILL. Spicis cylindricis, floribus triandris.

## b. ERI-

---

\*) GRAMINA, Flores glumacei, triandri. *Radix fibrosa; culmi plerumque fistulosi, articulati, aut basi ramosi; Folia linearia, vaginantia, vagina latere fissili, apice membrana alba distincta, quae ligula aut stipula nuncupatur. Flores spicati, racemosi, plerumque paniculati, rarissime foliis involucrati; nonnulli saepius abortivi; alii polygami; pauci monoici; Stamina plurimis tria, (quae in hac serie solummodo enumerantur), in nonnullis sex, (Class. Hexandria) aut plura; styli communiter duo, in quibusdam unus; plerumque tamen bifidus. In unico tantummodo gramine stigmatibus tria observata sunt. Glumae interiores in multis sporam maturam obducunt, involvunt, quasi incrustant, et cum ea indurantur.*

\*\*\*) PERSON enchir. ad digyniam triandriae amandavit. pag. 106. a.

- b. **ERIANTHUS**. *Calycis gluma bivalvis, mutica; valvulis lineari oblongis, canaliculatis; basi villis densis involucrata; corollae gluma bivalvis, valvula interiori longe aristata, monandra.* MICHAUX.
161. **VAGINARIA**, (VAGINAIRE) PERS. *Enchir. pag. 70.* FUIRENA RICHARD. — *Spica ovata, squamis undique imbricatis; stigmata tria; perisporium (spora involuclum) alternatim tripaleaceum trise-tumque.*
162. **FUIRENA**, (FUIRENE) LINN. LAM. tab. 39. (cyperoidea). *Squamae mucronatae in spiculas, undique aristatae; gluma nulla; corollae gluma trivalvis, valvulis aequalibus, cordatis, aristatis; spora una, involuclum latum, paleaeformis, trigona, saepius aristata.*
163. **HYPOLYTRUM**, (HYPOLYTRE) RICHARD — *Spicula squamis undique imbricata; perisporium (spora involuclum) glumam tri — quatrivalvem mentiens; stamina duo, tria; stigma unum, duo.*
164. **DIPLASIA**, (DIPLASIE) RICHARD. — *Spica squamis undique imbricata; perisporium involuclum glumam quatrivalvem mentiens; stamina septem; stigmata duo.*
165. **LEPIRONIA**, (LEPIRONIE) RICHARD. *Spica ovato oblonga; spiculae squamis orbiculatis cartilagineis notatae; perisporium sedecim paleaceum; stamina quatuor — sex.*
166. **CHRYSITRIX**, (CHRYSITRIX, Chrisite) LINN. fil LAM. tab. 842. RICHARD. (cyperoidea). — *Flores hermaphroditi: spica spathacea, monophylla, gluma squamis multis, oblongis, coriaceis, fere aequalibus imbricatis parvis, in capitulum conglomeratis; corollae gluma numerosae squamae filiformes, fasciculatae; stamina multa, singula singulis squamis inter-*

tersita; ovaria duo centrali disco insita, unoquoque stylo brevi et tribus stigmatibus supposito: fructus...? — Flores masculi, spica spathacea; glumae calycis et corollae nec non stamina ut in hermaphroditis.

167. ORYZOPSIS, (ORYZOPSE) MICHAUX. RICHARD. PERS. — Calyx uniflorus bivalvis latus ovalis; corolla coriacea, subtereti ovata, bivalvis, valvula exteriori apice aristata; nectarolyta bipaleaceum lineare. RICHARD.

## DIGYNIA.

### I. Flores glumacei; glumae uniflorae.

168. CORNUCOPIAE, (CORNUCOPIE, Coqueluchide) LINN. LAM. tab. 40. (graminea). Involucrum monophyllum, cyathiforme (infundibuliforme), multiflorum. Calyx monophyllus, bipartitus; corolla univalvis, superne fissa; stylus brevis; stigmata duo, (raro unum) longissima; (RICHARD. \*).
169. PANICUM, (PANIC.) LINN. LAM. tab. 43. (graminea). Inflorescentia varia \*\*); Calycis gluma trivalvis, valvula exteriori tertia dorsali minima; Corollae gluma bivalvis; spora una.
170. DIGITARIA, (DIGITAIRE) JUSS. PANICUM LINN. PASPALUM LAM. (graminea). Flores unilaterales, geminati, altero subsessili; calyx bi-trivalvis, concavus; valvula externa minutissima aut nulla; secunda variabili; intima longitudine corollae; corolla bivalvis, oblongo ovata, teres, mutica; styli lon-

---

\*) Retulit auctoritas PERSONII enchir. pag. 71, a. ad triandriac monogyniam.

\*\*) Spicata; spica composita; paniculata.

longissimi; *nectarolyma* fissum; *Spicae* digitatae, lineares; (RICHARD.).

171. CERESIA, (CERESIE) PERS. enchir. pag. 85. PASPALUM LAM. tab. 43. f. 2. Flosculi laterales bifarii, sub *rachi* tenui lata, membranacea, subhyalina cymbiformi; *calyx* bivalvis, uniflorus, lanatus; *antherae* bifurcatae.
172. CYNODON, (CYNODON) RICHARD. — PANICUM LINN. WITHER. — *Calyx* bivalvis, patens, lanceolatus; *corolla* major, bivalvis, valvula exteriori maxima, ovoidea; *nectarolyma* truncatum; *spica* digitata, floribus *unica* serie imbricatis, solitariis.
173. TRACHYS, (TRACHYS) RICH. CENCHRUS LINN. PANICUM RETZ. WILLD. — *Spica* digitata, flosculi in *rachi* membranacea unilaterales, pedicellis pinnatis, *bractee* sive *involucrum* ovatum cartilagineum; *calyx* uniflorus, bivalvis; *corolla* bivalvis.
174. PASPALUM, (PASPALAE) LINN. LAM. tab. 43. (graminea). Flores unilaterales, gemini; *calycis* gluma bivalvis, aequalis, orbiculata; *corollae* gluma ejusdem magnitudinis, bivalvis; *stigmata* penicilliformia; *spora* una.
175. ARISTIDA, (ARISTIDE) LINN. LAM. tab. 41. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, biflora; *corollae* gluma univalvis, aristis tribus terminalibus; *spora* una.
176. ALOPECURUS, (VULPIN) LINN. LAM. tab. 42. (graminea). Spicata. *Calycis* gluma bivalvis, fere sessilis; *corollae* gluma univalvis, basi aristata aut mutica; *spora* una.
177. POLYPOGON, (POLYPOGON) DESFONT. WILLD. ALOPECURUS LINN. PHLEUM SCHREB. PALLAS. SMITH. CHAETURUS LINK. (gramina). *Calycis* gluma bivalvis aristata uniflora; *corollae* bivalvis, valvula exteriori aristata, calyce minor.

178. PHLE-



178. PHLEUM, (FLEOLE) LINN. LAM. tab. 42. (graminea). *Calycis* gluma (indurata) bivalvis; valvulis linearibus, sessilibus, truncatis, apice retusis seu carina prominente, utrinque bicuspidata; *corollae* gluma inclusa, bivalvis, monospora.
179. PHALARIS, (ALPISTE) LINN. LAM. tab. 42. (graminea). *Calycis* gluma uniflora, bivalvis; valvulis subovatis, dorso membranaceo carinatis aut lanceolatis, aequalibus, nervosis; *corollae* gluma bivalvis, inclusa, hinc multo calyce minor, basi (saepius) pilosa. *Spora* una.
180. MILIUM, (MIL) LINN. AGROSTIS LAM. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, uniflora, ventricosa, fere aequalis; *corollae* gluma bivalvis, brevior, imo brevissima; *stigmata* penicellata, villosa; *spora* una.
181. AGROSTIS, (AGROSTIS) LINN. LAM. tab. 41. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, valvulis acutis uniflora; *gluma corollae* bivalvis, major calyce; *stigmata* longitudinaliter hispida, sive plumosa; *spora* una. (Flosculi patentes sive sint aristati, sive mutici.)
182. TRICHODIUM, (TRICHODIUM) RICHARD. MICHAUX. CORNUCOPIAE WALTER AGROSTIS WILLD. — *Calyx* bivalvis, valvulis subaequalibus, acutis; carina spinulosa; *corolla* brevior, unilocularis, mutica; *stigmata* subsessilia, hispidula, (*Flores paniculati.*) RICHARD.
183. STURMIA, (STURMIE) PERSEON. HOPPE. AGROSTIS LINN. WILLD. — *Calyx* bivalvis; valvulis aequalibus truncatis; *corolla* minor, bivalvis, ovata, lanuginosa, mutica; — (*Spica* filiformis, floribus alternis muticis.) — PERS. Enchir. pag. 76.
184. TRICHOON, (TRICHOON) ROTH. Catal. II. (graminea). — *Calyx* bivalvis, nudus, uniflorus;

- rus; *corolla* bivalvis, calyce duplo major, nuda; *ovarium* cinctum lana longitudine corollae \*).
185. STIPA, (STIPE) LINN. LAM. tab. 41. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, uniflora; *corollae* gluma brevior, bivalvis, valvulis involutis truncatis; arista terminalis, basi articulata et contorta, decidua, longissima; *spora* una.
186. LAGURUS, (LAGURE) LINN. LAM. tab. 41. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, uniflora, aristis villosis elongata; gluma *corollae* bivalvis, exterior munita aristis duabus terminalibus rectis; tertia dorsali retorta; *monospora*.
187. MATRELLA, (MATRELLE) PERS. AGROSTIS LINN. WILLD. LAM. — *Calyx* nullus; *corolla* cartilaginea sive indurata compressa, mutica, bivalvis; *valvulae* demum connatae?
188. MÜHLENBERGIA, (MÜHLENBERGE) SCHREB. ROTH. DILEPYRUM MICHAUX. (graminea). *Gluma calycis* uni—bi—valvis, (uniflora?), minutissima; *corollae* gluma bivalvis, basi villosa, *valvula* exteriori apice aristata; interiori breviori, mucronata; *duae squamae* internae. *Spora* una corollae inclusa.
189. STEGOSIA, (STE'GOSIE) LOUREIRO. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, uniflora; *corollae* brevior, trivalvis, *valvula* interiori latiori longiorique; *spora* una, *corolla* tecta.
190. PENNISETUM, (PENNISETE) PERS. CENCHRUS auctorum; PANICUM LAM. (graminea). — *Involucrum* multisetum; *calyx* bivalvis, biflorus, flore altero hemaphrodito, altero masculino, (rarius neutro) utro-

---

\*) Arundo Karka RETZ.; character enim essentialis *Arundinis* consistit in lana corollam cingente; (in Saccharo laua ambit corollam) ejusdem fere longitudinis; sed in *Trichoon* lana germen cingit, corolla extus nudā.

utroque sessili; — flores spicati, polygami; in plerisque speciebus involucri heterochaeton, setisque nonnullis inferne plumosis. — CENCHRUM subordinate tertio videas.)

191. PEROTIS, (PEROTIS) AITON. SACCHARUM LINN. LAM. tab. 40. f. 3. (graminea). *Calycis* gluma nulla; gluma *corollae* bivalvis; valvulae aequales, aristatae, exteriori villo vel lanugine involucriata; spora una.
192. SPINIFEX, (SPINIFEX) LINN. LAM. tab. 840. (graminea). Flores polygami. Gluma bivalvis, valvulis parallelis rachis axi; biflora, flos unus hermaphroditus, duo masculi; flores hermaphroditi corolla mutica bivalvi, squamae nectarolymatis duae internae; stamina duo; styli duo; spora una. Floris masculi calyx et corolla ut in hermaphroditis, nectarolyma nullum, stamina tria.
193. ZOYDIA, (ZOYDIA, ZOYSIE) WILLD. nova act. Berol. *Calycis* gluma univalvis, carinata; corollae gluma univalvis, membranacea.
194. LEERSIA, (LE'ERSE) SWARZ. MICHAUX. ASPERELLA SCHREB. LAMARCK. PHALARIS LINN. EHRHARDTA WIGGERS (graminea). *Calycis* gluma nulla; corollae bivalvis, clausa; valvulis compresso navicularibus, muticis, ciliatis; spora, una.
195. MANISURIS, (MANISURIS) LINN. LAM. tab. 83. (graminea). Flores polygami: flores masculi et neutri, calycis gluma bivalvis, valvulae regulares, variae; uniflora, corollae bivalvis, inclusa; flores feminei, calycis gluma univalvis uniflora; valvulae cartilagineae, inclusae, fissae, et parte anteriori persistentes; corollae gluma minor calyce, bivalvis; styli duo; spora laeves, gluma involuta.

## II. Flores glumacei, glumis bi-trifloris.

196. AIRA, (CANCHE) EINN. LAM. tab. 44. (graminea). Gluma calycis nitens, bivalvis, biflora; Corollae gluma

gluma bivalvis, mutica, aut basi aristata; spora una.

197. MELICA, (MELIQUE) LINN. LAM. tab. 44. (graminea). Calycis gluma colorata, bivalvis, biflora; flore medio abortivo, sterili; glumae laxae, obtusae, membranaceae, inaequales; Corollae gluma bivalvis, minor, ventricosa; rudimentum floris; spora una.

198. COLLADOA, (COLLADOA) CAV. ISCHIAEMUM LINN. \*) (graminea). Flores spicati, rachis flexuosa. Involucrum bipartitum, triflorum; flores hermaphroditi duo, unus masculus; florum hermaphroditorum calycis gluma bivalvis; corollae bivalvis interne basi aristata, arista torta, versus medium geniculata? stamina tria, styli duo, spora una ovato—compressa. Masculi flores: calycis gluma bivalvis, corollae nulla (calycis nulla, corollae bivalvis CAV.) mutica; stamina tria.

199. AEGILOPS, (AEGILOPE) LINN. LAM. tab. 839. (graminea). Polygama. Flores hermaphroditi spicati. Gluma bivalvis coriacea, latissima, multi aristata, aristis rigidis divergentibus, triflora; flore uno masculo inter duos hermaphroditos collocato; flores hermaphroditi corollae gluma bivalvis, valvula exteriori bi—triaristata, aristis terminalibus, ovata; nectarolymatis squamae duae internae; stamina tria; styli duo; spora una; — flores masculi; corollae gluma, nectarolymate, staminibus ut in hermaphroditis; pistillum saepe abortiens.

200. HOLCUS, (HOUQUE, SORGO) LINN. LAM. tab. 838. (graminea). Flores polygami paniculati; calyx biflorus, bivalvis, opacus, nervosus; corolla minor, valvula altera aristata; nectarolyma lineare, bipartitum; stigmata sessilia; — (huc pertinent H, mollis et lanatus L. SCHREB. — PERS. opinatur et has fere ad Airas esse

---

\*) Certe Ischaemum aristatum L. non ab hoc genere distinctum.



esse removendas species. SORGHUM peculiare genus infra locatum.) —

201. THUARIA, (THUARE'E) AUBLET. PERS. pag. 110. (graminea). Flores laterales polygami; inferiores hermaphroditi; *rachis* membranacea, demum involuta, decidua; *calyx* biflorus, bivalvis; *corolla* bivalvis, ovata, mutica; — peculiare arenosarum Madagascariae ab AUBERTIO PERSOONIO communicatum gramen, cujus spicula, ut in *Arachi* hypogaea observatum scimus, terram intrat.) —
202. ECHINARIA, (ECHINARIE) DESFONT. atlant. 2. pag. 385. CENCHRUS LINN. (graminea.) Flores capituliformes; *calyx* brevis, membranaceus, aristatus, bivalvis, bi—triflorus; *corolla* bivalvis, valvula exteriori inaequali, quatri—quinquefida; interiori minima, bi—trifida; *spora* una. \*)
203. TRISETUM, (TRISETUM) PERS. pag. 97. AVENA LAM. LEERS. DESF. LINN. — *Calyx* bi—triflorus, acuminatus, carinatus; *corolla* aristis duabus, terminalibus, subdentiformibus, (glumis apice setoso bifidis;) una dorsali, recta nec contorta; flosculis ut plurimum glabris: (spiculae compressae, pallescentes.
204. SORGHUM, (HOUQUE, SORGO) MICH. LAM. tab. 838. HOLCUS LINN. MIEG. SCHREB. (graminea). — Flores polygami, paniculati; flosculi gemini, altero hermaphrodito, sessili, altero postico pedicellato masculo neutrove. *Flores hermaphroditi*: *Calyx* gluma bivalvis, uni—interdum biflora; *corolla* bi—trivalvis, calice minor, valvula exteriori secunda ad supremum aristata, tertia squamas nectariferas tres villosas connectendo includens; *stamina* tria; *styli* duo; *spora* una majuscula ovalis; *flores masculi* minores; *calyx* bivalvis, *corolla* nulla, (aut secundum SCHREBERUM, clarissimum virum, bivalvis,) mutica; squamae tres interiores

res

---

\*) PERS. Enchir. sub CENCHRO No. 2; militari jussit.

res minores; *stamina* tria; *ovarium* abortiens, instar rudimenti; *styli* duo.

205. SEHIMA, (SE'HIME'E) FORSK. (graminea). *Polygama*. Glumae quatuor approximatae, duae duabus coalitae, unaquaque bivalvis; *biflora*; altera geminata, gerens flores masculos et pedicellatos; altera sessilis gerens *hermaphroditum*, et *masculum*; *thius corolla* bivalvis; *stamina* tria, *styli* duo; *spora* una; *hujus corolla* bivalvis, *stamina* tria.

206. ISCHAEMUM, (ISCHAEMON, Ischeme) LINN. LAM. tab. 839, (graminea). — *Flores polygami*. *Hermaphroditorum calyx* biflorus, bivalvis, valvulis subaequalibus, cartilagineis; exteriori subovata, gibba, apice bifida; *corolla* minor bivalvis, valvula exteriori ventricosa, mutica, aut aristata, bifida; *nectarolyta* foliola duo, spathulata, truncato emarginata; *stamina* tria; *styli* duo; *spora* una; *flores masculi* idem: sed mutici. — *Flores spicati geminati*. SCHREB.

207. TETRAPOGON, (TETRAPOGON) DESFONT. — *Calycis* gluma bivalvis, mutica, inaequalis, triflora; flores duo laterales sessiles; *corollae* gluma bivalvis, valvula exteriori truncata, et aristata; flore uno centrali pedicellato, minori, sterili; *corollae* valvulae duae truncatae, aristatae.

### III. Flores glumacei, peniculati; glumae multiflorae.

208. DACTYLIS, (DACTYLE) LINN. LAM. tab. 44. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, compressa; altera valvula majori, carinata; inaequalis, multiflora; *corollae* gluma bivalvis; *spora* una; (*spiculae* aggregatae, et capitatae.)

209. UNIOLA, (UNIOLE) LINN. BRIZA LAM. tab. 45. fig. 3. (graminea). *Spiculae* multiflorae, planae  
anci-

ancipites, ovatae; *calyx* multiglumis; valvulis imbricatis duplici serie; *corolla* bivalvis, mutica; valvula interiori minore, intra exteriorem recumbente; carinatis squamis compressis; *stamina* unum, tria; *appendices* duae, subbicornes ad basin ovarii; *stigmata* longa, muricata.

210. BRIZA, (BRIZE) LINN. LAM. tab. 45. fig. 1. 2. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, multiflora; gluma *corollae* bivalvis, valvulis ventricosis parumper cordatis, obtusis; valvulis interioribus minimis; spicula disticha.

211. POA, (PATURIN) LINN. LAM. tab. 45. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, multiflora; gluma *corollae* bivalvis, valvulis margine scariosis, et paululum punctatis (discoloribus); *spicula* ovata; mutica; *monospora*.

212. FESTUCA, (FESTUQUE) LINN. LAM. tab. 46. (graminea). *Calyx* bivalvis, multiflorus; *corollae* gluma bivalvis, valvulis acuminatis et punctatis; *spicula* oblonga, teretiuscula, aut divergens, mutica aut arista terminali instructa; *spora* una.

213. KOELERIA, (KOELERE) PERS. tab. 96. POA LAM. KROK. LINN. PHALARIS POIRET. AIRA. VAHL. SMITH. AVENA LAM.? — *Calyx* multiflorus, bivalvis, compresso carinatus; *corolla* bivalvis, brevi aristata, glumis nervosis; — *spica* composita ex spiculis compressis, saepius pubescentibus, subsessilibus. PERS.

214. BROMUS, (BROME, DROUE) LINN. LAM. tab. 46. (graminea). *Calycis* gluma bivalvis, multiflora; *corollae* bivalvis, valvulis sub apice, (apice saepe bifida) aristatis; *spicula* oblonga disticha; — (gluma interior pectinato ciliata, secundum SMITH.) *spora* una.

215. AVENA, (AVOINE) LINN. LAM. tab. 47. (graminea). *Calyx* bivalvis multiflorus; *corollae* gluma bival-

valvis, valvula exteriori arista dorsali contorta munita; *glumae* membranaceae, subfolliculosae; *spora* una.

216. ARUNDO, (ROSEAU) LINN. LAM. tab. 46. (graminea). *Calyx* bivalvis nudus, uni — multiflorus, glaber; *corolla* lana longa ad basin cincta, bivalvis; *spora* una.

217. MIEGIA, (MIEGIE) PERS. ARUNDINARIA MICHAUX. — *Stigmata* tria; *flores* polygami, paniculati; *calyx* multiflorus, bivalvis, brevis, inaequalis; *corolla* bivalvis, mutica; *appendices* bini lato lanceolati, acuti, plani in utroque flore; *spora* nuda maxima. = (Ab omnibus hucusque cognitis graminibus tum staminibus tribus tum spora grandi sane distinctum genus. PERSOON pag. 102.)

218. APLUDA, (APLUDE) LINN. LAM. tab. 841. (graminea). *Flores* polygami vel monoici. *Involucrum* diphyllum, foliolo uno majori, parum distante; *calyx* quatriflorus, cartilagineus, bilamellatus, sive bivalvis; valvula anteriori truncata; *flosculi* inferiores gemini: altero *hermaphrodito*, altero *femineo*; *hermaphroditi* corolla univalvis, navicularis, striata, tridentata, dente intermedio aristata; *stigmata* crassa hirsuta; *flosculi superiores masculi* valvulae truncatae insistentes. (Flores duo masculi pedunculati, unus femineus sessilis; florum masculinorum calyx bivalvis; flor. femin. corolla bivalvis; styli duo; spora una. (An subordinis quarti?)

219. PAPPOPHORUM, (PAPPOPHORE) SCHR. VAHL. Symbol. (graminea). *Calyx* bivalvis, bi-quatriflorus, flore uno hermaphrodito, inferiori, sessili, basi barbato: unus — tres flores masculi superiores, pedicellati, glabri, non barbati; *flores hermaphroditi*: corollae gluma quaeque bivalvis, calyci brevior; *valvula exteriori* inflato ventricosa, munita tribus-quatuor-decem et longissimis aristis; *valvula interiori* angustiori, longiori, punctata; duae squamae interiores; *stamina* tria; *styli* duo; *spora* una. *Flores masculi*: valvulae et squamae ut in hermaphroditis; *stamina* tria.



220. LAPPAGO, (LAPPAGINE) RETZ. SCHREB. WILLD. TRAGUS DESFONT. CENCHRUS LINN. (graminea). Duo, tres, quatuor flores mutici; terminali uno sterili, approximati forma aristae; calyx subtrivalvis, muricatus, echinatus pilis rigidis; corolla bivalvis, membranacea, inaequalis, aristae duae interiores; spora una.

221. CENCHRUS, (RACLE) LINN. MICHAUX. DESF. WILLD. (graminea). Involucrum monophyllum, laciniatum, echinatum, aut formatum multis pilis mollibus, bi—tri—quatriflorum, muticum; corolla bivalvis, mutica, longior; masculi uni—biflori; stylus bifidus. (MONOGYNIA. — PERS.)

IV. Flores glumacei, dispositi in aristam serratam.

222. ROTTBOELLA, (ROTTBOELLE) LINN. LAM. tab. 48. AEHILOPS LINN. MORIS. (graminea). Flores polygami, spicati. Rachis articulata, teretiuscula, in pluribus linearis, vel filiformis; calyx gluma cartilaginea, ovato lanceolatus, planus, uni—bivalvis, uni—biflorus; corolla bivalvis, minor calyce; stamina tria; styli duo; spora una; flosculi alterni: unus masculus, alter hermaphroditus, partibus in utroque eodem modo formatis; sessiles, in sinu rachis flexuosae; spora una.

223. SECALE, (SEIGLE) LINN. LAM. tab. 49. TRITICUM LINN. ROTH. AGROPOGON GAERTNER. (graminea). Calyx bivalvis, bi aut multiflorus, solitarius in quoque axeos dente; valvulae oppositae, flore minores; glumis lineari lanceolatis, laevibus, aut utrinque canaliculatis; spora una.

224. TRITICUM, (FROMMET) LINN. DESF. ROTH. WILLD. LAM. tab. 49. ELYMUS LINN. WILLD. MORIS.

MORIS. (graminea). *Calyx* bivalvis, solitarius in quoque axeos dente, multiflorus; *flos* obtusiusculus, glumis muticis, aut interrupte aristatis; *corolla* bivalvis; *spiculae* breviusculae, a latere plano rachi approximatae; *spora* una.

225. HORDEUM, (ORGE) LINN. ROTH. WILLD. LAM. tab. 49. ELYMUS SCHREB. (graminea). Flores spicati; *calyx* uni — biflorus, hexaphyllus, involucriformis: foliolis per paria digestis, setaceis; flosculi terni, intermedio sessili, lateralibus stipitatis (saepius sterilibus); *corolla* stipitata, bivalvis, acuta; exteriori valvula aristata; *spora* una.

226. ELYMUS, (ELYME) LINN. SCHREB. WILLD. LAM. tab. 49. ASPERELLA HUMBOLDT. (graminea). Flores spicati; *calyx* bivalvis, involucriformis, tetraphyllus, lateralis, aggregato — ternus, saepe multiflorus, floribus duobus — tribus in quoque axeos dente conjunctis; *corolla* bivalvis; *spora* una.

227. LOLIUM, (JURAE) LINN. LAM. tab. 48. (graminea). *Calyx* univalvis, vel monophyllus, fixus, multiflorus; *spicula* simplex, approximato — sustentata versus rachin latere acuto; *spora* una.

228. CYNOSURUS, (CRETELLE) LINN. VAHL. DESF. LAM. tab. 47. (graminea). Flores sustentati receptaculo unilaterali; *calyx* bivalvis, multiflorus, bracteatus; vel receptaculum proprium unilaterale foliaceum spiculis bracteis subjectis; *corolla* bivalvis, calyce longior; *spora* una.

229. ELEUSINE, (ELEUSINE) GAERTNER, LAMARK. tab. 48. CYNOSURUS LINN. — Flores omnes hermaphroditi, in receptaculo unilaterali, secundi, mutici; *calycis* gluma bivalvis, carinata, compressa, bi — quinque — multiflora; *corollae* gluma bivalvis, inaequalis, mutica; *spora* una, subglobosa, tunica membranacea oblecta.

230. CHLORIS, (CHLORIS) SWARZ. WILLD. TETRAPOGON DESFONT. CYNOSURUS VAHL. ANDROPOGON LINN. — *Calycis gluma bivalvis inaequalis bi—sexflora; flore uno hermaphrodito sessili, altero masculo, pedicellato, hermaphrodito minori; flores hermaphroditi: corollae valvulis duabus exteriori majori aristata; interne squamae duae minutae; stamina tria; styli duo; spora una. Masculi flores: corolla unibivalvis: valvula exteriori aristata; stamina tria. — Polygama. Spica ut plurimum digitata unilateralis. Valvulae corollarum carinatae muticae, aut aristatae.*
231. CHRYSURUS, (CHRYSURE) PERS. CYNOSURUS LINN. WILLD. KOELER. — *Flores spicato racemosi; spiculae bifformes; steriles pendulae, muticae, multivalves, ad basin fertilium involucrium mentientes; fertilium calyx bivalvis, bi—triflorus; corolla bivalvis, valvula exteriori longe aristata.*
232. SESLERIA, (SESLERIE) ADANS. JUSS. CYNOSURUS LINN. HOFFM. WILLD. ARD. WULF. POA WULF. (graminea 7.). *Gluma bi—quinqueflora, bivalvis, valvulis antrorsum versus vel apice dentata dorso barbata, bi—triflora; calyx bivalvis, valvula exteriori triaristata, interiori bicorni aut furcata; stigmata subglandulosa; flores spicati, saepius caerulei, basi involucrati; spora una. (TRIANDR. MONOGYNIA PERS.)*
233. ANDROPOGON, (ANDROPOGON, Barbon, squénante) LINN. LAM. tab. 840. (graminea 3.). — *Flores polygami, geminati; altero hermaphrodito sessili; altero masculo sive rarius neutro pedicellato masculo. P. Flores hermaphroditi; calycis gluma bivalvis, uniflora; corollae calycis gluma brevior sessilis, trivalvis; exteriori et secunda majori, basi arista longa, fere spirali, munita; tertia intima minuta; (duae parvae squamae interiores); stamina unum, tria; styli duo; spora una oblonga; receptaculum s. rachis plerumque villosa; involucrium villi fasciculus ad basin spicularum, in nonnullis folium cymbiforme. — Flores masculi: calycis gluma bivalvis uniflora; corollae bivalvis, pedunculata;*

culata; valvula exteriori majore, nuda; squamae duae internae parvae; *stamina* tria.

234. ANTHISTIRIA, (ANTHISTE'RIE) LINN. suppl. LAM. tab. 47. 841 ANDROPOGON LINN. THUNB. STIPA POIR. (graminea 4.). *Flores* polygami fasciculati in panicula laxa; *flores hermaphroditi* centrales solitarii sessiles et basi aristati; *calycis* gluma bivalvis, *corollae* gluma vix ulla, aut nulla; *stamina* tria, *styli* duo, *arista* tortilis e basi pistilli vel e fundo corollae; *spora* una oblonga; *flores* masculi pedunculati, non aristati numero sex, quorum quatuor sessiles, verticillati; duo pedicellati mutici; *calycis* gluma, uno — bivalvis; uniflora; *corollae* bivalvis; *stamina* tria.

### T R I G Y N I A.

#### I. Flore infero.

235. HOLOSTEUM, (HOLOSTE'E) LINN. SWARZ. LAM. tab. 51. (caryophyllata). *Calyx* pentaphyllus, superus; *corollae* petala quinque bifida; *capsula* monocularis, subcylindrica, polyspora, apice dehiscens. (Folia opposita; flores corymbosi, axillares et terminales.)
236. POLYCARPON, (POLYCARPE) LINN. THUNB. SWARZ. LAM. tab. 51. STIPULICITA MICHAUX. (caryophyllea). *Calyx* pentaphyllus; *corollae* petala quinque, minima, emarginata, ovata, persistentia; *styli* tres; *capsula* ovata, unilocularis, trivalvis, polyspora. (Folia stipulacea, verticillata quatuor foliis; flores corymbo dichotomo terminali dispositi).
237. LECHEA, (LE'CHE'E, Léquéé) LINN. MICHAUX. WILLD. LAM. tab. 52. MENANDRA GRONOV. (caryophyllata 7.). *Calyx* triphyllus persistens; *corollae* petala tria, linearia; *stigmata* tria plumosa; *capsula* trilocularis, trivalvis, valvulis totidem interioribus  
pla-



placentiformibus, trispora; spora una in loculo; embryo leviter arcuatus.

238. CENTROSEPIA, (CENTROSEPIA) LABILL. novae Hollandiae specimen. Paris. 1804. (spatheacea). *Spatha* multiflora; *calyx* nullus; *corolla* nulla; *glumae* centrales simplices; *stamen* unicum, basi ovarii insertum; *ovarium* subditum stylo trifido; *capsula* trilocularis, monospora \*).

139. ERIOCAULON, (JONCINELLE) LINN. FLOR. MORIS. LAM. enc. 3. tab. 50. (juncacea I.). *Calyx* communis quatrifidus; capitulum imbricatum, hemisphaericum, multiflorum; *corollae* petala tria—sex, aequalia; *stamina* supra ovarium; *capsula* parum globosa, bi—trilocularis, bi—trispora; tricocca, monoica. Flores masculi quatuor stamina; feminei stylus bifidus.

240. MONTIA, (MONTIE) LINN. LAM. tab. 50. (portulacacea I.). *Calyx* diphyllus; persistens; *corolla* irregularis, monopetala, petalo quinquefido, fissuris tribus alternis, minoribus, staminiferis; *stamina* tria, rarius quinque; *capsula* turbinata, monolocularis, trivalvis, trispora, calyce tecta, spora in fundo capsulae funiculo umbilicali affixae.

241. MOLLUGO, (MOLLUGINE) LINN. LAM. tab. 52. (caryophyllata I.). *Calyx* tri- vel pentaphyllus, interne coloratus; *corolla* nulla; *capsula* ovalis, trilocularis, trivalvis, polyspora. (Folia opposita, aut verticillata; flores axillares, aut terminales.)

242. MINUARTIA, (MINUARTE) LINN. LÖFLING. LAM. tab. 52. (caryophyllata I.) *Calyx* pentaphyllus; *corolla* nulla; *capsula* monolocularis, minima, oblonga, triangularis, trivalvis, polyspora. (Folia opposita; flores coaliti.)

243. QUE-

---

\*) Notabile genus absentia calycis et corollae, in familia juncinearum.

243. QUERIA, (QUE'RIE) LINN. THUNB. WILLD. LAM. tab. 52. (caryophyllata I.). *Calyx* pentaphyllus; *corolla* nulla; *capsula* rotundata, unilocularis, trivalvis, monospora.
244. KOENIGIA, (KE'NIGE) LINN. LAM. tab. 51. (polygonacea \*). *Calyx* triphyllus; *corolla* nulla, *stigmata* tria velata pilis: *spora* una, ovata, nuda.

## II. Flore supero.

245. DONATIA, (DONATIE) FORST. LAM. tab. 51. POLYCARPON LINN. (caryophyllata I.). *Calyx* triphyllus; *corolla* polypetala, octo—decem petala integra, linearia, oblonga; *styli* tres; *capsula* trilocularis, infera.
246. PROSERPINACA, (PROSERPINAQUE, Trixide) LINN. LAM. tab. 50. TRIXIS MICHAUX. (onagraria). *Calyx* liberus, tripartitus, superus, persistens; *corolla* nulla; *stamina* tria sub calycis laciniis affixa; *ovarium* adhaerens; *stigmata* pubescentia; *nux* ossea, triquetra, trilocularis, calyce coronata; *spora* loculi summo affixa; *perisporium* striatum; *embryo* bilobus, altero lobo breviori; *radicula* horizontalis.

---

\*) Facie polycarpi.

CLASSIS QUARTA.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

I. Flores aggregati, monopetali, inferi;  
spora una, umbrata.

247. GLOBULARIA, (GLOBULAIRE) LINN.  
MORIS. WILLD. LAM. tab. 56. (primulacea 3.). Flores ag-  
gregati: involucreum commune polyphyllum, imbricatum;  
receptaculum paleaceum; calyx proprius tubulosus, in-  
ferus, quinquefidus, persistens; corolla inaequalis, quin-  
quefida; labio superiori bipartito, partitionibus mino-  
ribus; inferiori tripartito; stamina tubo inserta tria;  
spora una, calyce connivente tecta.

II. Flore aggregato, monopetalo, supero;  
spora una, velata (umbrata).

248. DIPSACUS, (CARDERE) LINN. JACQ.  
WILLD. LAM. tab. 57. (dipsacea 1.). CARDUUS LOBEL.  
Flores compositi, aggregati; involucreum commune poly-  
phyllum: calyx proprius duplex: superus adhaerens, tere  
integer, exterior liber; corolla quatrifida; tubulosa, tubo  
brevis; spora una calyce circumdata; receptaculum co-  
nicum

nicum paleaceum, floribus longius, paleis rigidis amictum.

249. SCABIOSA, (SCABIEUSE) LINN. LAM. tab. 57. (dipsacea I.). Flores compositi, aggregati; *calyx involucri commune* polyphyllum, multiflorum, proprius superus, duplex, exterior brevis, plicatus, interior saepissime quinque aristatus, rarius plumosus; *corolla* tubulosa, saepe inaequalis, quatri—quinquefida; *spora* una, calyce coronata; *receptaculum* convexum, nudum aut paleaceum.

250. KNAUTIA, (KNAUTIE) LINN. TILLI. WILLD. LAM. tab. 58. (dipsacea I.). Flores aggregati terminales; *calyx: involucri commune* cylindricum, vel oblongum, simplex aut multipartitum, quinqueflorum: *proprius* duplex: exterior denticulatus, aut fere integer ovarium cingens; interior urceolatus, ciliatus, aut plumosus, superus; *corolla* tubulosa, inaequalis, quatrifida; *spora* una; basi tuberculata, calyce exteriori tecta, interiori coronata; *receptaculum* nudum aut pilosum.

251. ALLIONIA, (ALLIONE) LINN. L'HERET. RUIZ. WILLD. LAM. tab. 58. (nyctaginea I.). WEDELIA LOEFL. Flores aggregati. *Calyx: involucri commune* oblongum, simplex vel triphyllum, triflorum; *proprius* radiatus, superus, obsoletus; *corollulae* irregulares, quaeque fere quatrifida; *spora* una, tecta; *receptaculum* nudum,

III. *Flore monopetalo, infero; duae aut quatuor sporaee nudae.*

252. PERAMA, (PE'RAME) AUBLET. guian. I. LAM. tab. 68. MATTUSCHKAEA SCHREB. PERS. (pyrenacea). *Calyx* quatripartitus; *corolla* infundibuliformis, tubulosa, limbo quatrifido, inferior; *sporaee* duo aut quatuor nudae; *stamina* alterna cum lobis, iisque aequalia.

IV. *Flore*



IV. *Flore monopetalo, infero; sporis pericarpio inclusis.*

253. PYROSTRIA, (PYROSTRE) JUSS. LAM. tab. 68. (rubiacea g.) *Calyx* minimus, superus, fere integer vel subquatridentatus; *corolla* campanulata, semiquinquefida patens, fauce tomentosa; *drupa* pyriformis, infera, octo striis notata, includens *nuces* octo, monosporas.
254. MYONIMA, (MYONIME) JUSS. WILLD. LAM. tab. 68. (rubiacea). *Calyx* superus, minimus, subinteger; *corolla* quatripartita, tubo brevi; *drupa* globosa, *nuce* quinqueloculari, tetraspora.
255. PETITIA, (PETITIE) JACQ. (verbenacea). *Calyx* inferus, quatridentatus; *corolla* tubulosa, quatrifida, vel quatripartita; *drupa* *nuce* biloculari, dispora.
256. AQUARTIA, (AQUART) LINN. JACQ. WILLD. LAM. tab. 82. (soianacea). *Calyx* campanulatus, quatrilobus, lobis duobus majoribus; *corolla* rotata, quatrifida, laciniis linearibus oblongis; *bacca* globosa, unilocularis, polyspora; *antherae* longae apice biperforatae.
257. ROUSSEA, (ROUSSE'E, ROUSSEAU) SMITH. LAM. tab. 75. *Calyx* tetraphyllus, ligulatus, reflexus; *corolla* campanulata, infera, quatrifida, laciniis extorsum volutis; *filamenta* dilatata; *bacca* quadrangularis (tetragona), pyramidalis, polyspora; *antherae* sagittatae; *ovarium* pyramidatum, glabrum.
258. CALLICARPA, (CALLICARPE) PLUK. LINN. THUNB. LAM. tab. 69. (verbanacea). *Calyx* quatrifidus, campanulatus; *corolla* monopetala, quatrifida; *bacca* globosa, unilocularis, tetraspora; *sporae* osseae.
259. HIGGINSIA, (HIGGINSIE) RUIZ. Flor. peruv. PERS. *Calyx* quatridentatus; *corolla* infundibuliformis.

formis, limbo quatripartito; *stigma* bilabiatum prominens; *bacca* bilocularis, bisulca, umbilicata, polyspora.

260. WALLE<sup>N</sup>IA, (WALLE<sup>N</sup>E) SWARZ. PETISOIDES JACQ. BAYONIA SLOAN. — *Calyx* inferus, quatrifidus, laciniis obtusis; *corolla* tubulosa, hypocrateriformis, quatrifida, laciniis erectis; *bacca* unilocularis, monospora.

261. WITHERINGIA, (WITHE'RINGE) L'HERET, LAM. tab. 82. (solanacea). *Calyx* minimus, urceolatus, quatridentatus; *corolla* fere campanulata, quatrifida, tubo urceolato quatriginibbo; *antherae* conniventes; *bacca* supera, bilocularis; *nectarolyta* fossae quatuor melliferae.

262. AEGIPHILA, (AEGIPHILE) LINN. VAHL. SWARZ. LAM. tab. 70. MANABEA AUBLET. JUSS. (verbenacea). *Calyx* campanulatus, quatridentatus; *corolla* longa tubulosa, quatrifida; *stylus* filiformis, semibifidus; *stigmata* bifida; *bacca* inferne cincta calyce, bilocularis, loculis disporis in osseis nucibus.

263. NUXIA, (NUXIER) LAMARK. tab. 71. AEGIPHILA SWARZ. WILLD. MANABEA JUSS. (verbenacea). *Calyx* turbinatus, quatridentatus vel quatrifidus; *corolla* monopetala, subinfundibuliformis, quatrifida; tubo brevi; *stamina* in fauce; *stigma* truncatum; *capsula* carnosa, dispora, ovalis.

264. CEPHALANTHUS, (CEPHALANTHE) FLUK. LINN. LAM. tab. 59. (rubiacea). Flores aggregati, capitati, insidentes *receptaculo* globoso, piloso; *calyx*: *involucrum commune* nullum; *proprius* superus, infundibuliformis, quatridentatus; *corolla* quatrifida; *capsula* bi — quatripartibilis, totidemque locularis; loculis monosporis; *sporae* solitariae, oblongae.

265. ROUHAMON, (ROUHAMON) AUBLET. LASIOSTOMA SCHREB. WILLD. STYCHNOS JUSS. (apocinacea). *Calyx* quatrifidus (quinquefidus SCHREB.) basi munitus duabus squamis; *corolla* infundibuliformis,

mis, quadrifida, fauce villosa; *capsula* unilocularis, dispora, turbinata, compressa, et uno laterale striata.

\* ) 266. SCOPARIA, (SCOPIRE) LINN. JACQ. VAHL. LAM. tab. 85. (personata). *Calyx* quatripartitus tubo brevi; *corolla* quatripartita, rotata, fauce pilosa; *capsula* uni—bilocularis, bivalvis, polyspora, sphaerica.

267. BARTONIA, (BARTONIE) WILLD. *Calyx* tetraphyllus; *corolla* campanulata, quadrifida, persistens; *capsula* unilocularis, bivalvis, (monospora, vel polyspora.

268. CENTUNCULUS, (CENTENILLE) LINN. VAHL. LAM. tab. 83. (primulacea l.). *Calyx* quadrifidus; *Corolla* rotata, patente limbo quadrifida; *capsula* monolocularis, globosa, circumscissa, polyspora. (Interdum stamina quinque, tunc congener *anagallide*.

269. FRASERA, (FRASERE) MICHHAUX. GMEL. PERS. — *Calyx* quadrifidus; *corolla* quadrifida, patens; *petala* medio glandula barbata; *capsula* compressa submarginata, bilocularis; *sporae* paucae, imbricatae.

270. PLANTAGO, (PLANTAIN) LINN. LAM. tab. 85. (plantaginea). *Calyx* quadrifidus; *corolla* tubulosa, quatuor limbis reflexis; *stamina* longissima; *capsula* bilocularis, polyspora, circumscissa. Flores spica serrata, bracteata.

271. PSYLLIUM, (PSYLLE, Pulicaire) JUSSIEU. PLANTAGO LINN. PERS. (plantaginea). Flores capitati terminales, bracteati; *calyx* quadrifidus; *corolla* tubulosa, quatuor limbis reflexis; *capsula* bilocularis, dispora, circumscissim se apperrens.

272. P O-

---

\* ) SPIELMANNIA *africana* LAMARK. tab. 85. LANTANA LINN. JASMINUM MEDICUS. (verbenacca). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* fauce barbata, limbo quinquelobo, subaequali; *stigma* uncinatum; *drupa* nucis biloculari dispora,

272. POLYPREMUM, (POLYPREME) LINN. MICHAUX. WILLD. LAM. tab. 71. (personata 3.). *Calyx* tetraphyllus; *corolla* rotata, quatrifida, lobis rotundatis, vel cordatis; *capsula* compressa, emarginata, bilocularis, bivalvis, polyspora.
273. BUDLEIA, (BUDLEIE) LINN. LAM. tab. 69. LANTANA LINN. BUDLEA AIT. (personata 1.). *Calyx* quatrifidus; *corolla* tubulosa, quatrifida; *stamina* tubi incisuris inserta; *capsula* sphaerica, bivalvis, bilocularis, polyspora, apice dehiscens.
274. CODONIUM, (CODONIE) ROHR gen. plantt. (caprifolia?). — *Calyx* duplex; inferus monophyllus, inaequaliter bifidus superus turbinatus subintegerrimus; *corolla* campanulata; *drupa* obovata; *stigma* capitatum. (An prope LINNEAM collocandum genus.)
275. EXACUM, (GENTIANELLE) LINN. SMITH. LAM. tab. 80 GENTIANA AIT. LINN. (gentianeae 1.). *Calyx* tetraphyllus; *corolla* tubulosa, quatrifida, tubo globoso; *capsula* bisulca, bilocularis, loculis disporis, apice dehiscens.
276. CENTAURIUM, (CENTAURELLE, CENTAURELLA) MICHAUX. (gentianeae). — *Calyx* tripartitus adpressus; *corolla* subcampanulata quatrifida; *stigma* crassum glandulosum subbifidum; *capsula* (calyce et corolla persistentibus involucreta) unilocularis, bivalvis, polyspora.
277. COUTOUBEA, (COUTOUBEE) AUBLET. LAM. tab. 79. EXACUM VAHL. (gentianeae 1.). — *Calyx* quatrifidus bracteae tres; *corolla* monopetala, quatrifida, calice longior, tubo brevi; *squamae* quatuor cucullatae; *stigma* bilamellatum; *capsula* bivalvis, polyspora.
278. TACHIA, (TACHI) AUBLET. LAM. tab. 80. MYRMECIA SCHREB. PERS. (gentianeae 2.). *Calyx* tubulosus, campanulatus, quinquedentatus; *corolla* tubulosa, quinquefida, fauce dilatata, vel inflata; *glandulae* quinque



que cingunt ovarii (germinis) basin disco quadrangulati; capsula bilocularis, bivalvis, polyspora.

279. POUTERIA, (POUTERIA) AUBLET. LAM. tab. 72. LABATIA SWARZ. WILLD. (ebenacea). *Calyx* inferus, persistens, tetraphyllus; *corolla* subcampanulata, ovalis, quatrifida: laciniis duabus minimis, quarum diuisuras vel sinus tenent obsitas filamenta; *stigma* quatrifidum; *capsula* ovalis striato sulcata, tecta pilis rigidis, quatrivalvis, tetraspora. *Sporae* solitariae, arillatae.

280. PENAEA, (PENE'E, Sarcocollier) PLUK. LINN. THUNB. LAM. tab. 78. (planta ordinis indeterminati). *Calyx* diphyllus bracteeformis, caducus; *corolla* campanulata, aut infundibuliformis longior, quatrifida; *stigma* quatrilobum; *capsula* tetragona, quatrilocularis, quatrivalvis, valvulis septiferis, loculis di — octosporis, axi nulla.

281. BLAERIA, (BLAIRIE) LINN. BERG. LAM. tab. 78. ERICA LINN. THUNB. (ericae). *Calyx* quatripartitus; *corolla* campanulata quatrifida; *stamina* receptaculo inserta; *capsula* quadrangularis, quatrilocularis, ad angulos dehiscens, polyspora.

V. *Flore monopetalo, supero; sporis pericarpio inclusis.*

282. CHOMELIA, (CHOME'LE) JACQ. (rubia-  
cea 6.). *Calyx* superus, tubulosus, quatripartitus; *corolla* hypocrateriformis, tubo cylindrico, limbo patente quatripartita; *stigmata* duo, crassiuscula; *drupa* infera coronata; *nux* bilocularis, dispora.

283. MALANEA, (MALANI) AUBLET. WILLD. LAM. tab. 66. ANTIRHEA GMEL. CUNNINGHAMIA SCHREB. (rubiacea). *Calyx* superus, minimus, quatridentatus; *corolla* rotata, infundibuliformis, quatrifida; *stylus*

*stylus* bifidus; *drupa* ovalis, coronata; *nux* bilocularis, dispora.

284. COLOSANTHUS, (SCOLOSANTHE)

VAHL. WILLD. CATESBAEA LAM. tab. 67. (rubiacea 3.).  
*Calyx* superus, parvus, quatrifidus; *corolla* tubulosa, quatrifida, limbo extroisum revoluta; *stamina* basi fere coalita; *drupa* succulenta, globosa; *nux* unilocularis, monospora.

285. PAVETTA, (PAVETTE) LINN. VAHLIUS.

WILLD. IXORA FORSK. CRINITA HOUTT. (rubiacea 6.).  
*Calyx* superus, minimus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, quatripartita; *tubus* angustatus; *stigma* incrassatum, curvum; *bacca* pisiformis, unilocularis, secund. LINN. mono—dispora; *sporae* uno latere planae, altero convexae.

286. IXORA, (IXORE) LINN. VAHL. SWARZ. LAM.

tab. 66. (rubiacea 6.). — *Calyx* superus, minimus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, longa, monopetala, quatripartita; *tubus* longus; *stamina* supra faucem tubi inserta; *bacca* bilocularis, loculis di—tetrasporis.

287. PETESIA, (PETESIE) LINN. LYGISTUM

BROWN. LAM. tab. 67. f. 2. (sub *Fernelia*.) (rubiacea 3.).  
— *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, quatriloba; *stigma* bifidum; *bacca* globosa, coronata, bilocularis, polyspora.

288. CATESBAEA, (CATESBE'É) LINN. LAM.

tab. 67. fig. 1. (rubiacea). — *Calyx* superus, minimus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, quatriloba; *tubus* longissimus, dilatatus; *stamina* tubi basi inserta; *bacca* globosa, coronata, bilocularis, polyspora.

289. FROELICHIA, (FROELICHE) WILLD.

BILLARDIERIA VAHL. \*) (rubiacea 6.). — *Calyx* superus,

---

\*) Symbol. I. qui ipse ait: „impresso fasciculo ad manus venit — of the botany of new Holland — ubi SMITH jam novum genus BILLARDIERIAM constituit,“ hinc FROELICHIAM nuncupendam suadet. Cf. Spec. in praefatione.

perus, quatridentatus; *corolla* tubulosa, quatrifida; *drupa* sicca (*bacca* exsucca VAHL.) monospora; *spora* arillata.

290. HOFFMANNIA, (HOFFMANNE) SWARZ. fl. ind. I. pag. 242. (rubiacea 3.). — *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* hypocrateriformis, quatripartita, tubo brevissimo; *antherae* sessiles conniventes; *filamentum* nullum; *bacca* (capsula PERS.) pulposa, bilocularis, bivalvis, polyspora, infera \*).

291. ERNODEA, (ERNODE'E) SWARZ. LAMARCK. KNOXIA BROWN. (incertae sedis) \*\*). *Calyx* superus, quatri—quinque—partitus; *corolla* hypocrateriformis, monopetala, quatripartita, limbi laciniis linearibus; *stamina* longitudine corollae; *stigmata* duo extrorsum revoluta; *bacca* pisiformis, coronata, bisulca, bilocularis, polyspora; *spora*e solitariae.

292. SIDERODENDRUM, (SIDERODENDRON) VAHL. Eclog. I. (rubiacea 6.). SIDEROXYLOIDES JACQ. PLUK. — *Calyx* subquatridentatus; *corolla* tubulosa, quatrifida; *stigmata* lanceolata, duo extrorsum revoluta; *bacca* dicocca, bilocularis, loculis monosporis; *spora*e solitariae.

293. FERNELIA, (FERNEL) COMMERS. JUSSIEU. LAM. tab. 67. f. 1. COCCOCYPSILUM SWARZ. LAM. tab. 64. WILLD. CONDALIA RUIZ. et PAV. (rubiacea 3.). — *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis,

\*) Huic generi novum genus RUIZI et PAV. O — HIGGIN-SIA maxime congener, cujus fructus etiam baccatus, licet valvulis dehiscat. Caeterum valde affinis GATES-BEAE.

\*\*) PERSOON in Enchiridio suspicatur, *Ernodeae* species et *Siderodendri* potius ad *Ixoras* aut *Favettas* pertinere, quum multa rubiacearum genera inter se nimis affinia sint; atque observatores strenuos rogat, velint in vivis accuratius denuo examinare, quo firmiores generum characteres eruantur.

mis, parva, quadrifida, (quadriloba); *stylus* semibifidus; *bacca* coronata, inflata, bilocularis, polyspora; *sporae* lentiformes, liberae; *receptaculum* sporiferum, centrale, loco dissepimenti versus medium evaniti. \*).

294. GONZALEA, (GONZALEE) PERS. ench. pag. 132. b. GONZALAGUNIA RUIZ. BUENA CAV. — *Calyx* campanulatus, minimus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis; *pericarpium* bacca drupacea, obsolete tetragona, cocculos quatuor polysporos includens.

295. PALTORIA, (PALTORIE) RUIZ, — *Calyx* minimus, quadrifidus; *corolla* rotata; *stigma* magnum; *bacca* quadrilocularis; *sporae* solitariae. (Spora una, duae, ad maturitatem perveniunt. reliquae abortiunt \*\*).

296. MITCHELLA, (MITCHELLE) PLUK. LINN. LAM. tab. 62. CHAMAEDAPHNE MITCH. gen. 27. (rubiacea 10.). Duo flores gemini; *calyx* quatridentatus JUSS. (quinquefidus LAM.); *corolla* monopetala, infundibuliformis, interne villosa, quadrifida; *stigma* quadrifidum; *bacca* globosa, bifida, didyma, tetraspora.

297. EVEA, (EVEE) LAM. tab. 59. *Calyx* communis polyphyllus, foliolis quatuor exterioribus latioribus, proprius turbinatus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis quatripartita; *pericarpium* . . . (Flores octo, decem, in receptaculo paleaceo, aggregati.)

298. HEDYOTIS, (HEDIOTE) LINN. LAM. tab. 62. (rubiacea 3.). — *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, monopetala, quadrifida; *capsula* glo-

\* ) COCCOCYPSILUM BROWN. LAM. tab. 64. (rubiacea 6.) — *Calyx* quatripartitus, laciniis linearibus; *corolla* infundibuliformis, quadriloba; *capsula* calyce coronata, bilocularis, polyspora; *sporae* dissepimento affixae.

\*\* ) Gravis Ol. SWARZI veritatis investigatio hoc genus ad genus *Myginda* recedere jussit apud SCHRADERUM in Diario IV.



globosa, didyma, coronata sub apice, bilocularis, polyspora, infera, transversim dehiscens; *receptaculo* dissepimento undique adnata. GAERTN.

299. OLDENLANDIA, (OLDENLANDE)

LINN. WILLD. SCHREB. HEDYOTIS LAM. tab. 61. (sub OLDENLANDIA) HEUCHERA MURR. (rubiaceae). *Calyx* superus, quatripartitus; *corolla* vix tubulosa, quatrifida, (tetrapetala PERS.); *capsula* minima, coronata, infera, bilocularis, polyspora, ad apicem linea transversali dehiscens; *receptacula* nuda. (Styli unus, duo.) GAERTN. \*).

300. HYDROPHYLAX, (HYDROPHYLAX)

LINN. suppl. LAM. tab. 76. SARISSUS GAERTN. (rubiaceae). — *Calyx* quatripartitus; *corolla* quatrifida, monopetala, infundibuliformis, fauce villosa; *bacca* (capsula?) exsucca, angulosa, bilocularis, dispersa, dissepimento transversali; *sporae* in loculo solitariae.

301. NACIBE A, (NACIBE) AUBLET. LAM. tab.

64. MANETTIA LINN. PAV. et RUIZ. PETFSIA LINN. BROWN. (rubiaceae 3.). *Calyx* superus, quatri-, quinque—octopartitus; *corolla* infundibuliformis, quatri—quinquepartita, fauce barbata; *stamina* quatuor, quinque; *capsula* calyce coronata, ovalis, compressa, oblonga, bilocularis, bivalvis, valvis duplicatis, polyspora; *sporae* orbiculares, imbricatae, alatae, numerosae. (Plantae volubiles aut scandentes.)

302. CARPHALE A, (CARPHALE, JUSS. WILLD.

LAM. tab. 59. (rubiaceae 3.). *Calyx* superus, quatrifidus; laciniis spathulalis, scariosis; *corolla* infundibuliformis, monopetala, intus hirta, quatrifida; *capsula* coronata, bilocularis, bivalvis, polyspora, dissepimenta duabus valvulis opposita, semiseptifera.

303. TON-

---

\*\*\*) Plures ut videtur *Oldenlandiae* species cl. a Cavanilles Vol. sexti Ic. plantt. hisp. sub genere *Hedyotis* descriptae, in mentem LAMARKII, SCHREBERI, et forte non immerito, dua haec genera haud diversa putanda esse, autumat PEARSON Enchir. pag. 146.

303. TONTANEA, (TONTANE) AUBL. LAM. tab. 64. BELLARDIA WILLD. SCHREB. (rubiacea 3.). *Calyx* superus, quatrifidus; *corolla* infundibuliformis, quatrifida; *bacca* (capsula?) coronata, bilocularis, bipartibilis, minima, ovalis, polyspora; *sporae* emarginatae, dissepimento affixae. *Nectarolyma* margo quatrilobus stylum cingens.

304. SANGUISORBA, (SANGUISORBE) LINN. MORIS. WILLD. LAM. tab. 85. (rosacea 3.). *Calyx* superus (inferus PERS.) quatrifidus (diphyllus PERS.), basi duabus squamis cinctus; *corolla* nulla (supera PERS.); (*ovaria* duo inter calycem et corollam PERS.); *capsula* e calyce formata uni—bilocularis, dispora.

VI. *Flore monopetalo, infero; fructu dicocco.*

305. HOUSTONIA, (HOUSTONE) MORIS. LINN. MICHAUX. ANDREW. LAM. tab. 79. (rubiacea). KNOXIA? LAM. MICHAUX. *Calyx* quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, quatrifida; *capsula* supera, didyma, bilocularis, bivalvis, dispora, transversim delihcens.

306. ANTHOSPERMUM, (ANTHOSPERME) LINN. JUSS. (rubiacea 1.). — *Calyx* minimus, quatridentatus; *corolla* tubulosa, quatripartita; *fructus* ovalis vel oblongus, in duas sese disjungens sporas.

307. RUBIA, (GARANCE) LINN. LAM. tab. 60. (rubiacea 1.). *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* campanulata, quatri—quinquefida; *baccae* duae, rotundatae, monosporae; *sporae* scilicet membrana tectae molli. (*Stamina* quatuor, quinque.)

308. GALLIUM, (GAILLET, CAILLE — LAIT) LINN. LAM. tab. 60. (rubiacea 1.). *Calyx* superus, fere integer, aut quatridentatus; *corolla* monopetala, plana, rotata, quatrifida; *sporae* duae, subrotundae, unitae,  
aut

aut glabrae, aut scabrae, aut hispidae. Interdum corollae laciniae tres, tunc et stamina tria.

309. ASPERULA, (ASPE'RULE) LINN. LAM. tab. 61. (rubiacea 1.). — *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, quatrifida; *sporae* duae, globosae, unitae, non coronatae.
310. PUTORIA, (PUTORIE) PERS. — *Calyx* quatridentatus, persistens, demum baccans; *corolla* tubuloso infundibuliformis; limbo quatrifido; *stylus* bifidus, acutus; *bacca* subcompressa; *sporae* duae, oblongae. (*Asperula calabrica* LINN. SHERARDIA CYR. LAM.)
311. SHERARDIA, (SHE'RARDE) LINN. JUSS. LAM. tab. 61. (rubiacea 1.). — *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* infundibuliformis, quatrifida; *sporae* duae oblongae, coalitae, dentibus calycis coronatae.
312. SPERMACOCE, (SPERMACOCE) LINN. JUSS. LAM. tab. 62. (rubiacea 2.). *Calyx* superus, quatridentatus; *corolla* monopetala infundibuliformis, quatrifida; *capsulae* duae connatae, oblongae, coronatae, biloculares, disporae; *sporae* duae, bidentatae.
313. KNOXIA, (KNOXIE) LINN. GAERTN. WILLD. LAM. tab. 59. (rubiacea 2.). *Calyx* superus, quatrifidus folium unum majus; *corolla* infundibuliformis, filiformis, quatrifida; *sporae* duae, rotundato acuminatae, uno latere planae, trisulcatae altero latere, coronatae, supra axin filiformem insitae.
314. DIODIA, (DIODE) LINN. VAHL. SWARZ. LAM. tab. 63. (rubiacea 2.). *Calyx* superus, bifidus; *corolla* infundibuliformis, interne villosa, quatrifida; *capsula* bilocularis, ovalis, quatrangula, coronata, bivalvis, bilocularis, dispora.
315. CRUCIANELLA, (CRUCIANELLE) LINN. LAM. tab. 61. (rubiacea 1.). *Calyx* di — triphylus; *corolla* infundibuliformis, quatri — quinquefida,

fida, tubo filiformi, limbo unguiculato; *sporae* duæ, oblongae, unitae. (Folia saepe linearia; flores bracteati, in spica attenuata et terminali.)

VII. *Flore monopetalo, infero; fructu tetracocco.*

316. SIPHONANTHUS, (SIPHONANTHE) LINN. AMMAN. WILLD. LAM. tab. 79. (borraginea 5.). *Calyx* magnus, quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, quadrifida, infera; tubo filiformi patente, longissimo; *baccæ* quatuor, rotundatae, superiores, monosporae.

VIII. *Flore infero, tetrapetalo.*

317. EPIMEDIUM, (EPIME'DE) LINN. LAM. tab. 83. (berberidea 1.). *Calyx* tetraphyllus, caducus; petala quatuor; *nectarolymata* quatuor, irregularia, cyathiformia, petalis inter incumbentia et staminibus; *corolla* patens duobus foliis ad basin bractea munitis; *silicula* oblonga, unilocularis, bivalvis, polyspora.
318. PTELEA, (PTELEA, PTELE'E) LINN. LAM. tab. 84. (térébintacéa 4.). *Calyx* inferus, quatripartitus; *corollae* petala quatuor patentia, calyci majora; *stamina* petalis alterna; *stigmata* duo; *styli* breves; *capsula* rotundata, orbicularis, compressa, membrana alata, ad medium inflata, bilocularis, dispóra.
319. PTELIDIUM, (PTELIDIE) AUBERT DE PETIT THOUARS. Plantt. aff. austr. tab. 4. (rhamnea). — Flores hermaphroditi, completi, tetrapetali, perigyni, isostemones, monogyni; paniculae axillares. *Discus* centralis, staminifer, et pistillifer; *calyx* quadrifidus persistens *corolla* tetrapetala, calyci major; *stamina* quatuor petalis alterna, disco centrali inserta; *stigmata* brevissima; *stylus* vix ullus; *samara* inaperta, cycloptera, compressa,



pressa, alata, bilocularis, loculis disporis, una abortiente; spora recta; perisporium carnosum, embryo rectus; cotyledones planae, virides.

320. BLAKBURNIA, (BLAKBURNE) FORST. PTELEA LINN. (terebinthacea). *Calyx* inferus quadridentatus; *corollae* petala quatuor; *stigma* simplex; *bacca*? monospora.

321. SKIMMIA, (SKIMME) THUNB. JUSS. (ex ordine plantarum indeterminato). — *Calyx* inferus, minimus, quadri—rarius quinquepartitus; *corolla* petala quatuor; *stamina* quatuor brevissima; *ovarium* liberum; *bacca* ovalis, umbilicata, quatrifulca, fere quadrivalvis continens substantiam farinoso pulposam, tetraspora; *sporae* ex uno latere angulosae, ex altero convexae.

322. AZIMA, (AZIME) LAM. tab. 807. I. p. 339; MONETIA L'HERET. WILLD. SCHREB. (ex ordine plant. indeterminato). — *Calyx* tri—quatrifidus, urceolatus; *corollae* petala quatuor; *bacca* bilocularis; loculis disporis, una spora saepe abortiva.

323. SAMARA, (SAMARA) LINN. JUSS. LAM. tab. 74. MEMECYLON LINN. BURM. RAPANEA AUBLET. (rhamnea). — *Calyx* minimus quadripartitus; *corollae* petala quatuor, basi excavata; *stamina* quatuor petalorum cavitati inserta; *antherae* fere cordatae; *stigma* infundibuliforme; *drupa* rotundata, monospora.

324. HARTOGIA, (HARTOGE) THUNB. WILLD. LAM. tab. 76. SCHREBERA LINN. JUSS. (rhamnea). — *Calyx* quatrifidus; *corollae* petala quatuor plana patentia; *drupa* supera, ovata; *nux* dispora.

325. CURTISIA, (CURTISE) AITON. THUNB. WILLD. (Planta sedis incertae). *Calyx* quadripartitus; *corollae* petala quatuor; *drupa* succulenta, subrotunda, supera, continens *nucem* quadri—quinque locularem.

326. FA-

326. FAGARA, (FAGARIER) LINN. LAM. tab. 84. (térébintacea). — *Calyx* quatri—quinquesfidus; *corollae* petala quatuor, quinque, patentia; *stigma* bilobum; *capsula* simplex, aut multiplex, globosa, calyce cincta bivalvis, bilocularis, monospora; *spora* globosa. (*Stamina* quatuor, quinque, octo.)
327. ZIERIA, (ZIERIE) SMITH. transact. IV. (rutacea JUSS. gen. 297.) — *Calyx* quatripartitus; *corollae* petala quatuor; *stamina* glabra, glandulis insidentia; *stylus* simplex; *stigma* quadrilobum; *capsulae* quatuor, coalitae; *sporae* arillatae.
328. OTHERA, (OTHERE) THUNB. JUSS. (berberidea). *Calyx* quatripartitus persistens; *corollae* petala quatuor, lanceolata; *stamina* quatuor petalorum basi inserta, brevissima; *stigmata* sessilia; *capsula* ?
529. ORIXA, (ORIXE) THUNB. JUSS. (ex ordine plantt. indetermin.). *Calyx* brevis quatripartitus; *corollae* petala quatuor, lanceolata; *stamina* quatuor, brevia; *stigma* capitatum; *capsula* ? . . . . \*)
330. AMMANNIA, (AMMANNE) HOUST. SLOAN. LINN. WILLD. LAM. tab. 77. (lythraria 2.) — *Calyx* monophyllus, campanulatus, striatus plicatusve, octodentatus, coloratus, inferus; *corollae* petala quatuor, (interdum corolla nulla) calyci inserta; *stamina* quatuor didyma; *capsula* quadrilocularis, supera, calyce tecta, (passim bilocularis et *stamina* octo) polyspora. (Planta herbacea, aquatica; folia opposita; flores axillares plurimi, sessiles, minimi, oppositi, quasi verticillati.)

## IX. Flore

---

\*) PERSONNÉ enchir. p. 145. b. ORIXAM cum OTHERAE genere conjunxit, incertus num OTH. japonica, et *Orixa* japonica sint diversi aut ejusdem generis, quum utriusque fructus nunc usque ignoretur!

IX. *Flore supero, tetrapetalo.*

331. TRAPA, (MACRE) LINN. WILLD. GAERTN. LAM. tab. 75. (onagraria 2.) — *Calyx* superus, quatripartitus, persistens; *corollae* petala quatuor; *antherae* declinatae; *ovarium* biloculare; *stigma* emarginatum; *nux* coriacea, duabus aut quatuor cincta spinis, formatae foliorum calycis laciniis; *spora* magna, carnosa, — (trunci elongatio simplex, aquae immersa.)
332. CISSUS, (CISSUS, Achit.) LINN. PLUK. VAHL. LAM. tab. 84. VITIS TOURN. SAELANTHUS FORSK. (vinifera). *Calyx* vel subinteger, vel quadridentatus, inferus, minimus; *corollae* quatuor petala libera, reflexo petala, decidua; *stamina* quatuor disco, *ovarium* cingente, inserta; *stylus* unus; *stigma* acutum; *nectarolyma* discus *ovarium* cingens; *bacca* globosa, bilocularis, mono — di — tetraspora, basi calyce cincta. (*Stamina* passim quinque); (Folium unum, interdum ternata, aut digitata; *flores* dispositi in corymbum, aut umbellam cinctam involucri polyphylo.)
333. VOTOMITA, (VOTOMIT) AUBLET. JUSS. GLOSSOMA SCHREB. PERS. WILLD. (rhamnea 6.) *Calyx* superus, turbinatus, quadridentatus; *corollae* petala quatuor; *stamina* quatuor; *antherae* oblongae membrana in cylindrum coalitae, fere sessiles, terminatae ad apicem mucrone saepe laterali; *ovarium* adhaerens; *stylus* tectus staminum cylindro; *stigmata* quatuor; *drupa* coronata calycis dentibus, unilocularis; *nux* sulcata, monospora.
334. CORNUS, (CORNOUILLIER) TOURN. LINN. L'HETIER, JUSS. LAM. tab. 74. (caprifoliacea 4.). *Flores* saepe munitae involucri tetraphyllo; *calyx* superus, quadridentatus; *corollae* quatuor petala parva, basi dilatata; *stamina* quatuor cum petalis alternantia; *antherae* declinatae; *drupa* ovoidea, aut globosa non coronata; *nux* bilocularis, dispora. (Arbuscula aut arbores mediae altitudinis; folia opposita, basi nuda, in una tantum specie alterna.)

335. LUD-

335. LUDWIGIA, (LUDWIGIE) LINN. MICH. JUSS. LAM. tab. 77. (onagrea 2.). *Calyx* superus, truncatus, limbo longo, quatripartito, laciniis longis persistentibus; *corolla* aut nulla, aut tetrapetala; *staminum* antherae oblongae, rectae; *stigma* quadrangulum; *capsula* tetragona, quatrilocularis, infera, calyce persistente coronata, ad apicem foramine circulari perforata polyspora; (Elongatio trunci herbacea, aut suffrutescens; folia alterna, aut opposita, simplicia; flores solitarii, axillares).
336. SANTALUM, (SANTAL, SANTALIN) LINN. Mantiss. JUSS. ROXB. LAM. tab. 74. (onagrea 4.) *Calyx* urceolatus, margine quatridentatus; *corollae* quatuor petala, calyci innata; *glandulae* quatuor cum petalis alternantes; *bacca* infera, monospora.

## X. Flore incompleto, infero.

337. STRUTHIOLA, (STRUTHIOLE) LINN. THUNB. JUSS. RETZ. LAM. tab. 78. (daphnacea). *Calyx* tubulosus, longus, filiformis, limbo quatrifido, munitus duabus bracteis ad basin oppositis (perianthium diphyllosum PERS.); *corolla* tubulosa, ore glandulis quatuor — octo munita; *stylus* filiformis; *stigma* capitatum; *bacca* exsucca, monospora; — (Folia opposita; flores solitarii, axillares.)
338. OPERCULARIA, (OPERCULAIRE) GAERTN. WILLD. JUSS. LAM. tab. 58. (planta sedis incertae). — Flores aggregati; *calyx* involucreum commune monophyllum, campanulatum, sex — novem inaequaliter dentatum, clausum receptaculo operculiformi, tri vel sexfloro; *proprius* nullus; *corolla* infundibuliformes, epigyna, monopetala, tri — quatri — quinquepartita, aequalis; unum de quinque staminibus basi corollae insertum; *filamenta* et *antherae* distinctae; *ovarium* adhaerens; *stigma* bipartitum; *spora* una calyce persistente tecta, receptaculo inferne infixata uno latere striato sulcata, altero convexa; embryo cylindricus,



chis, locatus ad medium perisporii carnosus; (trunci elongatio herbacea; interdum basi lignosa; folia opposita, simplicia, formant per basin sulcum; flores capitati aut umbellati.)

339. CRYPTOSPERMUM, (CRYPTOSPERME) YOUNG. transact. of LINN. Soc. Vol. III. ROEMER. II, I. SCHRADER. Diar. 1799. II. OPERCULARIA YOUNG. (rubiacea). — *Calyx* communis hexaphyllus; foliolis patentibus, inaequalibus; *proprius?* e paleis receptaculi triphyllus; *corollulae* (subviginti) monopetalae, quatrifidae, primo ovatae; *receptaculum* globosum, paleaceum, subtus sporiferum; *capsulae* uniloculares, in receptaculum subglobosum coalitae, medio longitudinaliter dehiscentes \*). YOUNG.

340. PROTEA, (PROTEA, Protée) LINN. WILLD. JUSS. LAM. tab. 53. GLOBULARIA TOURN. (proteacea I.). Flores aggregati; *calyx proprius* nullus, *communis* imbricatus; *corolla* quatrifida, aut tetrapetala, petalis apice conniventibus, interne infra summitatem excavatis sulcatisque; lacinia suprema multoties altiusque fissa; *stamina* quatuor inserta pesalorum cavitate sub apice; *antherae* lineares, oblongae, et juxta laciniarum sulcos insertae; *stigma* rarius bifidum; oblongum articulatum saepe super stylum; *nux* aut capsula supera, non dehiscens, calyce tecta, unilocularis, monospora; — (folia alterna; flores interdum distincti, in spicam dispositi et monoici; saepissime hermaphroditi, et coaliti in receptaculo communi interdum nudo, interdum vero obsito pilis aut paleis, aut imbricati in conum; florum capituli terminales, rarius axillares).

341. CONOSPERMUM, (CONOSPERME) SMITH. JUSS. gen. 78. (proteacea). *Calyx* nullus; *corolla*

---

\*) In ordine naturali decimo octavo L. P. B, aggregatis locandum; in systemate LINNEANO inter *Allionam* et *Knautiam*, interque *Crinitam* et *Eveam* editionis Gmelini; pertinet ad Jussieui classem undecimam rubiaceas, ordinem decimum inter *Patabeam* et *Eveam*.

la monopetala, ringens, staminifera; *labium* superius fornicatum, inferius trifidum; *stigma* obtusum; *spora* unica, nuda, pappo coronata \*).

342. ADENANTHOS, (ADENANTHOS) LABILLARD. \*\*) (proteacea). *Corolla* quatrifida, laciniis basi squamis cincta; *antherae* quatuor lineares, insertae lobis corollae sub apice; *spora* unica supera, corolla tecta, quae exsiccatur, et desilit basi, quatuorque glandulis squamas format, corollae basi approximatis \*\*\*).
343. ROUPALA, (ROUPALE) AUBLET. JUSS. LAMARK. tab. 55. RUPULA WILLD. (proteacea I.) *Calyx* nullus; *corollae* petala quatuor, spathulaeformia, excavata superiori parte, basi cohaerentia; *stamina* medio petalorum cavitati inserta; *antherae* quatuor, fere sessiles, post corollae expansionem rectae; *pericarpium* uniloculare, monosporum?
344. LAMBERTIA, (LAMBERTE) SMITH. transact. IV. JUSS. 79. (proteacea). *Calyx* perianthium commune polyphyllum, imbricatum, squamis interioribus longioribus, uni—septemflorum; *corolla* quatrifida, (aut petala quatuor) laciniis revolutis, staminiferis; *stigma* subulatum, sulcatum; *capsula* tricornis, unilocularis, dispora; *spora*e marginatae.
345. BANKSIA, (BANKSIE) LINN. suppl. JUSS. CAVAN. WILLD. LAM. tab. 54. (proteacea I.). Flores aggregati; *inflorescentia*: conus strobiliformis squamosus; solitaria; *receptaculum* commune elongatum, squamosum; *calyx* nullus (quatrifidus GAERTN.); *corolla* quatrifida vel tetrapetala, laciniis longis lineari lanceolatis, excavatis interne sub apice, tubo brevi; *antherae* sessiles in cavitate limbi; *stigma* filiforme; cras-

\*) SMITH act. soc. LINN. IV, p. 213.

\*\*) Novae Hollandiae plantarum specimen. Paris, 1804.

\*\*\*) Quocum genere *protea racemosa* potest conjungi.

crassum; capsula lignosa, bivalvis, mono-dispora, dissepimento semibifido sporis interjecto; spora alatae; — (Folia sparsa aut conferta, saepe obliqua; conis squamae coriaceae, duplici ordine dispositae, alterius magnis bifloris, alterius minoribus florem nullum continentibus).

346. VALANTIA, (VALANCE, Croisette) LINN. JUSS. LAM. tab. 843. CRUCIATA et APARINE TOURN. GALIUM SCOP. GAERTN. (rubiaceae 1.). Saepe Polygama, per apertum partis alterae sexus; flores hermaphroditi; calyx nullus (vel vix ullus subinteger JUSS.); corolla plana, vix tubulosa, tri — quatrifida; stamina quatuor; stylus bifidus, spora una globosa; altera saepe abortiva; — Flores masculi: calyce nullo, vel vix ullo conspicuo; corolla tri — quatrifida; stamina tria, quatuor; pistillum abortivum. (Folia post anthesin reflectuntur, fructumque obtegunt; — elongatio trunci herbacea, folia quatuor saepenumero in verticillo; flores axillares.)

347. CONCHIUM. (CONCHIE) SMITH. transact. IV. HAKEA sert. Hannover t. 17. BANKSIA WITHERING. GAERTN. — (JUSS. gen. 79.) (proteacea). — Flores distincti; calyx nullus; petala corollae quatuor, staminifera, stigma turbinatum, mucronatum; capsula unilocularis, dispora; spora alatae \*).

349. BRABEJUM, (BRABEI) LINN. JUSS. LAM. tab. 847. BRABYLA LINN. mant. (proteacea 1.). Flores hermaphroditi: amentum parvum cylindricum pubescens, tectum squamis ovatis, obtusis, imbricatis, trifloris; calyx nullus; corolla infundibuliformis, quatripartita, deinceps connivens, laciniis tandem revolutis; stamina quatuor; stylus unus; stigmata duo; drupa sicca subrotunda, villosa, monospora; flores masculi amento et calyce ut in hermaphroditis; corolla quatriquin-

---

\*) A *Xylomelo* differt stigmatibus mucronatis; a *Banksia* fructu uniloculari, ab utrisque floribus calyce destitutis nec amentacis.

quinquefida; laciniis deorsum revolutis; *stamina* quatuor, quinque, *stylus* unus abortiens. (Folia fere verticillata; flores in spicam axillarem.)

349. HAKEA, (HAKEE) WENDL. I, fasc. 3. (proteacea I.). Flores distincti: *calyx communis* imbricatus, polyphyllus, squamis deciduis (gemma?): *corollae* quatuor petala linearia, apice concava, ibique staminifera; *ovarium* pedicellatum, basi glandulosum; *capsula* lignosa, unilocularis, bivalvis, dispora, latere interno rima longitudinali dehiscens; *sporae* duae, alatae \*).

350. XYLOMELUM, (XYLOMELE) SMITH. transact. IV. Juss. fam. 79. (proteacea I.) — Amenti squama simplex; *corollae* quatuor petala, staminifera; *stigma* clavatum, obtusum; *capsula* unilocularis, dispora; *sporae* alatae \*\*).

351. EMBOTHRIMUM, (EMBOTHRION) FORST. LINN. RUIZ. JUSS. LAM. tab. 55. (proteacea). *Calyx* nullus; margo semicircularis RUIZ.; *corolla* inferne tubulosa, \*\*\*) inflata, apice clausa, interdum apice aperta, quadrifida; laciniis dilatatis, ad summum excavatis; (petalis spathulatis revolutis, apice concavis RUIZ.;) lacinae stigma tegunt; *antherae* saepe fere sessiles cavitati limbi petalorum insertae; *ovarium* pedicellatum; *stylus* vix ullus; *stigma* dilatatum; *folliculus* fere oblongus, cylindricus, longitudinaliter dehiscens, polysporus; *sporae* ex uno latere alatae, imbr-

---

\*) PERS. in enchir. p. 117. a. haec: „genus vix a *Banksia* diversum; florum forma, et foliis integerrimis ab ea distinctum, eique nomen *Conchium* impositum est a ccl. SMITH. l. l. sed mihi inter *Conchium* et *Hakeam* discrepantia gravis existere videtur inprimis calyce, si verum existit genus.“

\*\*j) Habitus *Brabeii*; gaudet vero capsula lignea, apice hinc dehiscente, sporis binis alatis.

\*\*\*j) PERS. ench. p. 117. „Tetrapetala.“



bricatae \*). — (Folia alterna; flores spica aut fere corymbus, terminalis aut axillaris; pedunculi binati.) —

352. **PERSOONIA**, (PERSOONIE) SMITH. LINKIA CAV. (proteacea?). *Calyx* nullus; *corollae* petala quatuor, primo conica, laciniis revolutis, basin versus staminiferis; glandulae quatuor ad basin ovarii; *stamina* quatuor; *filamenta* nulla; *antherae* rectae, medio laciniarum corollae insertae; *ovarium* stylo recurvato, filiformi superatum; *stigma* obtusum; *drupa* ovalis monospora \*\*).

353. **GUEVINA**, (GUEVINIE) MOLINA. \*\*\*). PERS. QUADRIA PAV. et RUIZ. (proteacea). *Calyx* nullus; *corolla* tetrapetala, petalis apice concavis, tribus revolutis, quarto erecto; *drupa* monospora.

354. **POTHOS**, (POTHOS) AUBL. LINN. PLUM. JACQ. JUSS. LAM. tab. 738. (aroides 1.). *Spatha* globosa; *spadix* simplex, brevis, spicatus, floribus obtectus; *calyx* nullus; petala *corollae* quatuor; *stamina* quatuor; *ovarium* truncatum; *stylus* nullus; *bacca* monospora JUSS. (dispora LINN.)

355. **KRA-**

---

\*) Genus, et a FORSTERO et LINNEO aliisque editum, sancitum a SMITHO „in botany of new Holland.“ In corollis anomalias praebet: Sic *E. dentatum* et *obliquum* sub ovario et corollae petalis offert glandulas tres; *E. pinnatum* et *monosporum* glandulas quatuor; *E. lanceolatum* glandulam unam, corollae petalis usque ad medium connatis; *E. emarginatum* glandulam nullam habet, corollae petalis connatis vel monopetala corolla; *folliculus* in *E. emarg. dentato*, *obliquo*, et *lanceolato* est polysporus; in *E. pinnato* follic. disporus; *E. monosporo* spora est una.

\*) Caeterum jam VENTENAT auspiciatus est PERSOONIAM suam cum LINKIA constituere debere unum genus, etsi in PERSOONIA filamenta sint linearia, compressa, longitudinaliter dehiscant. A *Lorantho* discrepat numero partium, et calyce nullo.

\*\*\*) Hist. Chil. Comp. p. 198. anni 1788. edito; editio Bolognae 1782. inscripta „Saggio della Storia etc.“

355. **KRAMERIA**, (KRAMÉ'RE) LOEFL. LINN. CAV. PAV. et RUIZ. (ex ordine plantarum sedis incertae). — *Calyx* tetraphyllus (nullus PERS.); *corolla* tetrapetala, fere aequalis, vel difformis, (nectarolymata duo difformia superum trifidum, lineare, membranaceum unguiculatum; inferum diphyllum, foliolis sessilibus, brevioribus; *stamina* quatuor sub nectario superiori inserta; *antherae* parvae biperforatae ad apicem, foraminulis, minimis; *bacca* (*drupa* PERS.) lappacea, sicca, globosa, tecta, echinata pilis rigidis, unilocularis, non dehiscens, monospora; *spora* dura, glabra.
356. **RIVINA**, (RIVINE) LINN. MILL. LAM. tab. 81. **SOLANOIDES** TOURN. (atriplicea 1.). *Calyx* persistens, quatripartitus; *corolla* nulla\*). *bacca* monospora; *spora*e lentiformes, scabrae. (*Stamina* quatuor, octo, duodecim); trunci elongatio suffrutescens; flores spica axillaris; folia colorata.
357. **CHLORANTHUS**, (CHLORANTHE) SWARZ. L'HERET. JUSS. **NIGRINA** THUNB. LAM. tab. 71. (planta sedis incertae). *Calyx* semi adhaerens (h. e. ovarium cum calyce corpus constituens) extorsum uno dente munitus, parum exsertus, ad basin bractea munitus; *corollae* unum parvum petalum, forma squamae concavae, trilobum, affixum lateri medio ovarii paulisper sub calycis dente; *antherae* sessiles insident interne medio lobo petali bivalves; *ovarium* semiadhaerens; *stylus* nullus; *stigma* capitatum, fere bilobum; *bacca* minima, ovalis, exsucca, supra insignita vestigiis calycis et petali, adhaerens, monospora. — (*Stipulis* hoc genus analogiam habere videtur cum *rubiaceis*.)
358. **SALVADORA**, (SALVADORE) LINN. ROXB. JUSS. LAM. tab. 81. (atriplicea 1.). *Calyx* quadrifidus laciniis extorsum revolutis; *corolla* nulla (qua-

---

\*) Ap. PERS. ench. p. 549. a. res vera perverse enumeratur.

trifida LAM. PERS.); *bacca* monospora; *sporae* arillatae.  
— (Frutex; folia opposita; flores in racemos terminales.)

359. EMPLEURUM, (EMPLEURE) SOLANDR.  
AIT. LAM. JUSS. DIOSMA LINN. suppl. (rutacea 3.).  
— *Calyx* turbinatus, quadrilobus, inferus, punctis glandulosis insignitus; *corolla* nulla; *stamina* quatuor exserta; *antherae* magnae, apice glandulosae, utrinque dehiscentes, filamentis adnatae; *summitas ovarii* uno latere ala terminata, aut *stylo laterali* inserta; *capsula* oblonga, compressa, forma leguminis, apice alata, unilocularis, apice dehiscens, monospora; *spora* arillo coriaceo cincta.

360. CAMPHOROSMA, (CAMPHE'E) BUXE.  
LINN. suppl. LAM. tab. 86. CAMPHORATA TOURN.  
(atripliea 2.). *Calyx* urceolatus, quadridentatus, dentibus duobus alternis majoribus, ternisque minimis; *corolla* nulla; *stamina* exserta; *stylus* bifidus; *capsula* unilocularis, monospora, calyce tecta. — (Trunci elongatio ramosa; flores axillares.)

361. PTERANTHUS, (PTERANTHE) FORSK.  
DESF. VENT. LAM. tab. 764. LOUICHEA L'HERET.  
CAMPHOROSMA LINN. (urticata 2.). — *Calyx* quadripartitus laciniis oblongis concavis, mucrone recurvo terminatis, inaequalibus; duabus oppositis majoribus utroque margine versus summum ala membranacea munitis, cristatis; *corolla* nulla; *filamenta basi conata*, subulata; *stigma* bifidum; *capsula* membranacea, monospora, calyce tecta.

362. ALCHEMILLA, (ALCHEMILLE) TOURN.  
LINN. JUSS. LAM. tab. 86. APHANES LINN. JUSS. LAM.  
tab. 87. (rosacea). *Calyx* tubulosus, limbo aperto, octofido, laciniis alternatim positis minimis; *corolla* nulla; *stamina* quatuor minima; *stylus* ad basin ovarii; *spora* supera, una, calyce vestita. (Trunci elongatio herbacea; folia palmata, aut fere digitata; inflorescentia corymbus axillaris aut terminalis.)

363. DRO.

363. DORSTENIA, (DORSTENE, Contrayer-  
va) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 83. (urticata)\*). Re-  
ceptaculum commune concavum squamosum, tectum  
floribus sessilibus, interdum monoicis; *calyx* quatrangulus; *corolla* nulla; *sporae* solitariae, *pulpae* receptaculi immersae. — (Receptaculum commune carnosum, nunc angulosum, nunc rotundatum, antorsum elevatum vel ventricosum, deorsum planum, circumcirca septum squamis minimis, acutiusculis; interna receptaculi superficies repleta flosculis, quorum discoidi sunt feminei, radii mascula organa habent. *Flores masculi* in proprio *calyce* tetraphyllo, receptaculo quasi insculpto; *corolla* his propria, *filamenta* brevissima, *antherifera*; *flores feminei* eodem modo constituti; *pistilla* duo, solitaria in ovario; *stigmata* rotundata: haec PAIVA. Cf. WENDLAND apud ROEMERUM Arch. I, p. 51. tab. PAIVA nec non SPRENGELIUS e classe quarta in vigesimam tertiam hoc genus referri jubent.) (Trunci elongatio herbacea: folia radicalia petiolata; involucri solitaria ad trunci partem foliis denudatam.

364. COMETES, (COMETE) BURRM. LINN. JUSS. LAM. tab. 76. (ex ordine plantt. indeterminato). *Involucrum* tetraphyllum, foliolis aequalibus ciliato villosis, triflorum; *calyx* tetraphyllus foliolis aequalibus; *corolla* nulla; *stigmata* tria; *capsula* tricocca, trispora.

365. CANSIERA, (CANSIERE) ROXB. — *Calyx* globoso urceolatus; quadridentatus, inferus; *nectarymata* dentata, *ovarium* cingentia; *bacca* monospora, JUSSIEU.

### XI. Flore incompleto, supero.

366. GONOCARPUS, (GONOCARPE) THUNB. JUSS. LAM. tab. 73. GONATOCARPUS SCHREB. WILLD. (ex

---

\*) Vid. Mannel Jong, Henri de Paiva, med. pract. Lisboae 1790. „Memorias de historia natural.“



(ex ord. plantt. sedis incertae). *Calyx* superus, liberus, quatrifidus, persistens; *corolla* nulla; *stamina* quatuor calyci inserta; *ovarium* adhaerens; *drupa* calyce coronata, minima, globosa, octogona, monospora.

367. FUSANUS, (FUSANE) LAM. tab. 77. COLPOON BERG. THESIUM LINN. suppl. (eleagni). *Calyx* superus, turbinatus, quatrifidus; *corolla* nulla; *stylus* subnullus; *stigmata* quatuor, brevia, opposita calycis laciniis; *antherae* didymae; *ovarium* inferum, apice glandulosum; *stylus* nullus aut brevissimus; *stigmata* quatuor; *drupa*? turbinata, monospora.

368. ISNARDIA, (ISNARDE) LINN. ROTH. RUIZ. LAM. tab. 77. LUDWIGIA auctorum \*). (onagrea 2.). *Calyx* tubulosus, campanulatus, adhaerens, quatrifidus; *corolla* nulla; *stamina* ad summum calycis, circa *stylum* simplicem stigmatate terminatum; *capsula* tetragona, quatrilocularis, laciniis calycinis cincta. — (Planta herbacea, fere semper marcescens.)

369. ELAEAGNUS, (ELÉAGNE, chalef) TOURN. LINN. PALL. THUNB. JUSS. LAM. tab. 73. (elaegni I.). — *Calyx* superus, campanulatus, externe rugosus, interne coloratus, quatrifidus; *corolla* nulla; *stamina* quatuor alternantia cum laciniis calycinis; *antherae* fere sessiles; *drupa* nuce monospora; *radicula* infera. — (Frutices floribus axillaribus, quibusdam tantum masculis).

370. GYROCARPUS, (GYROCARPE) JACQ. ROXB. — Flores polygami. *Calyx* quatripartitus, inaequalis; *corolla* nulla; *nectarolymata* quatuor; *stigma* sessile; *capsula* unilocularis, monospora, quinquealata, (An genus juxta *Skimmiam*.)

372. DRA:

---

\*) Cf. PERS. enchir. p. 146.

371. DRAPETES, (DRAPETES) LAM. tab. 10. hist. nat. diar. — *Calyx* nullus; *corolla* infundibuliformis, limbo quatrifido; *receptacula* pedicellata, barbata; *spora* una, tecta. (Flores aggregato fasciculati; habitu genus *Passerinae*, et generi *Dais* affine.)

## DIGYNIA.

372. BUFFONIA, (BUFFONE) PLUK. LINN. JUSS. LAM. tab. 87. (caryophyllea 2.). *Calyx* tetraphyllus; *corollae* petala quatuor, calyci breviora; *capsula* ovalis, unilocularis, bivalvis, dispora.
373. HYPECOUM, (HYPECOON) AMMAN. LINN. JACQ. LAM. tab. 87. MNEMOSILLA FORST. (papaveracea 2.). *Calyx* minimus, diphyllus, *corollae* petala quatuor, triloba, duobus exterioribus majoribus et latioribus, interioribus minoribus conniventibus; *siliqua* leviter articulata, articulis monosporis, longa. — (Folia multifida, alata, aut pinnatifida; flores terminales, umbella corymbiformis; flavi.)
374. PAGAMEA, (PAGAMEE) AUBL. JUSS. LAM. tab. 88. (rubiacea 11.). — *Calyx* quatridentatus, turbinatus, persistens; *corolla* limbo quatrifida, urceolata, tubo brevi, intus villosa; *antherae* quatuor sessiles non exsertae; *ovarium* semiadhaerens; *stylus* basi bifidus; *drupa* (bacca?) supera bilocularis, calyce tecta, loculo quoque *nuculis* duabus, disporis, altera abortiente.
375. HAMAMELIS, (HAMAMELIE) AUBLET. LINN. DRHAMEL. JUSS. LAM. tab. 88. (berberidea 1.). — Involucrum triphyllum; *calyx* proprius quatrifidus, (tetraphyllus PERS.), munitus externe squamis duabus; *corollae* petala quatuor longa, cum calycis laciniis alternantia, ad unguem introrsum squama munita; *stamina* cum petalis alternantia; *antherae* biloculares, rotundatae in filamento brevissimo; munito utroque latere *valvula* operculiformi; *linearia*, *capsula* (*nux* PERS.) bi-

bicornis, coriacea, bilocularis, ad medium usque basi calycis persistentis cincta, duabus valvulis apice bifidis, dispora; *sporae* oblongae, apice umbilico notatae, tectae arillo coriaceo clastice dehiscente in duas valvulas; perisporium crassum; embryo rectus; cotyledones planae; radícula umbilico opposita. — (Frutex foliis alternis, stipulatis; floribus sessilibus, saepe clinis.)

376. DICORYPHA, (DICORYPHIA) AUBERT DE PETIT THOUARS. plantt. aff. austr. tab. 7. (rhamnea). \*) — Flores hermaphroditi, completi, polypetali, isostemones epigyni, tetrandri, fasciculati, terminales. *Calyx* tubulosus, quatridentatus, basi ovario adhaerens, persistens; *corolla* tetrapetala, petalis alternantibus cum calycinis laciniis; *staminum* filamenta fertilia quatuor, quatuor sterilia fertilibus alterna, omnia cum petalis alternantia; *stylus* bifidus; *ovaria* duo in unum coalita, basi calycis immersa; *fructus* dicoccus, coccis calycis basi persistente capsularis cinctis, apice disjunctis bicornibus, maturis elastice dehiscentibus; *sporae* duae inversae; *perisporium* corneum; *embryo* foliaceus marginibus convolutis; *radicula* cylindrica; cotyledonibus foliaceis.

377. CUSCUTA, (CUSCUTE) TOURN. LINÆ. JUSS. LAM. tab. 88. (convolvulacea 3.) *Calyx* turbinatus, quatri—quinquepartitus; *corolla* limbo quatri—quinquefida, globosa, attenuata, interne ad basin limbi munita squamis quinque bifidis; *stamina* inserta corollae orificio et cum ejus laciniis alternantia, squamis

---

\*) Magna est hujus generis affinitas cum τὸ *Hamamelis*; sed distinctum calyce profunde diviso in quatuor lacinias; ovario leviter fundo calycis adhaerente, antheris denique, quibus duo sunt loculi in ipsa filamentorum substantia sulcati, singulis clausis valvula extrosum dehiscente, ut in familia berberidum et laurinarum, a quibus familiis naturalibus tamen scilicet berberidis et Hamamelis staminibus perigynis, sporarum structura discrepat, et, natura ipsa jubente, ad rhamneas pertinet.

mis opposita; capsula bilocularis, sphaeroidea aut conica, transverse circumscissa basi dehiscens, basi calyce tecta; sporae in loculo binae, rotundatae; (stamina passim quatuor; saepe quinque \*); Embryo spiralis. G.; nectarolyma squamae in corollae basi quibusdam. (Plantae parasiticae.)

378. GOMOZIA, MUT. LINN. suppl. JUSS. LAM. tab. 87. NERTERIA SMITH. WILLD. PERS. (rubiacea 3.). Calyx integer, planus; non prominens JUSS. (nullus LINN.); corolla supera, infundibuliformis, limbo campanulato, quadrifido; tubo brevi, filiformi; bacca bilocularis, polyspora JUSS. (dispora GAERTN. PERS. \*\*).

379. GALOPINA, (GALOPINA) THUNB. JUSS. ANTHOSPERMUM THUNB. (rubiacea 2.). Calyx integer, planus (non prosiliendo exsertus) JUSS. (nullus THUNB.); corolla supera, quadrifida, laciniis reflexis; antherae oblongae, rectae; fructus minimus, se dividens in sporas duas, umbratas, muricatas, parum globosas.

380. APHANES, (APHANE) LINN. RUIZ. AL-CHEMILLA WILLD. RUIZ. et PAV. (rosacea). Calyx octofidus: laciniis alternis, minimis; corolla nulla; sporae duae, calyce vestitae; una interdum abortiva. (Stamina unum, duo, quatuor.) \*\*\*).

381. CRUZITA, (CRUZITE) LINN. LAM. tab. 548. (atriplicea). Calyx quadripartitus (tetraphyllus PERS.) basi bracteis tribus vestitus (exterior triphyllus PERS.); corolla nulla; spora una, calyce tecta.

TRI-

---

\*) Hinc a PERS. ench. p. 289. ad pentandriam digyniam relatum est genus GUSCUTAE.

\*\*) Genus hoc nimis affine *Psychotriae*, etsi *Gomezia* numero quaternario in flore gaudet, quinario in *Psychotria*, nec non sporae *Gomeziae* laeves sint, sulcatae in *Psychotria*.

\*\*\*) Stamina alii observarunt quatuor, quorum tria abortiunt; alii unum.



## T R I G Y N I A.

382. BOSCIA, (BOSCIE) THUNB. — *Calyx* quadridentatus; *corollae* petala quatuor; *capsula* quadrilocularis. (Diversum genus a POSCIA LAM, illustr. tab. 395.)

## T E T R A G Y N I A.

383. ILEX, (HOUX) LINN. THUNB. JACQ. AIT. LAM. tab. 89. AQUIFOLIUM TOURN. (rhamnea 2.). *Calyx* minimus, quadridentatus; *corolla* rotata, quadripartita, aut petala quatuor ungue dilatato coalita; *stamina* quatuor; *styli* nulli; *stigmata* quatuor; *bacca* parva rotundata, continens quatuor nuceas monosporas. (Frutices, aut arbores mediae altitudinis; folia alterna, interdum persistentia; pedunculi axillares, multiflori.)
384. COLDENIA, (COLDENE) FLUK. LINN. JUSS. LAM. tab. 89. (borraginea 3.). *Calyx* quadripartitus (tetraphyllus PERS.); *corolla* infundibuliformis, limbo patente; (quadriloba secundum ADANS.); *ovarium* quadrilobum; *fructus*: capsulae quatuor, mucronatae, tactu asperae, approximatae, monosporae. — (Plantae trunci elongatione pendula, flores axillares, fere sessiles.)
385. SAGINA, (SAGINE) LINN. SMITH. CURT. LAM. tab. 90. ALSINE TOURN. (caryophyllea 1.). *Calyx* tetraphyllus; *corollae* petala quatuor, rarius nulla; *capsula* quadrilocularis, quatrivalvis, polyspora. (Plantae exiguae; flores fere solitarii, terminales, et axillares, sustenti longis pedicellis.)
386. MOENCHIA, (MOENCHIE) EHRH. SAGINA LINN. ALSINELLA MOENCH. (caryophyllea). *Calyx* tetraphyllus, connivens; laciniis lanceolatis, acutis; *corolla* subbrevior, petalis integris; *capsula* evalvis  
uni-

unilocularis, apice quinquefariam dehiscens; sporaeremiformes, scabrae.

387. **RADIOLA**, (RADIOLE) SMITH. ROTH. GMEL. LINUM LINN. MILLEGRANA RAJJ. CHAMAELINUM VAILL. (caryophyllea 2.). *Calyx* quadripartitus, laciniis trifidus (multifidus PERS.); *corollae* petala quatuor; *capsula* globosa, supera, octovalvis, octolocularis, octospora.

388. **TILLAEA**, (TILLÉE) MICH. LINN. WILLD. JUSS. LAM. tab. 90. CRASSULA THUNB. (crassulea; semperviva JUSS. seda ADANS.). — *Calyx* tri—, quadri— quinquepartitus; *corollae* petala tria, vel quatuor aequalia; *stamina* tria, quatuor, totidemque *ovaria*, et vel *capsulae* tres, quatuor, uniloculares, polysporae. — (Plantae exiguae foliis oppositis; flores axillares, minimi.)

389. **BUILLARDA**, (BUILLARDE) DECAND. plantes grasses; L'HERET. *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque, aequalia; *ovaria* \*) quinque, basi squamis quatuor munita; *capsulae* quinque, monoloculares, polysporae \*\*).

390. **MYGINDA**, (MYGINDE) SWARZ. JACQ. JUSS. RHACOMA LINN. (rhamnea 2.) — *Calyx* minimus, quadripartitus, *corollae* petala quatuor, aperta; *stamina* quatuor, filamentis brevibus, antheris rotundatis; *styli* quatuor breves; *stigmata* duo — quatuor; *drupa* globosa, pisiformis; *nux* monospora.

391. **RIQUERIA**, (RIQUERIE) PERS. PAV. RUIZ. RIQUEURIA (planta sedis incertae). *Calyx* triplex: duo interiores ex una parte constantes, bipartitae; interior diphyllus; co-

---

\*) In *Tillaea* tria, quatuor.

\*\*) PERSOONIUS ipse enchir. pag. 153. concedit, ob calycem, et squamas nectarolymatifformes integras, lineares for-<sup>c</sup> hoc genus a *Tillaea* separandum esse.

*corolla* tetrapetala, petalis rotundate concavis; *stamina* quatuor sub ovario inserta; *filamentis* compressis; *ovarium* liberum; *styli* quatuor perbreves; *totidem* stigmata; *capsula* tetragona, stylis coronata, quatrilocularis, quatrivalvis, polyspora.

392. POTAMOGETON, (POTAMOGETON, EPI—d'eau) TOURN. LINN. ROTH. SCHUMACHER JUSS. LAM. tab. 89. (Fluvialis; Najades JUSS.). *Calyx* coloratus, caducus, tetraphyllus foliolis obrusis; *corolla* nulla \*); *stylus* nullus; *ovaria* quatuor; *stigmata* quatuor; *sporae* quatuor, nuda; approximatae. — (Folia amplexantia, elongationis caulina alterna, floralia saepe opposita; flores in spica terminali aut axillari rami et spicae saepe ad basin duabus spathis munitae.)

393. RUPPIA, (RUPPIE) MICHEL. LINN. JUSS. LAM. tab. 90. CORALLINA TOURN. (fluvialis). *Calyx* caducus bivalvis (nullus PERS.); *corolla* nulla; *ovaria* quatuor subsessilia; *styli* nulli; *stigmata* quatuor; *nucis* quatuor, ovales, acuminatae, monosporae; *sporae* pedicellatae pedunculo filiformi.\*\*)

---

\*) Ap. PERS. enchir. p. 152. vice versa calyx dicitur nullus, corollae petala quatuor.

\*\*) Planta monoica videtur. — Pedunculi subspirales longissimi vel breves, *Valisneriae* in modum, contrahuntur aut laxantur vasorum spiralem beneficio; vid. SMITH. brit. I. 199. PERS.

---

 CLASSIS QUINTA.
 

---

## PENTANDRIA.

## MONOGYNIA.

 I. *Flore monopetalo, infero; spora una.*

394. NYCTAGO, (NYCTAGE, BELLE-de nuit)  
 JUSS. JALAPA TOURN. NYCTAGE ROYEN. MIRABILIS LINN. BATSCH. LAM. tab. 105. ADMIRABILIS CLUS. (nyctaginea I.). *Calyx* involucrem inferum, quinquefidum, uniflorum; *corolla* (calyx petaliformis) infundibuliformis basi ventricosa, attenuata ad medium, vel inferne ad ovarium coarctata, supera, ad summum dilatata, limbo patente, fere integro vel obsolete quinquefido; *ovarium* cinctum nectarolymate membranaceo, glanduloso, globoso, formato coalitione baseos quinque filamentorum, hinc staminiifero; *stigma* globosum; *spora* (*nux*) solitaria, globosa, striata, infra corollam, tecta basi calycis incrassati et quasi capsulari. — (Truncus superficiali—subterraneus tuberosus; elongatio herbacea, cylindrica; *folia* opposita; flores terminales, fere corymbosi.)



395. **FABIANA**, (FABIANE) RUIZ. PAV. *Corolla* infundibuliformis, limbo plicato revoluta; *tubus* longissimus, inferne attenuatus; *stamina* inaequalia; *stigma* emarginatum; *capsula* bilocularis, bivalvis.
396. **NIEREMBERGIA**, (NIERENBERGIE) RUIZ. PAV. (incertae sedis). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* subhypocrateriformis, tubo calyce duplo longiori, fauce coarctato plicata, limbo quinquelobo, lobis patentibus; *stigma* bilobum; *stamina* inaequalia, inserta fauci corollae, superne versus stylum adpressa quatuor didynama, stamine quinto breviori, posito inter duo majora; *ovarium* liberum, *capsula* ovoidea, bilocularis, bivalvis, calyce comitante; *sporae* numero plurimae.
397. **XUARESIA**, (XUARESIE) RUIZ. PAV. CAPRARIA FEWILL. — *Corolla* rotata; *stigma* compressum; *capsula* bilocularis, bivalvis, valvulis bifidis \*).
398. **ABRONIA**, (ABRONE) JUSS. LAM. tab 105. TRICRATUS L'HERET. SCHREB. WILLD. (nyctagenea 1.). *Involucrum* compositum quinque aut sex foliis minoribus squamaeformibus, duodecim aut quindecim flores includens; *calyx* (nullus, *corolla*) infera, hypocrateriformis, vel tubulosa, involucri longior, ad medium supra ovarium coarctata, ad summum in lacinias lobosve quinque emarginatos cordatos divisa; *ovarium* cinctum staminibus vaginantibus basi coalitis; *spora* una, quinquangularis, tecta calycis (*corollae*) basi indurata, cujus superior pars caduca est. (Pedunculi solitarii, axillares, terminati floribus aggregatis.)
399. **PLUMBAGO**, (PLOMBAGINE, Dente-  
laire) TOURN. SLOAN. LINN. JUSS. LAM. tab. 105.  
(plumbaginea). *Calyx* oblongus, tubulosus, quinque-  
den-

---

\*) Certe *Caprariae biflorae* habitu simillima, SCHRAD.

dentatus, glanduloso scaber et viscosus; *corolla* monopetala, infundibuliformis, quinquefida laciniis coloratis; *stamina* quinque hypogyna; *filamenta* dilatata, basi reunita, ovarium cingunt, squamis inserta; *stigma* quinquefidum; *capsula* monospora; *spora* oblonga, tunicata. — (Trunci elongatio herbacea, aut frutescens; folia semiamplexicaulia; flores spica terminalis.) \*).

400. WEIGELIA, (WEIGELE) KAEMPF. THUNB. WILLD. JUSS. LAM. tab. 105. (ex ordine plantarum sedis indeterminatae). — *Calyx* pentaphyllus (quinquepartitus) laciniis (foliis) subulatis; *corolla* infundibuliformis; tubo interne villosa; limbo campanulato, subquadrilobo; *stamina* quinque tubo inserta; *antherae* basi bifidae; *ovarium* liberum, quadrangulum; *stylus* e basi ovarii lateralis; *stigma* peltatum; *spora* una.

401. QUINCHAMALIUM, (QUINCHAMALI) MOLIN. PAV. et RUIZ. JUSS. LAM. tab. 142. QUINCHAMALA WILLD. (eleagni ADANS. JUSS.). — *Calyx* parvus, inferus, inaequalis, leviter quinque-dentatus, et coriaceus, globosus; *corolla* supera, tubulosa, tubo longo quinquefido, (quinquepartito); *stamina* basi laciniarum corollae inserta; *antherae* fere sessiles; *stigma* truncatum; *spora* una, infera, minutulo calyce persistente tecta.

402. CORYMBIUM, (CORYMBIOLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 723. (cinarocephalea 3. JUSS. compositae ADANS.) — *Calyx* diphyllus, longus, glumaceus, connivens, cylindricus, basi squamis quatuor, quinque vestitus; *corolla* infundibuliformis, quinquefida; *antherae* approximatae, unitae; *stigma* bifidum; *spora* una, oblonga, maxime villosa, coronata calyculo; *receptaculum* nudum.

## II. Flore

---

\*) *Corolla* plumbaginearum, auctore VENTENAT, considerari debet tanquam *verus calyx*: est marcescens, saepe persistens, neque refert unquam tracheas aerophagas vel vasa pneumatochymifera, quae conspiciuntur in veris corollis.

II. *Flore monopetalo, infero; fructu disporo.*

403. CERINTHE, (MÉLINET) TOURN. LINN. ROTH. JUSS. LAM. tab. 93. (borraginea 2.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* tubuloso ventricosa, limbo quadridentato, aut 5. fido; fauce nuda, pervia; *antherae* rectae, vix exsertae; *capsulae* (*nucis*) duae osseae biloculares, disporae. — (Folia glabra, glandulosa; flores solitarii, axillares, aut terminales.)

404. MESSERSCHMIDIA, (MESSERSCHMIDDE, ARGUSE) LINN. suppl. JUSS. LAM. tab. 95. ARGUZIA AMM. ruth. (borraginea 2.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, aut hypocrateriformis, tubo globoso, fauce nuda, limbo quinquefido, plicato aut plano; *stamina* in tubo; *antherae* rectae, subulatae; *stigma* capitatum; *capsula* (*bacca*?) muricata, suberosa, cylindrica, bipartibilis: singula parte hemisphaerica dispora: vel haemisphaeria quaeque continet nucem trilocularem, loculis lateralibus monosporis, ad medium sterilibus; *spora* ossea. (Herbae aut frutices; pedunculi axillares, et terminales, multiflori.)

III. *Flore monopetalo, infero; sporae quatuor nudaе.*

405. ECHIUM, (VIPÉRINE) TOURN. LINN. LAM. tab. 94. (borraginea 3.) *Calyx* quinquepartitus; *corolla* tubulosa, tubo brevi, limbo lato campanulata, ut plurimum lobis quinque inaequalibus oblique fissa irregularis: fauce nuda, ampla; *stigma* bifidum; *sporae* quatuor. — (Inflorescentia spica simplex, aut panicula unilateralis; trunci elongatio interdum suffrutescens.)

406. ECHIOCHILON, (ECHIOLON) DESFONT. (borraginea 3.) — *Calyx* persistens quatripartitus, la-  
ei.

ciniis subulatis; *corolla* tubulosa: tubo gracili, arcuato: limbo patente bilabiato: labio superiori bilobo, inferiori trilobo, lobis rotundatis; hinc quinquedentata; superne ventricosa; *staminum* quinque filamenta brevissima, ad summum tubi, non exserta; *stylus* unus; *stigmata* duo; *ovaria* quatuor, supera; *sporae* totidem undae. (Flores solitarii axillares; nomen a *εχιον* et *χειλον* Echium labiatum.) cf. SCHRAD. Diar. 1799. pag 354.)

407. HELIOTROPIUM, (HÉLIOTROPE)

TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 91. (borraginea 2.). — *Calyx* tubulosus, quinquedentatus; *corolla* hypocrateriformis, quinquefida, interpositis aut dentibus aut plicis: fauce nuda; *stigma* emarginatum; *nux* interdum cortice tecta. (Inflorescentia spica recurvato involuta, unilateralis; quinque dentes minutulae inter limbi corollae laciniis positae in Hel. supino et europaeo.)

408. PULMONARIA, (PULMONAIRE) TOURN.

LINN. JUSS. LAM. tab. 93. (borraginea 2.). *Calyx* prismatico — pentagonus, quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, limbo semi vel quinquelobo, lobis patentibus, tubo cylindrico, fauce nuda, pervia; *stigma* emarginatum; *sporae* quatuor. — (Inflorescentia corymbus terminalis; folia fere glabra in quibusdam speciebus.)

\* 409. MERTENSIA, (MERTENSIE) ROTH. (borraginea). *Calyces* abbreviati, tubo corollae dimidio breviores.

410. TIQUILIA, (TIQUILIE) RUIZ. Flor. Peru.

LITHOSPERMUM LINN. — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis; laciniis emarginatis, fauce nuda; *stamina* exserta; *stylus* filiformis, longior; *stigmata* duo simplicia; *sporae* quatuor, unum saepius abortivum.

411. LITHOSPERMUM, (LITHOSPERME,

Gremil) LINN. LAM. tab. 91. OSKAMPJA MOENCH.  
\*). AN-



- \*) ANCHUSA BARREL. BUGLOSSUM TOURN. GARID. (borraginea 3.). *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, parva, quinqueloba: fauce pervia, nuda; *stigma* bifidam; *sporae* nuces quatuor, interdum nitidae, osseae; *genitalia* utraque inclusa. — (Flores solitarii, axillares aut spica terminalis bracteis associata; folia floralia saepe geminata.)
412. BATSCHIA, (BATSCHIE) VAHL. MICH. (asperifolia). — *Calyx* subquinquefidus; *corolla* hypocrateriformis, majuscula, tubo recto, calyce longiori; intus basi annulo barbato; fauce nuda; laciniis rotundatis; *sporae* nudae, nitidae.
413. ONOSMA, (ONOSME, orcanette) LINN. FALL. JUSS. LAM. tab. 93. SYMPHYTUM TOURNEF. (borraginea 3.). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata, infundibuliformis, limbo tubuloso—ventricososo, quinqueidentato: fauce nuda, pervia; *sporae* quatuor. (Flores axillares et terminales.)
414. SYMPHYTUM, (CONSOUDE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 93. (borraginea 4.). *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, campanulata, tubuloso—ventricosa, limbo recto, parum attenuato, quinqueidentato: fauce clausa squamis (radiis) oblongis subulatis, glanduloso fistulosis, conniventibus, conicis; *stigma* simplex. — (Inflorescentia fere disposita in corymbum terminalem et axillarem; folia floralia geminata, in quibusdam speciebus caulina decurrentia.)
415. ONOSMODIUM, (ONOSMODIE) MICH. LITHOSPERMUM LINN. (borraginea). — *Calyx* profunde quinquepartitus; *corolla* oblonga, subcampanulata; fauce nuda; limbo ventricososo, semiquinquefido; laciniis subconniventibus, acutis; *antherae* sessiles, inclusae; *stylus* exsertus.
416. BOR-

---

\*) Quae tamen habitu a lithospermis recedit calyce subdecacono, corolla flava, fauce ad marginem villosa, stigmate capitato; sporis subpubescentibus. Oskampia trichotoma Moench, Meth. p. 420.

416. **BORRAGO**, (BOURRACHE) TOURN. PLUK. LINN. BUXB. JUSS. LAM. tab. 94. (borraginea 4.) *Calyx* quinquepartitus; *corolla* rotata, saepe aperta, quinquefida: fauce squamis emarginatis, obtusis, radiatim clausa; *sporae* quatuor rigidiusculo — asperae, calyce connivente tectae. (Pedunculi axillares aut terminales, uni — multiflori.)
417. **LYCOPSIS**, (LYCOPSIDE, Grippe) LINN. JUSS. LAM. tab. 92. ANCHUSA LAM. ASPERUGO LINN. WILLD. (borraginea 4.) *Calyx* quinquefidus, inflatus aut ventricosus; *corolla* infundibuliformis: tubus incurvatus, calyce longior; limbo brevi, bi — vel subquinquelobo; fauce clausa squamis convexis, conniventibus; *stigma* bifidum; *sporae* quatuor. — (Flores solitarii aut fere spicati, axillares aut terminales.)
418. **ECHIOIDES**, (ECHIOIDE) TOURN. DESFONT. LYCOPSIS LINN. NONEA MOENCH. (borraginea 4.) *Calyx* inflatus, angulosus, quinquefidus, persistens; *corolla* infundibuliformis, limbo quinquelobo; tubo erectiusculo: fauce squamis clausa; *stamina* non exserta; *sporae* quatuor liberae \*).
419. **ANCHUSA**, (BUGLOSSE) PLUK. MORIS. LINN. JUSS. LAM. tab. 92. (borraginea 4.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, quinqueloba, lobis rectis, patentibus: fauce squamis exsertis, fornicatis, convexo — conniventibus clausa; *stigma* emarginatum; *sporae* quatuor, basi insculptae, superficie ut plurimum venosae gibbae. — (Flores axillares, aut terminales, in glomerulum approximati, aut dispositi in spicam simplicem, unilateralem, aut paniculatam \*\*).

420. AS-

\*) Natura enim ipsa jubente cl. DESFONTAINES *Lycopsin vesicariam* ad hoc novum genus amandavit, (quo et *L. aegyptiaca*, aliae forte, pertinent,) quod jam MOENCHIUS *Method.* pag. 422. monuisse nobis videtur.

\*\*\*) *BUGLOSSUM*, RETZ. *squamulis faucis corollae penicilliformibus*. — (Quo et *Cynoglossum fulvum*, RUDOLPHI ap. SCHRAD. referri potest.) —

420. ASPERUGO, (RAPETTE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 94. (borraginea 4.). *Calycis* lacinae quinque, inaequales denticulatae, plano parallelae, sinuatae; *corolla* infundibuliformis, tubo brevi semi-quinqueloba: faux clausa squamis conniventibus, convexis; *sporae* quatuor in fructum calyce duplicato et compresso formatae. — (Flores axillares; folia floralia geminata.)

421. CYNOGLOSSUM, (CYNOGLOSSE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 92. (borraginea 4.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, quinqueloba, lobis brevibus; fauce squamis quinque convexo — fornicatis conniventibus clausa; *stigma* emarginatum; *sporae* quatuor, depressae, latere interiori stylo persistenti adfixae. — (Flores axillares aut terminales, dispositi in spicam, aut in glomerulum approximati; folia tomentosa aut glabra.)

422. MYOSOTIS, (MYOSOTE, SCORPIONE) LINN. JUSS. LAM. tab. 92. (borraginea 4.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* hypocrateriformis, tubo brevi; limbo plano, quinquefido, lobis fere emarginatis; fauce clausa squamis connivendo fornicatis convexis; *stigma* simplex; *sporae* quatuor laeves, — aut \*) echinatae. — (Flores saepe in spicam terminalem dispositi, unilaterales.)

IV. *Flore monopetalo, infero; sporis pericarpio inclusis.*

423. NOLANA. (NOLANE) LINN. JUSS. LAM. tab. 97. Auctores florae Peruvianaë \*\*). (affinis familiae

---

\*) Ut in *Lappulis*.

\*\*) Qui *Nolanas* dicere solent plantas succosas, inferne ramosissimas, altera unica specie excepta, prostratas, habitu *solanaceas*, fructu vero diversas, cujus nuculae epidermide succulenta obiectae, quadriloculares sunt, loculis uno — tribus saepe abortientibus.

liae borraginearum.). *Calyx* quinquangularis, quinquefidus, limbo patente, laciniis latis, inferne basi turbinatus; *corolla* campanulata, plicata, patens, obsolete quinqueloba; *filamenta* subulata, erecta, aequalia, corolla multo breviora; *antherae* erectae; *ovaria* quinque; *stylus* inter ovarium; *stigma* capitatum, subpentagonum; *drupae* quinque tri — quinqueloculares, insidentes disco in fundo calycis, receptaculo carnosco coalescentes, arillatae? *loculus* quisque unisporus.

424. CORIS, (CORIS) TOURN. LINN. LAM. tab. 102. (primulacea l.). *Calyx* ventricosus, quinquedentatus, dentibus subspinosis, certe quinque spiniformes processus ad basin dentium, persistens; *corolla* monopetala, tubulosa, irregularis per lacinias quinque; *capsula* supera, quinquevalvis, calyce cincta; *sporae* plurimae. — (Trunci elongatio humilis, ramosissima, basi suffrutescens.)

425. HYDROPHYLLUM, (HYDROPHYLLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 97. (borraginea fructu capsulavi.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata quinquefida, interne quinque striis melliferis et longitudinalibus munita, cingentibus staminum *filamenta* corolla multo longiora; *antherae* oblongae, versatiles; *stigma* bifidum; *capsula* globosa, bifida, unilocularis, bivalvis, monospora; *sporae* numero quatuor, una fertilis. — (Trunci elongatio herbacea; foliis palmatis aut pinnatifidis; floribus corymbosis pedunculatis et terminalibus.)

426. GALAX, (GALAX) LINN. JUSS. VITICELLA MITCH. gen. 24. (ex ordine plantt. sedis incertae.) — *Calyx* decempartitus (10. phyllus PERD.), laciniis quinque internis alternantibus et longioribus, *corolla* monopetala, hypocrateriformis, tubo cylindrico, limbo quinquefido; *stamina* quinque in *filamentis* brevioribus; *antheris* rotundatis, conniventibus, et corollae fauci insertis; *ovarium* liberum in stylo uno; *stigmata* duo; *capsula* unilocularis, di- vel polyspora, elastice in valvulas duas dissiliens.



427. **PORAQUEÏBA**, (PORAQUÉBE) AUBLET.  
 JUSS. LAM. illustr. tab. 134. BARRERIA SCHREB. (berberidea 1.). — *Calyx* minimus, quinque-dentatus; *corolla* rotata, hypogyna, quinquepartita, laciniis quinque oblongis, concavis ad basin et ad summum, scrobiculos in superficie gerentibus, foveola superior geminata, inferior ternata; *stamina* quinque hypogyna, laciniis corollae opposita, et occulta in corollae foveolis; *filamenta* emarginata, dilatata; *antherae* longae, tetragonae, articulatae, marginatae, marginibus cohaerentibus; *stigmata* tria; *fructus* . . . . ?
428. **CORTUSA**, (CORTUSE) LINN. JACQ. JUSS.  
 LAM. tab. 99. (primulacea 2. Anagallides ADANS lysi-machiae JUSS.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, quinqueloba, fauce parumper inflata et annulo extrorsum elevata, limbi laciniis ovatis acutis; *antherae* adnatae, billamellatae; *capsula* unitocularis, ovalis, apice bi—quinquevalvis.
429. **ANAGALLIS**, (MOURON) LINN. THUNB.  
 JUSS. LAM. tab. 101. (primulacea 1). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, quinqueloba; *stamina* interne velata, *filamentis* hirsutis; *capsula* globosa, saepe circularis, unilocularis, circumscissa. — (Trunci elongatio tetragona; folia opposita; flores solitarii axillares.)
430. **LYSIMACHIA**, (LYSIMACHIE) TOURN.  
 LINN. JUSS. LAM. tab. 101. (primulacea 1.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, quinqueloba; *capsula* globosa, unilocularis, quinque—decemvalves, mucronata. Filamenta in quibusdam speciebus basi connata. (Folia opposita; flores axillares aut terminales, solitarii, spicati, aut corymbosi.)
431. **LUBINIA**, (LUBINIE) COMMERS. VENTENAT.  
 LYSIMACHIA LAM. WILLD. (primulacea 1.). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* hypocrateriformis, fere rotata; tubo longitudine calycis; limbo plano, quinquepartito, aequali; *filamenta* medio tubi adnata,

superne libera; *antherae* ovales, obtusae; *stigma* obtusum; *capsula* ovalis, unilocularis, polyspora, mucronata; (non sponte, neque in duas aut quatuor valvulas dehiscens, sed si digitis comprimitur bi — quatrivalvis; secundum VENTEN. quinquevalvis sec. LAM.) — Folia alterna.

432. DORAENA, (DORENE) THUNB. japon. 84. JUSS. (planta ordine et sede incerta). *Calyx* quinquefidus; *corolla* monopetala, quinquefida; *stamina* quinque tubo corollae inserta; *antherae* fere sessiles, oblongae, non exsertae; *ovarium* liberum; *stigma* emarginatum; *capsula* supera, pisiformis, unilocularis, univalvis, polyspora.

433. CYCLAMEN, (CYCLAME, pain de pourceau) TOURN. LINN. LAM. tab. 100. (primulacea 2.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, quinquefida, laciniis reflexis, tubo globoso, brevissimo, fauce prominente; *stamina* tubo inclusa; *antherae* conniventes; *bacca* globosa unilocularis, quinquevalvis, tecta capsula.

434. DODECATHION, (DODÉCATHEON, Gyroselle) LINN. JUSS. LAM. tab. 99. (primulacea). — *Calyx* quinquefidus, laciniis reflexis; *corolla* rotata quinquefida; *tubus* brevis; *laciniae* longae reflexae; *stamina* extra tubum; *antherae* sagittatae, conniventes; *capsula* unilocularis, fere cylindrica, oblonga, apice in quinque partes dehiscens. — (Flores penduli.)

435. SOLDANELLA, (SOLDANELLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 99. (primulacea 2.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata, lacera, limbo tenerime multifido; *antherae* sagittatae, adnatae infra apicem bifidam filamentorum; *stigma* simplex; *capsula* unilocularis, apice multivalvis seu multidentata.

436. VOHIRIA, (VOYERE) JUSS. LAM. tab. 109. VOYIRIA AUBLET. LITA SCHREB. WILLD. GENTIANA LAM. (gentianeae I.). — *Calyx* brevis quinquefidus, basi duabus, vel tribus squamis munitus; *corolla* calyce multo longior, tubuloso hypocrateriformis, limbo

limbo patente quinquelobo (quinquefido), laciniis ovatis patentibus; tubo longissimo; et ad basin, et ad summum dilatato, inflato, tumido; *antherae* juxta faucem tubi insertae subsessiles; *stigma* simplex, capitatum; *capsula* unilocularis, bivalvis; *sporae* numerosissimae, scobiformes. — (Plantae fere subterraneae, foliis inferioribus carnosis, subterrestribus; flores terminales.)

437. PRIMULA, (PRIMEVERE) LINN. JUSS. LAM. tab. 98. PRIMULA *veris*, et AURICULA *ursi*, TOURN. (primulacea 2.). — *Involucrum* umbellulae; *calyx* tubulosus, quinquedentatus, (multo brevior corolla in *auricula ursi* T.); *corollae* tubus cylindricus, calyce longior, fauce libera patula, limbo quinquelobo emarginato; *stigma* globosum; *capsula* unilocularis, ore decemvalvulato vel decemfido. — (Numerus partium cultura variat.)

438. ANDROSACE, (ANDROSELLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 98. f. 1. 2. (primulacea 2.). — *Involucrum* umbellulae; *calyx* quinquefidus, persistens; *corolla* hypocrateriformis, quinqueloba; tubo calyce breviori ovato, fauce attenuata, glandulosa; *capsula* ovato — globosa, unilocularis, quinquevalvis, vel quinquefariam dehiscens, polyspora.

439. ARETIA, (ARETIE) LINN. HALL. PRIMULA VILL. ANDROSACE VILL. LAM. DIAPENSIA WILLD. ARETIA. — LAM. tab. 98. — (primulacea) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* hypocrateriformis, quinquefida, tubo ovato, ad summum serrato; *stigma* depresso capitatum; *capsula* unilocularis, globosa, quinquevalvis, subpentaspora (pentaspora JACQ.). (Trunci elongationes floriferae foliis denudatae numerosissimae.)

440. BACOPA, (BACOPE) AUBLET. JUSS. LAM. tab. 102. (portulacea 1.) — *Calyx* quinquepartitus vel fissus, inaequalis, lacinia superiori majori; *corolla* monopetala, perigyna, rotato hypocrateriformis, quinquefida; tubo brevi, staminifero; limbo quinqueden-

tato; *stamina* quinque sub denticulis corollae inserta; *antherae* rectae sagittatae; *ovarium* semiadhaerens, aut adhaerens basi sua calyci; *stigma* capitatum; *capsula* membranacea, unilocularis, polyspora; *sporae* minimae. — (Trunci elongatio herbacea; folia opposita, basi connata; pedunculi solitarii axillares, bibracteati.)

441. HOTTONIA, (HOTTONE, Plumeau)

LINN. JUSS. LAM. tab. 100. STRATIOTES VAILL. (primulacea 1.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* hypocrateriformis, limbo plano quinquelobo, tubo brevi; *stamina* tubo corollae inserta; *stigma* globosum; *capsula* globosa, acuminata, unilocularis. — (Plantae aquaticae, foliis verticillatis, alatis aut denticulatis; floribus solitariis, axillaribus aut verticillatis, spicam terminalem formantibus; verticilli involucri polyphyllolomuniti.)

\* 442. SCHEFFIELDIA, (SCHEFFIELDE)

FORST. gen. 18. SMITH. SAMOLUS LINN. suppl. (primulacea 1.) — *Calyx* quinquefidus, persistens; *corolla* calyce longior campanulata, quinqueloba; *stamina* quinque fertilia, lobis corollae opposita; quinque *filamenta* sterilia alterna cum fertilibus; *stigma* capitatum; *capsula* unilocularis, quinquevalvis, polyspora \*).

443 MENIANTHES, (MÉNIANTHE) TOURN.

LINN. JUSS. LAM. tab. 100. f. 1. MICHAUX. VILLARSIA GMEL. VENT primulacea 3.). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, tubo calyce longiore; limbus patens, quinquepartitus, laciniis ovalibus, interno barbato hirsutis; *stigma* capitato bifidum, striato sulcatum; *capsula* unilocularis, bivalvis, polyspora; *sporae* glabrae, longitudinaliter medio valvularum adnatae; *radicula* supera. — (In plantis emersis *capsula* bivalvis, *valvula* media placentaeformi; in natantibus ruptilis MICHAUX.)

\* 444. NYM-

\*) PERS. enchir. cum *Samolo* LINN. coniunctum hoc genus proposuit, No. 388, pag. 171.



\* 444. NYMPHOIDES, (NYMPHEAU) TOURN. VENT. WALDSCMIDIA HAYNE MENIANTHES LINN. LAM. tab. 100. f. 2. (primulacea 3.). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, laciniis quinque rotundatis, ciliatis; *stigma* bifidum; *capsula* unilocularis, bivalvis, polyspora; *sporae* membranaceae, ciliatae, longitudinaliter suturis valvularum innatae.

445. ALLAMANDA, (ALLAMENDE, Orelia) LINN. JUSS. LAM. tab. 171. ORELIA AUBLET. (apocinacea 3., contorta). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, magna; tubo longo; fauce dilatata; limbo patente, magno, quinquefido; *stamina* fauci corollae inserta; *antherae* fere sessiles sagittatae; *stylus* longus; *stigma* bilobum, laminis duabus rotundatis associatum; *ovarium* basi disco annulari cinctum; *capsula* lentiformis, ovalis, coriacea, echinata punctis longis, compressiuscula, unilocularis, bivalvis, polyspora; *sporae* rotundatae, marginibus membranaceae, duplici ordine dispositae, margini valvularum insertae.

446. THEOPHRASTA, (THEOPHRASTE, Coquemollier) LINN. JUSS. LAM. tab. 119. ERESIA FLUM. (apocinea). *Calyx* quinquelobus, persistens; *corolla* campanulata, brevis, quinqueloba, lobis aequalibus obtusis; *stamina* quinque brevissima; *capsula* pomiformis, globosa, permagna, fragilis, unilocularis, polyspora, interne fere pulposa; *sporae* rotundatae, receptaculo centrali libero et cylindrico insertae; embryo in perisporio magno et coriaceo.

\* 447. GENIOSTOMA, (GENIOSTEME) FORST. tab. 12. JUSS. LAM. tab. 133. (ex ordine plantarum sede incerta). — *Calyx* turbinatus, inferus, quinquefidus, persistens; *corolla* monopetala tubulosa, limbo quinquepartito; fauce barbata; *stamina* in corollae orificio, alternantia cum lobis; *ovarium* liberum; *stigma* sulcatum; *capsula* oblonga, bilocularis, polyspora.

448. SPI-

448. SPIGELIA, (SPIGELE) LINN. LAM. tab. 107. ARAPABACA PLUM. (gentiana 3.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, limbo patente, quinquefido, laciniis aequalibus; *tubus calyce* longior; *ovarium* didymum; *stylus* persistens; *capsula* didyma, bilocularis, quatrivalvis, polyspora. (Trunci elongatio herbacea; folia opposita; flores terminales, bracteis minoribus muniti, spicati, secundi.)
449. PONGATIUM, (PONGATI) JUSS. SPHENOCLEA GAERTN. WILLD. GAERTNERA RETZ. (ex ord. plantt. sedis incertae). *Calyx* inferus, semiadhaerens, munitus ad basin bractea; quinquefidus; *corolla* (tubus interior petaloideus minimus, quinquefidus) quinquefida, calyce minor; *stamina* quinque ad basin interiorem tubi inserta; *ovarium* semiadhaerens; *stylus* nullus; *stigma* capitatum, persistens; *capsula* semiadhaerens, compressa, bilocularis, circumscissa; *sporangia* minimae, numerosae, subteretes, adhaerentes duobus receptaculis fixis utroque latere dissepimenti.
450. OPHIORHIZA, (OPHIORIZE) LINN. SWARZ. LAM. tab. 107. CYNOCOTONUM Gmel. (gentiana 3.). — *Calyx* quinqueidentatus; *corolla* infundibuliformis, limbo patente quinquefido; *ovarium* bifidum; *stylus* unus; *stigmata* duo; *capsula* biloba, bilocularis, introrsum dehiscens, polyspora. — (Trunci elongatio herbacea, foliis oppositis, floribus bracteatibus, spica terminalis aut axillaris.)
451. BENOMIA, (BENOMIE) AUBERT DE PETIT THOUARS BONAMIA JAUME II. p. 349, (convolvulacea)\*. — Flores completi, monopetali, quinque-

---

\*) Proximum genus est *Cordiae*. Sed auctor jubet ipsam *Cordiam* e familia *borraginearum*, cui nunc usque associata, excludere, et annumerari *civibus Cordiae*; *bonamiam* convolvulaceam esse forma calycis quinquefoliolis partiti; dispositione et forma embryonis. — Forsan genus cum OPHIORRHIZA conjungendum, a qua Bonamia tantum sporarum numero differre videtur: in Ophiorrhiza multae, in Bonamia duae,

quefidi isostemones, brevi panicula dispositi. *Calyx* quinquefidus, laciniis profundis concavis, inferus; *corolla* monopetala, hypogyna, limbo quinquefido, campanulata; *stamina* medio corollae inserta, laciniis corollae alterna; *antherae* dorso affixae; *ovarium* oblongum biloculare, tetrasporum; *stylus* ultra medium bipartitus; *stigmata* capitata; *fructus* capsula bilocularis, dispersa; *spora*e duae, etiam tres fundo affixae, aut per abortum una; *perisporium* nullum; *embryo* replicatus; *radicula* infera; *cotyledones* foliaceae.

452. GENIOSTOMA, (GENIOSTOMA) FORST. tab. 12. JUSS. (sedis incertae). — *Calyx* turbinatus, quinquefidus, persistens; *corolla* monopetala, tubulosa, fauce pilis munita; limbo quinquefido; *stamina* quinque ad faucem corollae, alternantia cum lobis; *ovarium* liberum; *stigma* striato-sulcatum; *capsula* oblonga, bilocularis, polyspora.

453. RETZIA, (RETZIE) LINN. YHUNB. JUSS. LAM. tab. 103. (convolvulacea 1.). — *Calyx* quinquepartitus, inaequalis; *corolla* tubulosa, cylindrica, quinquefida, extus intusque villosa; *stigma* bifidum; *capsula* oblonga, bilocularis, bivalvis, polyspora.

454. MARIPIA, (MARIPOU) AUBL. Guy. tab. 91. JUSS. LAM. ill. tab. 110. (convolvulea 1.). *Calyx* quinquepartitus, laciniis obtusis; *corolla* tubulosa, basi dilatata; limbo quinquefido; *stamina* quinque apice tubi inserta; *antherae* longae, sagittatae; *stylus* unus; *stigma* peltatum; *fructus* . . . , bilocularis, loculis dispersis. — (Elongatio trunci frutescens, scandens; folia integerima; flores in paniculis terminalibus aut axillaribus; pedunculi bracteati.)

455. MURUCOA, (MOUROUCOU) AUBL. Guy. tab. 54. JUSS. LAM. ill. tab. 103. (convolvulea 1.). — *Calyx* quinquepartitus, connivens; lacinae duae magnae, exteriores, reliquas obtegentes; *corolla* infundibuliformis, limbo patente, amplo, quinquelobo; *stamina* quinque inserta summitate tubi lobisque opposita;

*antherae* declinatae; *stigma* bilamellatum; *capsula* ad medium calyce cincta, coriacea, fibrosa, trilocularis, trispora. (Frutex scandens; folia integra, apice plicata; pedunculi axillares multiflori.)

456. CONVULVULUS, (LISERON) TOURN.  
LINN. JUSS. LAM. t. 104. (convolvulacea 3.) *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata, aut rarius infundibuliformis; limbus quinque plicis fere semper integris notatus angulosus, angulis argutis aut dentatis; obsolete quinqueloba; *stamina* inaequalia; *filamenta* approximata; *ovarium* ad basin glandula cinctum; *stigma* bifidum; *capsula* saepe trilocularis, rarius bi- vel quatrilocularis; loculis mono- disporis. — (Plantae herbaceae, aut rarissime suffrutescentes, lactescentes, regulariter volubiles; pedunculi axillares, uni- multiflori, duabus bracteis muniti.)

457. IPOMAEA, (IPOMÉE, Quamochit) LINN.  
JUSS. LAM. tab. 104. (convolvulacea 3.) — *Calyx* quinquepartitus vel fissus; *corolla* (rarius infundibuliformis) campanulata, longa, limbus quinque plicis fere semper integris notatus, angulosus, angulis argutis et dentatis; quinquefida; *stamina* inaequalia; *filamenta* approximata; *ovarium* ad basin cinctum glandula; *stigma* capitato globosum, papillosum; *capsula* bi- fere semper trilocularis, polyspora \*). — (Plantae herbaceae, volubiles, lactescentes; pedunculi axillares, terminales, uni- multiflori.)

458. MACROSTOMA, (MACROSTOME) PERS.  
pag. 185. CALBOA CAV. nov. gen. tab. 476. (convolvulacea). — *Calyx* inferus, persistens, semiquinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, laciniis lanceolatis, fauce ventricosa; *stamina* longissima, exserta, basi nuda; *stigma* simplex; *capsula* quatrilocularis, quatrivalvis,

---

\*) *Ipomaea bracteata* CAV. nov. gen. tab. 477. ob corollae limbum integerrimum, revolutum, filamenta glabra, stigma simpliciter ovatum, distinctum genus constituere monet gravissimus PERS. p. 185.



vis, dissepimento valvulis parallelo cruciata; *sporae* solitariae.

459. LISIANTHUS, ( LISIANTHE ) BROWN.  
LINN. JUSS. LAM. tab. 107. GENTIANA LINN. (genti-  
anea 2.) *Calyx* campanulatus, quinquepartitus, laciniis  
margine membranaceis, carinatis; *corolla* infundibuliformis  
calyce multo longior, limbo quinquefido, laciniis  
recurvatis, tubo parum ventricosus, basi attenuato, ore  
patente; *stigma* capitatum, bilobum; *capsula* oblonga,  
bilocularis, bivalvis, margine valvularum introrsum,  
voluta; *sporae* numerosae, subimbricatae, margine mi-  
nimo membranaceo cinctae. — (Flores uno, duo, ter-  
minales.)

460. DATURA, ( DATURE, Stramoine ) LINN.  
LAM. tab. 113. STRAMONIUM TOURN. (solanea 1.) —  
*Calyx* magnus, tubulosus, ventricosus, quinquangulus.  
apice quinquefidus, caducus, basi orbiculari tantum  
persistente, et sese revertente; *corolla* magna infundibu-  
liformis, tubo elongato, limbo quinquangulo, quinque  
plicato, obsolete quinquefido, dentibus acuminatis;  
*stigma* obtusum bilamellatum; *capsula* ovalis, bilocu-  
laris, loculis in duo aut plures parietes per dissepimen-  
tum divisus, quatrivalvis, quatrilocularis, laevis vel  
spinosa, polyspora; *sporae* reniformes. — (Plantae  
herbaceae, rarius frutices, interdum scandentes; folia  
geminata in quibusdam speciebus.)

461. BRUGMANSIA, ( BRUGMANSIE ) PERS.  
pag. 216. RUIZ. DATURA RUIZ. (solanea). — *Calyx*  
latere ruptilis, persistens; *corolla* infundibuliformis, pli-  
cata; *antherae* conglutinatae; *stigma* utrinque lineatim  
decurrens; *capsula* bilocularis inermis. (Forte et huc  
MOENCHII *Brugmansia* pertinet.)

462. HYOSCYAMUS, ( JUSQUIAME ) TOURN.  
LINN. JUSS. LAM. tab. 117. (solanea 1.) *Calyx* tubulo-  
sus, quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, obtusa,  
irregularis, limbo patente, oblique in quinque lobos  
inaequales fisso; *stigma* capitatum; *capsula* oblonga, ob-  
tusa,

tusa, leviter compressa et sulcata in utroque latere stria una, operculata, bilocularis, bivalvis, circumscissim dehiscens, polyspora. — (Plantae herbaceae; folia floralia saepe geminata; flores solitarii, axillares.)

463. NICOTIANA, (NICOTIANE, Tabac) TOURN. LINN. LAM. tab. 113. (solanea 1.) — *Calyx* urceolatus, quinquefidus; *corolla* calyce multo major et longior, infundibuliformis, regularis, quinquefida, limbo plicato; *stigma* emarginatum; *capsula* bivalvis, bilocularis, polyspora. — (Plantae herbaceae; flores terminales, dispositi in spicam vel paniculam.)

464. PETUNIA, (PETUNIE) JUSS. (solanea?). *Calyx* profunde quinquefidus, laciniis subspathulatis; *corolla* tubulosa, limbo dilatato, subquinquelobo; *stigma* capitatum, bilobum; *capsula* bivalvis, bilocularis, polyspora.

465. LAMARKEA, (LAMARKÉE) RICHARD. *Calyx* oblongus, pentagonus, quinquefidus; *corolla* hypocrateriformis, quinquepartita, limbo subaequali obtuso; *capsula* teres, bilocularis, polyspora.

466. VERBASCUM, (MOLÉNE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 117. (solanea 1.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* rotata, patens, lobata, lobis quinque inaequalibus; *stamina* quinque inaequalia; *filamenta* inclinata, versus basin barbata; *stigma* simplex; *capsula* ovalis aut globosa, bilocularis, bivalvis, valvulis inflexis, polyspora. — (Plantae herbaceae, saepenumero tomentosae; folia interdum decurrentia; petiolus interdum appendiculatus.)

467. RAMONDA, (RAMONDE) RICHARD. PERS. pag. 216. (personata 3.). VERBASCUM LINN. EHRH. *Scapi* radicales; *calyx* campanulatus, fissus usque ad medium in partes quinque obtusas; *corolla* rotata, quinqueloba, lobis inaequalibus; tubo brevissimo; *stamina* quinque alterna cum laciniis corollae, et inserta basi corollae; *antherae* approximatae, circum ovarium stylo munitum positae, apice perforatae,

tae; *stigma* rotundatum; *capsula* unilocularis; placentae duae laterales, formatae marginebus, valvulas, quae sese cingunt ab interiori parte circumcirca, mentientibus; *receptacula* duo parietalia; polyspora; *sporae* oblongae, numero plurimae \*).

468. CHIRONIA, (CHIRONE) LINN. JUSS. LAM. tab. 108. ROESLINIA MOENCH. CHLORA LINN. WILLD. (gentianeae 2.) — *Calyx* quinquefidus, fere quinquepartitus, subcampanulatus; *corolla* infundibuliformis, (subrotata PERS.) tubo calycis magnitudine, limbo magno quinquepartito; *stylus* unus, striatus, antrorsum inclinatus; *stamina* tubo corollae insidentia; *antherae* foecundatione absoluta spiraliter tortae; *stigma* capitatum, bilobum; *pericarpium*: *capsula* bilocularis aut *bacca* unilocularis.

469. ERYTHRAEA, (ERYTHRAEE) (gentianeae). *Calyx* adpressus, subpentagonus, quinquedentatus; *corolla* infundibuliformis, tubo longo; *antherae* post anthesin spiraliter tortae; *stigmata* duo approximata, rarius simplex; *capsula* sublinearis, unilocularis; *receptacula* duo extantia. (RICHARD Catal. hort. med. parisini. PERS.)

470. PORANA, (PORANE) LINN. BURM. LAM. tab. 186. (ex ord. plantt. indetermin.) — *Calyx* quinquepartitus, in fructu major; *corolla* monopetala, campanulata, calyce multo longior, quinquefida, laciniis aequalibus; *stamina* quinque intersita corollae laciniis; *stylus* semibifidus, longior, persistens; *stigmata* duo capitato globosa; *pericarpium* bivalve. — (Proximum hoc genus est familiae *Borraginearum*.)

471. COBAEA, (COBAÉE) (bignoniaceae). CAV. tab. 16. 17. et 500. VENT. — *Calyx* inferus, persistens, penta-

---

\*) Hoc genus valde convenit cum *Besleria* secundum RICHARDI observata; nihilominus *margines valvularum* intrantes et sese convolventes ad formanda *receptacula* genus *Ramondia* approximant *gentianis*.

pentagonus, angulis basi compresso alatis, quinquepartitus, laciniis patentibus; *corolla* infundibuliformis; tubo longissimo, vix dilatato, limbo campanulato, laciniis quinque patentibus, crenulatis; *stamina* declinata; *antherae* oblongae versatiles; *filamenta* declinata; *ovarium* basi cinctum corpore glanduloso vel disco quinquangulo; *stigmata* quatuor aut quinque subulata; *capsula* obovata, punctata, leviter angulosa trilocularis *receptaculo* trigono distincta; *sporae* imbricatae, marginatae.

472. DIAPENSIA, (DIAPENZE) LINN. JUSS. LAM. tab. 102. ANDROSACE TOURN. (convolvulacea 2.). — *Calyx* quinquepartitus aut pentaphyllus, imbricatus externe foliolis squamaeformibus tribus; *corolla* hypocrateriformis, limbo quinquefido plano; *stamina* quinque tubo inserta, et alternantia cum laciniis corollae; *stylus* unus; *capsula* trivalvis, trilocularis, polyspora.

473. PHLOX, (PHLOX) LINN. JUSS. LAM. tab. 108. (polemonacea). — *Calyx* prismaticus, profunde quinquefidus aut partitus, connivens, persistens; *corolla* hypocrateriformis aut infundibuliformis, tubulosa, tubo longo, limbo plano, quinquepartito; *stamina* super tubum inserta in magna lataque dimensione; *antherae* sagittatae; *filamenta* staminum inaequalia, tubo inclusa; *stigma* trifidum; *capsula* trilocularis, loculis monosporis — (Trunci elongatio herbacea; folia opposita, simplicia; floralia interdum alterna.)

474. GILIA, (GILIE) RUIZ. PAV. IPOMOPSIS MICHAX. WILLD. IPOMOEA LINN. (convolvulea). — *Corolla* infundibuliformis; *filamenta* aequalia, incisuris corollae inserta, prominula; *stigmata* tria; *capsula* trilocularis, trigona, polyspora; *sporae* nudae, non emarginatae.

475. BONPLANDIA, (BONPLANDIE) CAVAN. nov. gen. tab. 532. — *Calyx* liber, tubulosus, quinquefidentatus; *corolla* subbilabiata, quinquepartita, laciniis emarginatis; *stamina* declinata, infra faucem tubi in-



inserta; *stigma* trifidum; *capsula* ovato trigona, trilocularis, trivalvis, trispora; *spora*e ellipticae.

476. NAVARETTIA, (NAVARETTIE) RUIZ. PAV. (incertae sedis). — *Calyx* campanulatus, quinquefidus, quaeque laciniarum munita tribus dentibus acutis; *corolla* infundibuliformis, tubo quinquangulo, limbo plano quinquangulo, angulis aequalibus; *stamina* quinque tubo inserta; *ovarium* liberum; *stigma* bifidum; *capsula* membranacea, bilocularis, bivalvis, calyce tecta; *spora*e haud multae.

477. POLEMONIUM, (POLÉMOINE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 106. (polemonacea). — *Calyx* urceolatus, quinquefidus; *corolla* rotata, limbo quinquepartito, (quinquelobo), fundo clauso valvulis staminiferis, tubo brevi; *staminum* filamenta dilatata ad loborum basin; *antherae* versatiles; *stigma* trifidum; *capsula* trilocularis, trispora, supera; *spora*e angulatae. — (Folia alterna.)

478. CANTUA, (CANTU) JUSS. LAM. tab. 106. PERIPHIRAGMOS RUIZ. flor. Peruv. (polemonacea). *Calyx* monophyllus, urceolatus, tri—quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, (hypocrateriformis RUIZ.); limbo patente, dilatato, quinquelobo vel partito, laciniis obcordatis sive emarginatis; tubo cylindrico, calyce longiori; *stamina* magnitudine aequalia, interdum exserta; *ovarium* corpori glanduloso insidens; *stigma* tripartitum; *antherae* sagittatae; *capsula* subtrigona, trilocularis, trivalvis, polyspora; *spora*e imbricatae, margine membranaceo alatae.

479. HOITZIA, (HOITZIT) CAVAN. JUSS. CANTUA WILLD. (polemonacea). *Calyx* duplex; interior monophyllus, tubulosus, quinquefidus; exterior polyphyllus (an bracteeae?), foliolis quatuor—octo polymorphis, dentato serratis, conniventibus; *corolla* infundibuliformis, longa; limbo quinquelobo, lobis fere aequalibus, ovatis, paulisper patente; *staminum* filamenta aequalia, longa, extra tubum; *ovarium* triangulum; *cap-*

*capsula ovalis*, interdum leviter striata. (Frutices foliis alternis, simplicibus; flores axillares, solitarii.)

480. **BROSSAEA**, (BROSSE) LINN. PLUM. JUSS. LAM. tab. 111. (ericæ 1.). — *Calyx* carnosus, superus, quinquefidus, laciniis oblongis; *corolla* conoïdea, magnitudine calycis, truncata, ad summum recurva, limbo crenulato aut integro; *capsula* quinquesulca, quinquelocularis, calyce persistente tecta, quinque fissuris pervia, polyspora.
481. **AZALEA**, (AZALÉE) LINN. JUSS. LAM. tab. 110. **CHAMOERHODODENDROS** TOURN. (rhodorcea 1.). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata aut infundibuliformis, limbo plano, subobliquo, laciniis quinque inaequalibus; *stamina* quinque receptaculo sub pistillo inserta; *stigma* obtusum; *capsula* quinquelocularis, polyspora. — (Flores axillares aut terminales, fere solitarii aut in racemis.)
482. **CRYPTANDRA**, (CRYPTANDRE) SMITH. transact. IV. (rhododendracea). JUSS. gen. 158. — *Calyx* pentaphyllus; *corolla* tubulosa, limbo quinquefido, squamis quinque cucullatis inter segmenta; *stamina* faucibus inserta sub singulis squamis; *stigma* trifidum; *capsula* supera, trivalvis, trilocularis e valvulis inflexis; *sporae* solitariae compressae.
483. **EPACRIS**, (EPACRIS) FORST. LINN. JUSS. LAM. tab. 367. (ericæ 1.). — *Calyx* simplex aut duplex, exterior imbricatus, quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, velata pube, tubo paulisper magnificato versus limbum quinquefidum; *stamina* quinque brevia, tubo inserta; *antherae* ovales aut oblongae; *stigma* capitatum; *ovarium* basi cinctum quinque squamis brevibus; *capsula* pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora. — (Frutices foliis imbricatis aut remotis, floribus in racemis aut fere solitariis.)
484. **TRICYCLA**, (TRICYCLE) CAV. tab. 598. JUSS. (nyctaginea 2.). — *Calyx* (involucrum) triphyl-

- phyllus, foliolis magnis ovalibus, subroduntis, venosis, unifloris, persistens; *corolla* (calyx) infundibuliformis, calyce (involucro) brevior, tubulosa, tubo leviter ad medium inflexo, limbo (quinquelobo) quinquefido, (lobis) laciniis tricenatis; *filamenta* infra ovarium inserta; *samara* ovata, corollae tubo ampliato cincta; *sporae* basi (calycis) corollae tectae, limbo coronatae, et cinctae (involucro) calyce exsiccato, persistente. (Stamina interdum septem.) — Trunci elongatio spinis alternis obsita, fasciculatis; flores solitarii, e medio fasciculi foliorum egredientes.
485. **VENTENATIA**, (VENTENATIA) Auctorum flor. peruv. — *Calyx* inferus, duplex; externus polyphyllus, internus pentaphyllus; *corolla* monopetalae, infundibuliformis; *stigma* globosum; *nux* quinquelocularis, loculis monosporis.
486. **STYPHELIA**, (STYPHELÉE) SMITH. WILLD. ARDISIA GAERTN. EPACRIS LINN. VENTENATIA CAV. (ericae 2.). — *Calyx* imbricatus; *corolla* tubulosa, quinquefida, laciniis saepe revolutis, hirsutis aut glabris; *nectarolyta* membranaceum, lacerum, ovarium cingens; *stigma* capitato quinquefidum; *stamina* quinque fauci corollae inserta; *drupa* quinquelocularis, loculis disporis; *sporae* geminatae.
487. **PEROA**, (PEROA) CAVAN. ic. tab. 349. PEROIVA auctt. flor. peruv. — *Calyx* duplex; externus triphyllus, internus pentaphyllus; *corolla* hypocrateriformis, laciniis acutis tomentosis; *ovarium* ovatum, nudum; *stigma* simplex; *capsula* ovata, unilocularis, monospora; *spora* oblonga.
488. **PYXIDANTHERA**, (PYXIDANTHERE) MICHAUX. — *Calyx* quinquepartitus, laciniis incumbentibus, paleacco membranaceis; *corolla* campanulata, quinquepartita; *filamenta* lamellata; *antherae* loculis subglobosis circumscissis; *stylus* crassus; *stigmata* tria; *capsula* . . . ? (An hujus loci?)

489. NERIUM, (NERION, Laurouse) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 174. (apocinea 2.). — *Calyx* quinquepartitus, parvus, persistens; *corolla* infundibuliformis, oblonga, limbi laciniis quinque obtusis, obliquis, saepe ad basin internam appendiculis multifidis lacero, non exsertis extra tubum, coronatis; *stigma* truncatum, membrana annulari insistens; *folliculi* duo cylindracei, recti, conniventes, longe acuminati; *sporae* coma instructae. — (Arbores, aut frutices: folia opposita, aut tria tribus opposita; flores dispositi in corymbum.)

490. ECHITES, (ECHITE) JACQ. LINN. JUSS. LAM. tab. 174. APOCYNUM PLUM. (apocinea 2.). — *Calyx* minor, quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, fauce nuda; limbo plano, quinquefido; *antherae* conniventes convergentesve in conum, acuminatae; *receptaculum* ovarii quinque glandulis munitum; *stylus* simplex; *stigma* capitatum, bilobum; *folliculi* duo, longissimi, recti, semper fere angusti, et quasi articulati; *sporae* coma instructae. — (Frutices: trunci elongatio saepe volubilis; folia opposita; pedunculi axillares aut terminales, uni — multiflori; corollae forma varia.)

491. STOPHANTHUS, (STROPHANTHE) DECAND. bullet. philom. no. 64. tab. 8. f. 1. ECHITES WILLD. NERIUM LAM. (apocinea 2.). *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata, infundibuliformis: inferne curvato attenuata, quinque appendices acutae simplices; quinqueloba, terminataque cauda longissima duorum rostrorum; *antherae* sagittatae; *ovarium* duplex; *coronulae* faucis dentibus decem simplicibus; *folliculi* duo cylindrici, recti; *sporae* comatae. (Arbores aut frutices, elongatione trunci cylindrico saepe scandente; foliis oppositis, integris; floribus pedicello brevi saepe bifurco.)

492. PLUMIERIA, (PLUMIERE, frangipanier) PLUM. TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 173. Auctt. florae



peruv. (apocinea 1.). *Calyx* quinquepartitus, laciniis obtusis, minimus, deciduus; *corolla* infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis obtusis patentibus *Pl.* (rectis in *pubica*); tubo longo, subincurvo, vix dilatato; *antherae* conniventes; *stylus* fere nullus; *stigma* bifidum; *folliculi* duo ventricosi, longi, deorsum flexi; *sporae* oblongae, basi ala membranacea crenato dentata adauctae. — (Arbores aut frutices gratissimae, et formosissimae; folia alterna, integra, magna; flores corymbus terminalis, multi saepius abortivi.)

493. CAMERARIA, (CAMERIER) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 173. (apocinea 1.). — *Calyx* minimus, quinquefidus, acutus; *corolla* infundibuliformis, cylindracea, limbo plano quinquefido, laciniis quinque obliquis, tubo utrinque et ad basin et ad summum ventricoso; staminum *filamenta* ad basin appendiculata; *antherae* conniventes, filis longis duobus terminatae; *stylus* brevis; *stigma* capitatum, bifidum; *folliculi* duo, basi utrinque bi—trilobi; lobis obtusis, fere hastatis; lobi laterales, breves, medio longiore; horizontales, compressae; *sporae* compressae, imbricatae, membrana alari ad summum notatae. — (Arbores aut frutices ramis dichotomis; folia opposita; flores axillares aut terminales.)

494. TABERNAEMONTANA, (TABERNEMONTANE, Taberne) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 170. (apocinea 1.). — *Calyx* quinquefidus aut quinquepartitus, caducus; *corolla* longa, infundibuliformis, obliqua, limbo plano quinquelobo; tubus angulato striatus, basi subglobosus; *antherae* acuminatae, conniventes; *ovarium* basi munitum glandulis quinque bifidis; *stigma* capitatum; *folliculi* duo disjuncti, horizontales, acuminati, ventricosi, reflexi, uniloculares, univalves, interne pulposi; *sporae* rugosae, pulpa immersae. — (Arbores aut frutices; folia opposita, rarius alterna; pedunculi multiflori, axillares aut terminales.)

495. AM-

495. **AMSONIA**, (AMSONIE) MICHAUX. (apocinea). — *Corolla* infundibuliformis, fauce clausa; *folliculi* duo erecti; *sporae* teretes, nudae, oblique truncatae. (*Stigma* margo annularis: folia alterna.)
496. **URCEOLA**, (URCEOLE) VANDELI. ROXB. SPRENGEL. ap. SCHRAD. 1801. p. 236. (apocinea 3.). — *Calyx* hexaphyllus; *corolla* urceolata; tubo longo; limbo quatrilobo patente et laciniis extrorsum flexis; *stamina* exserta; *ovarium* liberum; *nectarolyma* cylindricum integrum, *ovarium* cingens; *folliculi* duo, uniloculares, bivalves. — (Nescio an URCEOLA VANDELLI, delineata in flora Brasiliensi tab. 1. f. 4. ab URCEOLA SPRENC. diversa sit.);
497. **CERBERA**, (CERBERE, Ahouai) LINN. LAM. tab. 170. AHOUI TOURN. (apocinea 3. s. con-torta). — *Calyx* patens, quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis; limbo magno, obliquo, quinquefido; tubo clavato, fauce quinquangula, et quinqueidentata; *antherae* conniventes; *stigma* bilobum; *drupa* magna, striata vel bipunctata ex altero latere, monospora; continens nucem osseam quatrivalvem, bilocularem, disporam. (Arbores foliis alternis; floribus saepe terminalibus, fere corymbosis.)
498. **IGNATIA**, (IGNATIE, vomique) JUSS. STRYCHNOS LINN. suppl. (apocinea 1.). — *Calyx* quinqueidentatus; *corolla* longissima, infundibuliformis; *drupa* unilocularis, polyspora; *sporae* irregulares, angulatae. (Distinctum esse genus a τὸ STRYCHNOS JUSSIEU auctor est. Cf. PERS. Enchir. p. 264.) — (Folia ovata, spithamea; flores in panicula axillari; fructus ovatus magnitudine pyri.)
499. **ANASSER**, (ANASSERE) LAM. JUSS. (apocinea 3.). — *Calyx* parvus, quinquefidus; *corolla* longa, urceolata, quinqueloba, intus villosa; *antherae* cum laciniis corollae alterna; *stigma* didymum; *capsula* oblonga, bilocularis, bivalvis, valvulis marginibus intrantibus, et loculamentum formantibus; *receptacula* duo

duo centralia, sporifera, approximata; *spora*e numerosae.

500. VINCA, (PERVENCHE) LINN. LAM. tab. 172. PERVINCA TOURN. (apocynae 1.). — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corolla* hypocrateriformis, tubo longo, limbo plano, quinquelobo, laciniis obtusis, obliquis; fauce pentagona; *antherae* membranaceae; *stigma* infra urceolatum concavum, interne plano tuberculari cinctum et orbiculari; *folliculi* duo cylindrici, acuminati, conniventes, teretes, recti; *spora*e oblongae, nudaе. — (Suffrutices "trunci elongationibus rectis aut decumbentibus, sarmentosis; foliis oppositis; floribus axillaribus.)

501. GELSEMIUM, (GELSEMIN) JUSS. MICHAX. BIGNONIA LINN. (apocynae). — *Calyx* parvus, quinque-dentatus, *corolla* infundibuliformis, laciniis quinque fere aequalibus, limbo patente; *capsula* ovalis, compresso-plana, sulcata ad medium, bipartibilis, bilocularis, bivalvis, polyspora; *spora*e planae, valvularum marginibus adnexae. JUSSIEU.

502. ENDRACHIUM, (ENDRACH) JUSS. LAM. illustr. tab. 103. THOUINIA SMITH. HUBERTIA COMMEBS. (convolvulea 1.). — *Calyx* coriaceus, quinquepartitus (pentaphyllus); *corolla* campanulata sive urceolata, ventricosa, extus pilis hirsuta, limbo quinque plicis fere integris anguloso, angulis argutis sive denticulatis; subquinqueloba; *stamina* inaequalia, exserta; *filamenta* approximata; *ovarium* cinctum ad basin glandula una; *stigma* bifidum; *capsula* stipitata, baccaeformis, lignosa, tri-rarius bi- aut quatrilocularis; loculis mono-disporis. — (Plantae herbaeae, rarissime suffruticescentes, lactescentes, ut plurimum volubiles; pedunculi axillares aut terminales, uni-multiflori, duabus bracteis muniti.

503. TECTONA, (TECTONE, Tec.) LINN. suppl. ROXB. WILLD. THEKA RHEED. JUSS. LAM. tab. 136. (verbenacae 1.). — *Calyx* campanulatus, quinque-

sexlobus; *corolla* tubulosa, tubo brevi; limbo patente, quinque — sexlobo, laciniis crenulatis; *stamina* quinque vel sex; *stigma* dentatum, bi — trifidum; *drupa* magna exsucca, spongiosa, calyce magnificato, et inflato vel vesiculoso reddito inclusa, continens *nucem* tri — quatrilocularem, tri — tetrasporam.

504. **ARDISIA**, (ARDISE) SWARZ. WILLD. ICA-COREA AUBL. LAM. tab. 136. fig. 1. TINUS BURM. ANGUILARIA GAERTN. (planta ordinis et sedis incertae.) *Calyx* monophyllus, quinquepartitus; *corolla* monopetala, hypocrateriformis, limbo quinquelobo laciniis aequalibus reflexis ovario approximatis; *stamina* quinque infra lobis corollae approximatis; *antherae* magnae, erectae; *ovarium* liberum; *stigma* simplex; *drupa* baccaeformis, carnosa, supera, globosa, tegens *nucem* monosporam; *spora* arillo pulposo striatoque tecta; *embryo* elongatus, cylindricus, in medio perisporio carnoso collocatus. — (Hoc genus nullam familiam cognitam attingens, novam constituit, *Sapotis* vicinarum, distinctam staminum puncto insertionis, sporaee numeri unitate, nec non dispositione et forma embryonis.) \*).

505. **ACHRAS**, (ACHRAS, Sapotillier) LINN. JUSS. LAM. tab. 255. RUIZ. PAV. SAPOTA PLUM. (Sapotea). — *Calyx* quinque — sexpartitus, laciniis ordine duplici dispositis, ovatis, concavis, incumbentibus; *corolla* campanulata, ovata, limbo quinque — sexfido, laciniis rotundatis; squamis totidem emarginatis, alternis ad faucem; POMUM mammosum, undodecimloculare; *sporaee* solitariae (duodecim) hilo umbilicati marginali munitae, apiceque unguiculatae; *stigma* obtusum, striatum; *stamina* quatuor — sex.

506. **SIDEROXYLON**, (SIDEROXYLON, Argan.) LINN. JUSS. ACHRAS LINN. LAM. tab. 120. (Sapotea).

---

\*) Huic generi valde affinis **EMBELIA** BURM. JUSS. cui: *Calyx* minimus quinquepartitus; *corolla* pentapetala. — Arbor zeylanicae **BADULA** JUSS.



potea). — *Calyx* pentaphyllus vel quinquepartitus; *corolla* rotata, quinquefida, subrotunda; lacinia quaeque ad basin appendiculata duabus parvis, alternis squamis, serratis; *stamina* quinque, (interdum decem, ubi appendices sunt antheriferae); *ovarium* cinctum quinque nectarolytibus foliaceis; *drupa* ovata.

507. ROEMERIA, (ROEMERIE) THUNB. nov. gen. pars IX. et ap. ROEMER II, 1. — *Calyx* perianthium pentaphyllum, obsolete pentagonum, foliola ovata acuta, concava, extus hirsuta, persistentia; *corolla* pentapetala; petalis ovatis, obtusis, concavis, erectis; *stamina* filamentis quinque brevibus: antheris ovatis; *pistillum*: ovarium superum, ovatum; vertice depresso; *stylus* crassus, erectus, longitudine staminum; *stigmata* tria subrotunda. *Pericarpium*: *nux* majuscula, rotundata, basi dilatata, unilocularis, rugoso striata, in embryone trispora; *spora* una ad maturitatem perveniens oblonga, latere pedicello adfixa, rubra, (differt a *Sideroxylo* calyce pentaphyllo; *corolla* pentapetala; stigmatibus tribus.)

508. OLINIA, (OLINIE) THUNB. nov. gen. apud ROEMER II, 1. *Char. generis*: *corolla* pentapetala; *nectarolytatis* squamae quinque; *stigma* pentagonum; *fructus* locularis, polyspora. — *Calyx* perianthium monophyllum, tubuloso campanulatum, glabrum, lineam longum, quinquedentatum, dentes rotundati, erecti, brevissimi; *corolla* pentapetala, petala margini calycis inter dentes interne inserta, lineari lanceolata, obtusa, alba, intus supra basin subvillosa, erecto patentia, persistentia, lineam dimideam longa; *nectarolytatis* squamae quinque, raro sex, basi petalorum insertae, antheris superimpositae, subtus concavae, supra convexiusculae, pallide flavescentes. *Stamina*: filamenta quinque, raro sex, brevissima, fere nulla, calyci sub nectarolytibus inserta; antherae parvae, globosae, didymae, inflexae, flavae; *pistillum*: ovarium superum, concavum, glabrum; *stylus* brevissimus; *stigma* incrassatum, obtusum, subbifidum, pentagonum; *pericarpium*: fructus in fundo calycis eoque persistente  
coro-

coronatus, oblongus, obsolete pentagonus, pentasporus, quinquelocularis? — (Obs.: corolla cum calyce videtur formare corollam monopetalam, quinquepartitam: odor florum gratus. — *Sideroxylon cymosum* LINN. hujus generis est.)

509. *BUMELIA*, (*BUMELIE*) SWARZ. (sapotea).

*Calyx* minimus, quinquepartitus; *corolla* quinquefida; *nectarolyma* quinque appendices internae pentaphyllum; *stylus* unus; *stigma* simplex aut nullum; *drupa* (bacca) ovalis aut globosa, unilocularis, monospora. — (*MASTICHODENDRON* JACQ. *CORNUS* CATESB.) — (Arbores aut frutices foliis alternis; flores verticillati et fere sessiles.)

510. *MANGLILLA*, (*MANGLILLE*) JUSS. mss.

*CHRYSOPHYLLUM* LAM. *SIDEROXYLON* JACQ. *BUMELIA* WILLD. — *Calyx* minimus, quinquepartitus, laciniis profundis; *corolla* rotata, quinquepartita; *nectarolyomatis* squamulae nullae; staminum *antherae* sessiles; *stylus* nullus; *stigma* incrassatum, sessile; *drupa* globosa, unilocularis, monospora; JUSS. gen. pl.; an *ROEMERIA* THUNB. idem genus? *CABALLERIA* PAV. et RUIZ.; Certe *Guettardae* congener. SCHRAD.

511. *GYNOPOGON*, (*GYNOPOGON*) FORST.

JUSS. LAM. tab. 118. (apocynae 3.). — *Calyx* minimus, quinquefidus, persistens; *corolla* tubulosa, interne pilosa, attenuata versus faucem, parum inferius dilatata, limbo obliquo, quinquepartito; *antherae* sagittatae, fere sessiles; *stigma* didymum s. bilabiatum, apice villosum; *drupa* (bacca) pedicellata, pisiformis, coriacea, continens nucem semi-bilocularem, cartilagineam, disporam.

512. *GUETTARDA*, (*GUETTARDE*) LINN.

JUSS. LAM. tab. 154. *LAUGERIA* SWARZ. RUIZ. (rubiacea 8.). — *Calyx* oblongus, fere integer, inaequalis, obsolete dentatus aut crenatus; *corolla* tubulosa, tubo longo, fere infundibuliformis, limbo patente quinque-novemfido, laciniis obtusis; staminum *antherae* oblongae sessiles, non exsertae; *stigma* capitato clavatum; *drupa*

*drupa* exaucca, rotundata, apice retusa, umbilicata, continens nucem sulcatam, sinuosam, quinquepassim bi—sexlocularem. (*Stamina* quatuor, quinque, sex, septem, et novem.) — Arbores; pedunculi longi axillares, solitarii, multiflori ad summum; flores dispositi in cymam bifidam, bracteata, quibusdam sterilibus.)

513. LAUGERIA, (LAUGERE) JACQ. LINN. SWARZ. JUSS. (rubiacea 8.). *Calyx* minimus, limbo fere integro; *corolla* tubulosa, limbo plano, quinquelobo, tubo oblongo, tenui; *antherae* quinque fere sessiles, non exsertae; *stigma* capitatum; *drupa* pisiformis, non coronata, subrotunda, dispersa, continens nucem quinquelocularem quinesulcatam, pentasporam. (Frutices non spinosae mites; flores dispositi in racemos axillares.)

514. SCHRADERA, (SCHRADERE) VAHL. eclog. I. 35. URCEOLARIA GMEL. FUCHSIA SWARZ. *Involucrum universale* multiflorum; *calyx* margo superus, integerrimus, urceolatus; *corolla* quinque — sexfida, campanulata, fauce hirsuta; *stigmata* duo; *bacca* unilocularis, polyspora.

515. VARRONIA, (VARRONE, Majoli) LINN. LAM. tab. 95. TOURNEFORTIA LINN. (borraginea I.). *Calyx* quinqueidentatus, tubuloso campanulatus; *corolla* tubulosa, calyce paulo longior, limbo quinquepartito, ore patente crenato plicato; *antherae* cernuae; *stylus* dichotomus; *stigmata* quatuor; *drupa* ovata, continens nucem unilocularem (quadrilocularem LINN.); tetrasporam, calyci inclusa; RUIZ. — (Frutices foliis saepe asperis, interdum fere oppositis, petiolis interdum persistentibus; pedunculis axillaribus aut terminalibus, floribus in glomerulis aut spicis.)

516. ALDEA, (ALDEA) RUIZ-PAV. HELIOTROPIMUM LINN. (borraginea? sede incerta JAUME.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* campanulata, lacinae aequales calycinis; *stamina* quinque longe exserta, basi corollae

rollae affixa; *filamenta* villosa; *antherae* oblongae; *ovarium* liberum; *stylus* furcatus; *stigmata* duo; *capsula* unilocularis, bivalvis, calyce quinquefido obtecta, dispersa; *sporangium* una maturescens, altera abortiens.

517. PHACELIA, (PHACELIE) JUSS. MICHAUX.  
fl. am. bor. tab. 16. (borraginea 2.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* fere campanulata, quinquefida, basi interna striata, striis margine membranaceis, basin filamentorum cingentibus; *stamina* corolla multo longiora; *stylus* brevis; *stigmata* duo, longa; *capsula* bilocularis, loculis tetrasporis, bivalvis, valvula quaque divisa receptaculo sporifero. — (Planta herbacea pubescens; folia alterna, pinnata; flores unilaterales, spicati.)

518. CORDIA, (CORDIE, Sebestier) PLUM. LINN.  
JUSS. WILLD. LAM. tab. 96. (borraginea 1.) POTAGONULA LINN. DILL. hort. elth. — *Calyx* tubulosus, apice quinqueidentatus, persistens et fructifer maximus; *corolla* infundibuliformis, rotata, tubo aequali aut longiori, limbo quinquepartito (raro quatuor ad octo laciniis habet); *antherae* oblongae; *stylus* apice dichotomus, vel duplicato bifidus; *stigmata* quatuor; *drupa* continet nucem quadrilocularem, tetrasporam, duobus loculis aut tribus abortientibus; *sporangia* . . . ? (Arbores aut frutices; folia aspera tactu; flores in panicula aut corymbo terminali vel axillari.)

519. EHRETIA, (EHRETEE, Cabrillet) LINN.  
JUSS. LAM. tab. 96. BEURRERIA JACQ. (borraginea 1.)  
*Calyx* quinquefidus; *corolla* tubulosa limbo quinquelobo; *stamina* quinque corollae tubi ad medium inserta, exserta; *stigma* bilobum, emarginatum; *bacca* (drupa) dissiliens in duas haemisphaerias; quaque haemisphaeria biloculari, dispersa; *nuculae* solitariae; (sporangia duae?). (Arbores aut frutices: folia glabra aut tactu aspera; flores in panicula terminali et axillari.)

520. HIPPOCISTIS, (Hippote) RUIZ. et PAV. —  
*Corolla* infundibuliformis; *stigma* bifidum; *nectarolychnium*  
OVA-



ovarium ambiens; capsula baccata, bilocularis, calyce magno auriculaeformi coronata.

521. AMBELANIA, (AMBELANIER) AUBLET; JUSS. LAM. tab. 169. WILLUGHBEIA SCHREB. (apocinea 3.) — *Calyx* brevis, quinquepartitus; *corolla* tubulosa, hypocrateriformis, cylindrica, fauce attenuata, limbi laciniis quinque obliquis, undulatis; *stamina* brevia; *antherae* triangulares; *stigma* ovale, bicuspidatum, in disco rotundato positum; *capsula* magna, ovalis, carnosa, bilocularis, polyspora; *sporae* affixae receptaculo gracili, compressae, exasperatae.

522. OPHIOXYLON, (OPHIORYLON, Ophiose). LINN. JUSS. LAM. tab. 842. OCHROSIA JUSS. (apocinea 3.). *Flores hermaphroditi*: *calyx* minimus quinquedentatus; *corolla* limbo quinquepartita, tubulosa, tubo filiformi, medio incrassato; *stamina* quinque brevia; *stylus* unus; *bacca* didyma, bilocularis, dispora. *Flores masculi*: *calyx* ut in hermaphroditis, (bifidus LINN.); *corolla* infundibuliformis, quinquefida; fauce appendice interno cylindrico cincta; *stamina* duo; *flores masculi hermaphroditis mixti* \*).

523. CARISSA, (CARISSE, Calac) LINN. JUSS. LAM. tab. 118. ARDUINA LINN. ANTURA FORSK. (apocinea 3.) — *Calyx* quinquefidus aut quinquepartitus, brevis; *corolla* calyce multo longior, tubulosa, juxta faucem leviter inflata, limbo quinquefido; *stamina* inclusa; *ovarium* simplex; *stigma* simplex aut fere bifidum; *bacca* parva, sphaerica, bilocularis, loculis mono — di — aut polysporis; *sporis* compressis, receptaculo affixis. — (Frutices ramis dichotomis; spinnae oppositae, interdum floriferae; folia opposita, integra;

---

\* ) OCHROSIA, (OCHROSIE) JUSS. (apocinea 1.) *Calyx* minimus, quinquedentatus; *corolla* tubulosa, infundibuliformis, limbo quinquepartito, patente; *stylus* unus; *stigma* incrassatum; *folliculi* disjuncti, ovales, drupaeformes, continentes nucleum bilocularem; *sporae* duae vel tres in quoque loculo, inaequales, planae, margine membranaceae.

tegra; pedunculi uni—bi—multiflori, flores axillares aut terminales.)

524. **VOGELIA**, (VOGELEE) LAM. tab. 149. — *Calyx* pentaphyllus; foliis complicatis, magnis, transversim undulato sulcatis; *corolla* tubulosa, plicata; *stigma* quinquefidum. — (Spica scrobiculiformis, bracteeae plicatae, folia obcordata cum mucrone.)
525. **JACQUINIA**, (JACQUINIER) LINN. JUSS. LAM. tab. 121. MEDEOLA LINN. DILL. (sapotea). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata, ventricosa, limbo decemfido, laciniis quinque alternantibus brevioribus et introrsum positis; *stamina* receptaculo inserta; *drupa* baccaeformis, monospora; *spora* rotundata, cartilaginea. — (Arbores aut frutices, foliis verticillatis aut fere oppositis.)
526. **SICKINGIA**, (SICKINGIE) WILLD. NOV. gen. — *Calyx* quinquedentatus; *corolla* campanulata; *capsula* lignosa, bilocularis, bivalvis; *spora*e alatae.
527. **MYRSINE**, (MYRSINÉ) LINN. JUSS. LAM. tab. 122. (sapotis affinis). — *Calyx* quinquepartitus, parvus, persistens; *corolla* semi vel quinquefida, connivens; *stamina* brevia, epipetala, corollae laciniis opposita; *ovarium* globosum, corollam interne replens; *stigma* magnum, striatum, lanigerum, exsertum; *drupa* monospora, nuce quinqueloculari; (bacca immatura pentaspora, matura monospora; GAERTNER.)
528. **BLADHIA**, (BLADHIE) THUNB. LAM. tab. 133. (ex ordine plantt. sedis incertae). — *Calyx* brevis, quinquepartitus; *corolla* rotata, quinquefida; *drupa* baccaeformis, monospora; *spora* arillata.
529. **PAEDERIA**, (PÉDERE, Danaïde) LINN. JUSS. LAM. tab. 166. fig. 1. DANAIS PERS. (rubiacea 7.) — *Calyx* parvus, quinquedentatus; *corolla* infundibuliformis, quinqueloba, interne fauce villosa vel hirsuta; *antherae* oblongae, fere sessiles, inclusae; *stylus* apice bipar-

bipartitus; *bacca* umbilicata, coronata, nitida, ovalis, fragilis, apice bivalvis, dispora.

530. DANAIIS, (DANAÏDE) COMMERS. (rubiacea 4.). — *Calyx* quinque-dentatus, brevissimus; *corolla* monopetala, infundibuliformis; tubo longo, limbo quinquelobo, lobis oblongis, erectis; *filamenta* corolla multo longius exserta; *stylus* simpliciter bifidus, corollae tubum longitudine exaequans; *capsula* bilocularis, polyspora, ad medium dehiscens in duas partes; *sporae* margine membranaceae \*).

531. DISODEA, (DISODEE) (LYGODISODEA) RUIZ. PAV. — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis; *capsula* compressa, unilocularis, basi bivalvis, dispora; *receptaculum* filiforme; *sporae* orbiculatae, membrana cinctae.

532. RAUWOLFIA, (RAUWOLFE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 172. (apocinea 3.) — *Calyx* minimus, quinque-dentatus, persistens; *corolla* tubulosa, infundibuliformis, limbo quinquepartito; basi glandulosa; *stamina* brevissima; *stylus* brevis; *stigma* capitatum; *drupa* baccata, subgloboso rotundata, succulenta, ex uno latere striata; nuce biloculari, dispora; *sporae* solitariae. — (Frutices erectae, foliis verticillatis quatuor; flores saepe terminales, corymbosi.)

533. VALLESIA, (VALLESIE) RUIZ. PAV. (apocinea). RAUWOLFIA CAV. WILLD. — *Calyx* minimus; *corolla* hypocrateriformis, utrinque globosa, faux inflata; *stamina* faucibus inserta; *drupae* duae, divergentes; *nux* striato reticulata, unilocularis.

534. CESTRUM, (CESTRE, Cestreau) LINN. JUSS. LAM. tab. 112. JASMINOIDES TOURN. (solanea 2.)  
*Calyx*

---

\*) Hoc genus, ab auctoribus quibusdam cum PAEDERIA conjunctum, plurimis characteribus differt; secundum cl. VENTEATI observationes se junctum proposuit JAUME ST. HILAIRE si vel ipse ordo rubiacarum, quo locum tenet, non juberet.

*Calyx* brevis, urceolatus, quinquedentatū; *corolla* calyce multo longior, tubulosa, tubo tenui, vix dilatato; infundibuliformis, limbo plicato, quinquefido, laciniis acutis marginatis; *stamina* glabra; *filamenta* inserta medio tubi saepe aut dente brevi in medio munita, aut nuda edentula; non exserta; *antherae* tetragonae; *stigma* obtusum, interdum bilobum; *bacca* ovalis, bilocularis, (unilocularis GAERTN.) polyspora; *sporae* angulato rotundatae. — (Frutices; folia interdum persistentia; pedunculi axillares, multiflori.)

538. FAGRAEA, (FAGRÉ) THUNE. JUSS. LAM. tab. 167. (apocineis affinis). — *Calyx* campanulatus, quinquepartitus, laciniis margine membranaceis; *corolla* infundibuliformis, limbo quinquepartito, retorto, tubo longissimo, apice dilato; *stamina* quinque tubo inserta; *ovarium* liberum; *stigma* peltatum; *bacca* ovalis, contorta carnosae, bilocularis, epidermite tecta, polyspora; *sporae* globosae rotundatae.

539. TOURNEFORTIA, (TOURNEFORTE, Pittone). LINN. JUSS. LAM. tab. 95. PITTONIA PLUM. 227. fig. 2. (borraginea I.). — *Calyx* brevis, quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, limbo patente, quinquefido, tubo basi globoso; *stamina* versus summum tubi inclusa; *antherae* non exsertae; *stigma* integrum; *bacca* minima, apice duobus poris perforata, supera, continens *nucis* duas vel quatuor biloculares disporas. — (Frutices; folia saepe tactu aspera; flores in cyma vel spica laterali.)

540. STRYCHNOS, (STRYCHNOS, Vomique) LINN. LAM. tab. 119. IGNATIA LINN. suppl. WILLD. TENTANCOTTA RETZ. ROXB. \*) (apocyneis valde affinis). *Calyx* quinquepartitus aut quinquefidus, caducus; *corolla* tubulosa, limbo quinquefido aut quinquepartito, patente; *stigma* incrassatum; *bacca* globosa, magna,

---

\*) Quae sub hoc genere a ROXBURGIO descripta est species, fere verum novum genus constituit,



magna, cortice saepissime fere lignosa, fragilis, unilocularis, interne pulposa, polyspora (rarius mono-trispora); *sporae* insertae receptaculo centrali; *embryo* planus, tenuis et ad summum perisporii magni et cornei positus. — (Arbores aut frutices non lactescentes; rami cylindrici; folia opposita, integra; flores in corymbo axillari aut terminali.)

541. CAPSICUM, (CAPSIQUE, Piment) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 116. (solanea 2.). *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, limbo magno patente, plicato, quinquefido, tubo brevi; *antherae* oblongae conniventes, longitudinaliter dehiscentes; *stigma* obtusum; *bacca* exsucca, interdum basi trilocularis, corticata, polyspora. — (Trunci elongatio herbacea aut suffrutescens; folia geminata; flores extraaxillares, solitarii; *sporae* paucae.)

542. SOLANUM, (SOLANUM, Morelle) LINN. LAM. tab. 115. (solanea 2.). *Calyx* quinquefidus, persistens; *corolla* totata aut campanulata, limbo magno, patente, plicato, quinquefido vel lobato, tubo brevi; *antherae* subcoalitae, conniventes, oblongae, apice poro gemino dehiscentes, (passim liberae, imprimis in corolla basi hyalina); *stigma* obtusum; *bacca* saepissime rotundata, succulenta, apice punctata, bilocularis cum placenta adnata dissepimento aut multilocularis; loculi semidivisi in LYCOPERSICON, polyspora. — (Elongatio trunci herbacea aut frutescens, inermis, rarius spinosa, munita aculeis, interdum scandens; folia simplicia, saepissime geminata, interdum pinnata cum impari; pedunculi axillares, numerosi, unimultiflori, extraaxillares, sejuncti aut terminales.)

543. ULLOA, (ULLOE) — JOUANULLOA RUIZ. PAV. — *Calyx* ovatus, inflatus, quinquepartitus; *corolla* tubulosa, fauce globosa; *stigma* oblongum; *bacca* bilocularis, calyce magno obvoluta; *sporae* reniformes.

544. JABOROSA, (JABOROSE) JUSS. LAM. tab. 114. (solanea 2.). — *Calyx* brevis, quinquefidus;

*corolla* multo calyce longior tubulosa, limbo quinquefida; *filamenta* plana, ad summum tubi inserta; *stigma* capitatum; *fructus* bacca? . . .

545. ATROPA, (ATROPE, BELLADONE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 114. BELLADONA TOURN. (solanea 2.). — *Calyx* quinquefidus, vesiculosus; *corolla* campanulata, duplo calyce longior, quinquefida; *staminum* filamenta filiformia, distantia; *antherae* breves; *bacca* fere globosa, calyce persistente vestita, bilocularis, polyspora; placentae adhaerens dissepimento mediante lamina membranacea. — (Frutices aut herbae caulescentes; folia saepe geminata; flores extra-axillares, fere solitarii aut dispositi in parvos glomerulos.)

546. NICANDRA, (NICANDRE) ADANS. JUSS. GAERTN. ATROPA LINN. CALYDERMOS flor. peruv. (solanea 2.). — *Calyx* pentagonus, angulis compressis, quinquepartitus, laciniis sagittatis, maturitate conniventibus fructum tegentibus; *corolla* magna, campanulata, quinquefida, lobis parum distinctis; *filamenta* filiformia, incurva, basi dilatata, superiora versus conniventia, ovarium tegunt; *antherae* ovaes; *bacca* sphaerica, carnosa (exsucca RUIZ.), tri — quinelocularis per placentae suturas, tota per calycem magnum angulis compressis membranaceum tecta, polyspora. (Calyx eregus RUIZ.)

547. SARACHA, (SARACHE) autt. flor. peruv. (solanea). — *Bacca* unilocularis per abortum, fere ad medium calyci involuta; *calyx* quinquangulatus; *corolla* rotato campanulata; *sporae* in cellulis nidulantes; *receptaculum* carnosum \*).

548. MAN-

---

\*) Differt hoc certe proprium genus a *Physsalide* et *Nicandra*: *corolla* rotata, *staminibus* erectis, *bacca* uniloculari, calyce vix semicineta; ab *Atropa* LINN. calyce distinctum quinquefido, *corolla* rotato campanulata, laciniis aequalibus reflexis; *staminibus* erectis, inferne dilatatis, basi corollae insertis; *stylo* erecto, *stigmatibus*

548. MANDRAGORA, (MANDRAGORE) TOURN. JUSS. GAERTN. ATROPA LINN. LAM. (solanea 2.). — *Calyx* turbinatus, quinquefidus; *corolla* campanulata, fere calyce duplo longior, quinquefida; *filamenta* staminum basi dilatata et conniventia, apice filiformia et incurva, emarginata; *ovarium* ad basin duabus glandulis munitum; *stigma* capitatum, striatum; *bacca* globosa, solida, receptaculis introrsum dehiscentibus polyspora. — (Herbae radicularis maximae; folia radicalia; elongationes nudae aphyllae multae, uniflorae, internascentes foliis.)
549. LINKIA, (LINKIE) PERS. ench. p. 219. DESFONTAINIA auctt. flor. peruv. (solanea). — *Calyx* quinquepartitus, laciniis lineari lanceolatis, erectis; *corolla* campanulata, tubo pentagono; *antherae* sagittatae \*).
550. PHYSALIS, (PHYSALIS, Coqueret) LINN. JUSS. LAM. tab 116. ALKEKENGI TOURN. (solanea 2.) — *Calyx* quinquefidus, inflatus, maturitate vesiculosus fructum includens; *corolla* magna campanulato-rotata, quinquefida; *staminum* antherae oblongae, conniventes; *stigma* obtusum; *bacca* inter calycem inflatum globosa, bilocularis, polyspora; *sporae* reniformes. — (Elongatio trunci herbacea aut frutescens; folia quarundam specierum geminata; flores extraaxillares, solitarii, aut plurimi coaliti.)

551. E.L.

---

truncato; *bacca* uniloculari, *sporiv* compressis nidulantibus in totidem cellulis. (*Scopolia carniolica* huic generi valde adfinis.) — Praeterea CAVANILLES hoc genus ad ATROPAS refert et cum eo PERSOON ench. p. 219. RUIZ sane non temerarius contrarium probare videtur.

\*) Aliud genus sub nomine LINKIA edidit CAVANILLES icon. tab. 139. e nova Hollandia. — *Calyce* quadrifido, ad basin tubiformi; *stamina* quatuor, filamenta nulla; *antherae* rectae, ad medium laciniarium positae; *ovarium* stylo recurvo, filiformi superatum; *legumen* ovale, polysporum.

551. ELLYSIA, (ELLISE) LINN. JUSS. LAM. tab. 197. (borraginea 2.). — *Calyx* profunde quinquefidus, patens; *corolla* calyce multo minor, infundibuliformis, angustata, recta, quinquefida; *stamina* non exserta; *antherae* rotundatae; *stigma* bifidum; *capsula* baccaeformis, sicca, coriacea, bilocularis, bivalvis, valvulis calyce in forma stellae adhaerentibus, loculis disporis; *spora* altera super alteram. — (Herba humifusa; folia pinnatifida; pedunculi uniflori.)
552. SESSEA, (SESSEE) auctores fl. Peruv. — *Corolla* infundibuliformis; *stigma* bilobum, lobo altero breviori; *capsula* teres, curvata, unilocularis, bivalvis, valvulis bifidis.
553. LYCIUM, (LICIET, Jasminoïdes) LINN. JUSS. LAM. tab. 112. JASMINOIDES TOURN. (solanea 2.). — *Calyx* brevis, urceolatus, tri- aut quinquefidus, aut quinqueidentatus; *corolla* calyce multo longior tubulosa, tubo cylindrico, limbo plano, quatriquinquefido, aut quinquelobo, fauce clausa; *staminum* filamenta inflata, basi barbata, medio corollae inserta, interdum exserta; *stigma* bifidum, aut striatum; *bacca* rotundata, bilocularis, polyspera. — (Frutices fere semper spinosae; ramis terminatis in mucrones; folia interdum fasciculata; flores axillares, solitarii aut geminati.)
554. POGONIA, (POGONIE) ANDREW. (campanulata). — *Calyx* pentaphyllus, persistens; *corolla* infundibuliformis, ore villis clauso, limbo quinquefido; *stylus* sursum subcurvatus; *stigma* concavum; *drupa* compressa, quadrilocularis.
555. MOUTABIA, (MOUTABIE) AUBL. JUSS. CRYPTOSTOMUM SCHREB. WILLD. (ex ord. plant. incertae sedis). — *Calyx* tubulosus, quinquefidus; *corolla* monopetala, infundibuliformis, laciniis quinque inaequalibus, ad summum calyci inserta; *nectarolytna* (quasi antherae uno filamento lato, ad apicem curvo, unitae) monophyllum, quinqueidentatum, anthera sub



singulo dente faucem corollae claudens; ovarium liberum; stigma capitatum; bacca pruniformis, exsucca, trilocularis, loculis monosporis; sporae arillatae, basi umbilico munitae, nidulantes in pulpa; — (umbilico hoc genus proximum familiae sapotearum.)

556. ROPOUREA, (ROPOURIER) AUEL. LAM. tab. 121. CAMAX SCHREB. (ex ordine plantt. incertae sedis). — *Calyx* quinquepartitus vel quinquefidus; *Corolla* hypogyna, monopétala, rotata, limbo quinquelobo, tubo brevissimo; *stamina* quinque inserta super corollam, alternantia cum limbi lobis; *ovarium* liberum; *stigma* tri—quatrifidum; *bacca* magna, ovalis, villosa, quadrilocularis, loculis introrsum pulposis et polysporis.

557. TRIGUËRA, (TRIGUËRE) CAV. WILLD. JUSS. LAM. tab. 114. (solanea 2.). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* campanulata, irregularis, ad faucem dilatata, ad limbum inaequalem leviter quinquefido, plicata; *nectarolyta* breve, ovarium cingens, quinquedentatum, membranaceum; *filamenta* scilicet brevissima, dilatata, ad basin coalita videntur et vel inserta nectarolymati; *antherae* oblongae, sub ovario in conum coalitae; *stigma* capitatum; *drupa* parva, globoso, quadrilocularis; *loculis* disporis, ad medium calyce tecta. — (Elongatio trunci herbacea; pedunculi extraaxillares, biflori.)

558. SOLANDRA, (SOLANDRE) SWARZ. WILLD. LAM. tab. 114. (solanea). — *Calyx* quinquefidus, simplex, longus, fructu maturo rumpens in duo tria segmenta; *corolla* clavato—infundibuliformis, maxima, laciniis quinque undulatis; *bacca* ovalis, acuminata, quadrilocularis, polyspora.

559. MENAIS, (MENAIS) LINN. JUSS. (borraginea 1.). — *Calyx* triphyllus vel tripartitus, persistens; *corolla* hypocrateriformis, limbo plano, quinquepartito, tubo longo; *antherae* subulatae, fere sessiles juxta corollae faucem; *stigmata* duo oblonga in stylo uno;

uno; *bacca* globosa, quatrilocularis, tetraspora; *sporae* solitariae.

560. LEEA, (LÉE) ROYEN. LINN. JUSS. STAPHYLEA BURM. AQUILICIA CAVAN. (sapotearum familiae vicina). — *Calyx* campanulatus, quinquefidus; *corolla* monopetala, tubo brevi, limbo quinquefido, laciniis inaequalibus; *nectarolyma* monophyllum, tubulosum, certe tubo corollae inpositum, quinquelobum, apice bifidum, erectum; (squamae?): *flores masculi*: stamina quinque basi corollae inserta, et inter squamas nectarolyomatis internas alternantes posita; *stylus* unus; *stigma* unum; *ovarium* abortiens; *flores feminei*: squamae ut in floribus masculis; internae minores; staminum rudimenta; *ovarium* liberum, stylus unus et stigma unum; *bacca* infera, globosa, pentaspora. (Nam est *Monoica* secundum JUSSIEU.)

561. AQUILICIA, (AQUILICIE) LINN. JUSS. CAV. diss. 7. p. 372. tab. 218. (meliacea 2.). — *Calyx* turbinatus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque ovalia; *staminum* quinque *filamenta* coalita in tubum urceolatum quinquelobum; *antherae* interne et inter singulum lobum affixae; *stigma* obtusum; *capsula* carnosae, sphaeroïdea, quinqsulca, quinquelocularis, loculis monosporis. — (Frutex habitu sambuci; folia bipinnata; flores in corymbis.) \*).

562. CHRYSOPHYLLUM, (CHRYSOPHYLLE, Caimitier) LINN. JUSS. LAM. tab. 120. CAÏNITO PLUM. (sapotea). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* campanulata, quinquepartita vel quinqueloba, laciniis vel lobis alternis, patulis; *stigma* fere quinquefidum; *bacca* magna, globosa, decemlocularis, decaspora, (etiam mono—dispora); *sporae* compressae, umbilico notatae.

563. BAS-

---

\*) PERS. encl. I. p. 233. congenerem Aquiliciam cum *roy* Leea habet, secundum JUSS. gen. p. 176.

563. **RASSOVIA**, (BASSOVE) AUBLET. Guy. t. 85. JUSS. LAM. tab. 102. (planta sedis incertae). *Calyx* quinquepartitus vel fissus: *corolla* monopetala, rotata, hypogyna, limbo quinquepartito, laciniis punctatis; *stamina* quinque brevia, basi laciniarum corollae inserta; *ovarium* liberum, in disco positum; *stylus* brevis; *stigma* obtusum; *bacca* ovalis, nodulosa, superficie inaequali, polyspora; *sporae* reniformes, membrana emarginatae, nidulantes in pulpa.
564. **ARIONA**, (ARIONE) CAVAN. ic. t. 383. (daphnacea). *Calyx* inferus infundibuliformis, basi munitus duabus bracteis; *corolla* infundibuliformis, tubo longo cylindrico, limbo quinquefido; *antherae* inclusae; *ovarium* squamis munitum; *stigmata* bilamellata; *bacca* globosa, bilocularis. \*)
565. **DIGERA**, (DIGERE) FORSK. JUSS. (amaranthacea I.). — *Calyx* quinquefidus, externe bibracteatus; lacinae tres interiores in cylindrum conniventes; *filamenta* staminum quinque distincta; *stylus* simplex; *stigmata* duo; *capsula* monospora. — (Elongatio trunci pendula, striata; folia alterna, glabra; pedunculi axillares, recti.)
566. **PACURIA**, (PACOURIER) AUBL. Guy. t. 105. JUSS. WILLUGHBEIA SCHREB. (apocinea 3.) — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corollae* tubus brevis, limbus undulatus, quinquepartitus, oblique versus; *stamina* quinque brevia; *antherae* cuspidatae; *stylus* simplex; *stigma* ovale super discum rotundatum, coloratum, duobus mucronibus terminatum; *bacca* pyriformis, magna, intus pulposa, polyspora; *sporae* angulosae, magnae, durae, in pulpa nidulantes. — (Frutex lactescens, rami nodosi, scandentes; folia opposita ad ramorum internodios, integerrima; flores in racemis axillaribus.) Locum post Ambelianam tenet.

567. R A.

---

\*) Habitu vix a QUINCHAMALIO diversa; sed partibus fructificationis quibusdam sane distincta est ARIONA.

567. **RAPANEA**, (RAPANEE) AUBLET. Guy. tab. 46. JUSS. (berberideis affinis). — *Calyx* parvus, quinque vel sexfidus; *corolla* hypogyna, quinque-sexpartita; *stamina* quinque aut sex, basi laciniarum calycis opposita; *stylus* brevissimus; *stigma* simplex; *bacca* pisiformis, penta—hexaspora, spora unica saepe perfecta. — (Frutex ramosa; folia alterna coriacea; flores subsessiles super ramos.)
568. **AIDIA**, (AIDIE) LOUREIR. JUSS. mss. (caprifoliacea 2.) — *Calyx* tubulosus, quinquedentatus; *corolla* hypocateriformis, tubulosa, terminata limbo plano, fauce tubi lanata; *antherae* quinque sessiles, lineares, corollae incisuris insertae; *bacca* monospora, parva, ovalis, umbilicata.
569. **HELIXANTHERA**, (HELIXANTHERE) LOUREIR. conch. I. 176. JUSS. mss. (caprifoliacea 2.). — *Calyx* truncatus, basi bractea una carnosissima; *corolla* tubulosa, margine inversa profunde quinquefida, interne ornata appendiculo urceolato quinquangulo, quinquefido, et cingente stylum; *stamina* quinque inserta fauci corollae; *antherae* spiraliter tortae; *stylus* unus; *stigma* simplex; *bacca* oblonga; *spora* una. (Frutex parasitica; folia lanceolata, integerrima; flores in spicis axillaribus.)
570. **BAEOBOTRYS**, (BÉOBOTRYS) TORST. VAHL. MAESA FORSK. JUSS. JAUME. pag. 362. (erica 2.) — *Calyx* semiadhaerens duplex, superus: exterior diphyllus vel squamaeformis, squamis duabus basin cingentibus, persistentibus; interior campanulatus, quinquedentatus \*); *corolla* tubuloso campanulata, quinquefida; *stamina* quinque brevia; *antherae* ovoides; *ovarium* semiadhaerens; *bacca* globosa, unilocularis, cincta ad medium calyce cujus lacinae conniventes supra versus tegendo coronant; loculo polysporo; *spora*e insertae receptaculo centrali.

\* 571. ROH-

\*) *Calyx* squamula duplici infra persistente cinctus JUSSIEU.



\* 571. ROHRRIA, (ROHRRIE) SCHREB. TABURA AUBLET. JUSS. (plant. incertae sedis). — *Calyx* sexpartitus, munitus bracteis tribus; *corolla* hypogyna, monopetala, bilabiata, labio superiori concavo, recto, longo; inferiore breviori, latiori et bilobo; *stamina* quinque epipetala, quorum quatuor didyma, inserta super labium superius, quintum longissimum et ad basin labii inferioris; *ovarium* liberum, trigonum; *stylus* longus; *stigma* trilobum; *fructus* . . . ? (\*). Genus *Bignonearum* familiae affinis.

572. PYRGUS, (PYRGE) LOUR. JAUME. II. 352. (sedis incertae). *Calyx* quinquedentatus, dentibus brevibus; *corolla* rotata, quinqueloba; *stamina* brevia, super corollam affixa, super medium approximata; *antherae* magnae, in conum una versus alteram inclinatae; *ovarium* liberum; *stylus* brevis; *bacca* globosa, calyce tecta; *spora* una parva, non arillata. — (Frutex foliis alternis; floribus racemosis.) Genus ante *Pongatium* inserendum.

573. CAMPYLUS, (CAMPYLE) LOUR. JAUME. II. p. 352. (sedis incertae). — *Calyx* tubulosus, quinquefidus, laciniis inaequalibus, tuberculosis; *corolla* tubulosa, bilabiata, labio superiori recto, arguto, acuminato; inferiori ovali; *stamina* quinque inaequalia, fundo tubi inserta; *ovarium* liberum; *stigma* quinquelobum in stylo uno; *capsula* quinquelocularis; *sporae* numerosae. (Frutex repens, foliis cordatis, acuminatis, integerrimis; flores racemosi terminales.) — Ante *Nierembergiam* inserendum genus (\*\*).

574. STA-

\*) Diversa sane a *Tapura* tertiae classis.

\*\*\*) TAPURAM AUBLET. JUSS. (sedis incertae). Huic classi inseruit JAUME II. p. 348. *Calyx* sexpartitus, tribus bracteis munitus; *corolla* hypogyna, monopetala, bilabiata; labio superiori concavo, recto; inferiori breviori, latiori, bilobo; *stamina* quinque epipetala; *quatuor* didyma, labio superiori inserta, *quintum* longissimum et collocatum ad basin labii inferioris; *ovarium* liberum, triangulum; *stylus* longus; *stigma* trilobum; *fructus* . . . ; genus *Bignoneis* affine.

574. STAPELIA, (STAPELIE) LINN. JUSS. LAM. tab. 178. ASCLEPIAS TOURN. (apocinea 2.). *Calyx* parvus, quinquefidus, persistens; *corolla* rotata; magna, plana, quinquepartita, laciniis ad basin inferne dilatatis, acuminatis, versus apicem angustatis; *nectarolyma* operculata stellula duplex, una altera quinquepartita, sexus organa tegens; *filamenta* plana; *antherae* filamentis adnatae; *styli* nulli; *stigmata* duo parum apparentes; *folliculi* duo oblongi, subulati; *sporae* plumosae. — (Plantae crassae; truncus aphyllus, tuberculis obsitus; pedunculi uniflori.)\*).

575 CYNANCHUM, (CYNANQUE) LINN. JUSS. LAM. tab. 177. APOCYNUM et PERIPLOCA TOURN. (apocinea 2.). *Calyx* minimus, quinquedentatus, persistens; *corolla* rotata, tubo brevissimo, limbo plano, quinquepartito, laciniis longis linearibus; fauce coronata *nectarolymate* urceolato, cylindrico, oblongo, quinquefido vel quinquedentato, laciniato, simplici; organa sexus ut in *Asclepiade*; *stylus* fere nullus; *stigmata* duo; *folliculi* duo oblongi acuminati; *sporae* plumosae. — (Frutices aut suffrutices, saepe volubiles: folia opposita; flores axillares aut terminales, in spicam dispositi, aut in corymbum, aut in umbellam.)

576. GONOLOBIMUM, (GONOLOBE) MICHAUX. amer. bor. I, 119. VINCETOXICUM WALT. ASCLEPIAS CAV. (apocinea 2.). — *Calyx* quinquefidus; *Corolla* rotata, quinquepartita, laciniis profundis; *appendix* (*nectarolyma*) brevissima, inclusa; *corpuscula* pollinis fere transverse locata propter *styli* brevitatem; *stylus* discoideo pentagonus; *folliculi* ut plurimum costati vel angulati; reliqua ut in *Asclepias* et *Cynanchum*. — (Planta trunco scandente; incola Americae septentrionalis.)

\* VIN.

---

\*) PERSOON enchir. p. 277. 380. ob differentias specificas, MASSONI ex autopsia redditas, WILDDENOVIANIS praeferre voluit, et hinc e dignia in monogyniam cum aliis generibus retulit, quem sequuti sumus.

## \* VINCETOXICUM, (VINCETOXICE)

MOENCH. ASCLEPIAS LINN. - *Corolla* erecta; *nectarium* squamulas s. callas quinque, carnosas, retusas sistens. — (Ob appendices uniformes solidas Cynachis proximum hoc peculiare genus, sed distinctum locum tenet.)

## 577. PERIPLOCA, (PERIPLOQUE) LINN. JUSS.

LAM. tab. 177. APOCYNUM TOURN. (apocinea 2.). — *Calyx* minimus, quinquefidus, persistens; *corolla* rotata, plana, quinquepartita; fauce circumdata corona urceolata (*nectarolyma*), quinquefida, setis quinque exsertis, *stigma* capitatum, pentagonum, glandulis quinque stipitatis munitum; *staminum filamenta* conniventia, villosa; *folliculi* duo oblongi, ventricosi, pentagoni; *sporae* planae, plumosae. — (Frutices saepe scandentes; folia opposita; flores fere dispositi in corymbum axillarem aut terminalem.)

## 578. MATELEA, (MATELÉE) AUBLET. JUSS.

LAM. tab. 179. HOSTEA WILLD. (apocinea 1.). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* rotata, tubo brevi, limbo quinquepartito patente; *antherae* fere sessiles, in capitulum pentagonum conjunctae; *styli* duo; duo *stigmata* dilatata et cernua; *folliculus* unus (altero saepe abortivo) longus, verrucis scaber, pentagonus, angulis acutis; *sporae* planae, margine crenulatae.

## 577. APOCYNUM, (APOCIN) TOURN. LINN.

JUSS. LAM. tab. 176. (apocinea 2.). — *Calyx* minimus, quinquefidus; *corolla* campanulata, ad medium usque quinquefida; laciniis ad summum reflexis aut deorsum revolutis; *filamenta* quinque, cum laciniis alterna; *antherae* conniventes basi bifidae; *stylus* subnullus; *stigma* latum, bilobum; *ovarium* quinque corpusculis glandulosis cinctum; *folliculi* duo longi, acuminati, lineares; *sporae* plumosae, arista longa munitae. — Frutices aut herbae; folia opposita; flores in corymbo aut panicula, axillari aut terminali.)

## 580. PER-

## 580. PERGULARIA, (PERGULAIRE) LINN.

JUSS. LAM. tab. 176. (apocinea 2.). — *Calyx* persistens, quinquefidus; *corolla* contorta, hypocrateriformis, tubo calyce longiori cylindrico; limbo plano quinquepartito, laciniis obtusis; *nectarolyma* quinque squamae parvae, semisagittatae, apice mucronatae, basi dentatae; *antherae* sessiles; *stylus* nullus; *stigma* magnum, truncatum; *folliculi* duo, recti, saepius asperi, versus apicem attenuati; *sporangia* plumosae. — (Frutices elongatione trunci volubili; folia opposita; flores axillares, fere corymbosi.) \*).

## 581. ASCLEPIAS, (ASCLEPIAS, Asclepiade)

TOURN. LINN. LAM. tab. 175. APOCYNUM TOURN. (apocynaea 2.). — *Calyx* parvus quinquefidus, laciniis minimis, persistens; *corolla* rotata, quinquepartita, laciniis aut planis aut reflexis; *nectarolyma* squamae aut peculiaris corpuscula cum laciniis corollae alterna, callosa, ovata, concava, cucullata, in corniculum velata; tubum staminum plane obtegentia, applicata contra partes fructificationis, exeunte ex ipsorum fundo saepe filo inclinato versus floris medium. Circum haec corpuscula quinquangula posita sunt *antherae* quinque aut fila pendula applanata, unoquoque diviso in loculos duos; ad summum horum ipsorum corpusculorum, in peripheria sui plateae inveniuntur *foveae* quinque parvae, cum filamentis alternantes, quarum quaeque continet corpusculum nigrum, quod elongatur in *filamenta* duo plus minusve longa, (antherae variorum auctorum) interdum truncata apice dilatata, sphaeruliformia; haec filamenta sese insinuunt in loculos propinquos antherarum, ita, ut quaeque anthera respondeat huic coalitioni duorum corpusculorum, quorum

---

\*) ANDREW hoc genus ad GYNANDRIAE decandriam retulit, propter nectarolyma, ut definire voluit, duplex genitalia involvens; squamulis exterioribus quinque cuspidatis, interioribus quinque — (vera filamenta!) membranaceis, singulis stamina occultantibus (antheras), duobus alternis (quae tunc non pistillo, ut est in Gynandris, sunt adnexae.)



rum quodque continet duas antheras; *stamina* in tubum approximata; *antherae* corneae, longitudinaliter dehiscences; *ovarium* duplex; *styli* duo brevissimi; *stigma* unum, simplex, pentagonum; *sporae* plumosae. — (Herbae aut frutices; pedunculi solitarii, axillares, multiflori; flores dispositi in umbellam, cincti involucro polyphylo.) VENTENAT.

582. CEROPEGIA, (CÉROPEGE) LINN. JUSS.  
LAM. tab. 179. APOCYNUM TOURN. (apocynea 2.).  
— *Calyx* minimus, quinquedentatus, persistens; *corolla* ad summum tubulosa, basi ventricosa, limbo quinquefido aut quinquedentato, fere connivente; *antherae* hastatae; *stylus* vix ullus; *stigmata* duo; *folliculi* duo cylindricei, recti, longissimi; *sporae* plumosae. — (Plantae volubiles; folia opposita; pedunculi axillares aut terminales; bi—tri—multiflori; flores in umbellam dispositi.)

583. MELODINUS, (MELODIN) FORST. JUSS.  
LAM. tab. 179. (apocynea 3.). — *Calyx* quinquepartitus persistens; *corolla* hypocrateriformis, tubulosa, limbi laciniis quinque obliquis, fauce munita et clausa coronula appendiculata quinquefida, lacera, ut in Nerio; *stigmata* duo; *bacca* carnosa, globosa, magna, bilocularis, pulpa farcta, polyspora; dissepimentum carnosum; *sporae* compressae.

V. *Flore monopetalo, supero.*

584. SAMOLUS, (SAMOLE) TOURN. LINN. JUSS.  
LAM. illustr. tab. 101. (primulacea 3.). — *Calyx* semisuperus, quinquefidus, persistens; *corolla* hypocrateriformis, quinquefida (loba), squamae quinque filiformes e sinu corollae pronatae; *stamina* quinque basi corollae inserta, ejusque laciniis opposita, tubo inclusa; *ovarium* basi adhaerens; *capsula* ad basin calyce cincta, unilocularis, sporifera, dehiscens apice quinque valvularum hinc quinquedentata, polyspora; placenta

centa centralis libera, pedicellata; perisporium carnosum; embryo parumper cylindricus, leviter curvatus; radícula infera.)

585. VIRECTA, (VIRECTE) LINN. suppl. VAHL. JUSS. RONDELETEA ROTTB. (rubiacea 4.). — *Calyx* quinquefidus dentibus interpositis; *corolla* infundibuliformis, limbo quinquepartito; *antherae* non exsertae, conniventes; *stigma* bipartitum; *capsula* infera, angulosa, coronata, villosa, unilocularis, polyspora; *receptaculum* internum carnosum, tectum uno sporarum ordine.
586. SIPANEA, (SIPANEE) AUBLET. LAM. tab. 151. VIRECTA VAHL. (rubiacea). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, quinqueloba; *capsula* coronata, bilocularis, bipartibilis, polyspora.
587. BELLONIA, (BELLON) PLUM. LINN. SWARZ. JUSS. LAM. tab. 149. (rubiacea 4.). — *Calyx* quinquefidus, laciniis lanceolatis; *corolla* rotata, limbo plano, quinquepartito, laciniis obtusis; tubo brevi; *antherae* conniventes, paulisper exsertae; *capsula* infera, turbinata, laciniis calycinis conniventibus rostro terminata, unilocularis, polyspora.
588. MACROCNEUM, (MACROCNEME) BROWN. LINN. SWARZ. VAHL. (auctt. flor. peruv. genus PERUVIA certe parum ab hoc genere diversum) JUSS. (rubiacea 4.). *Calyx* turbinatus, campanulato cyathiformis, quinquedentatus; *corolla* campanulata aut infundibuliformis, quinqueloba; *stamina* inserta calycis tubo; *antherae* inclusae; *capsula* infera, turbinata, bilocularis, polyspora; *spora*e imbricatae. (Frutices.)
589. VANGUIERA, (VANGUIER) VAHL. JUSS. LAM. tab. 159. VAVANGA VAHL. (rubiacea 8.). — *Calyx* minimus, quinquedentatus, patens; *corolla* parva, campanulato globosa, quinquepartita, fauce villosa; *antherae* oblongae, vix exsertae; *stigma* bilamellatum; *bacca* infera, pomiformis, umbilicata, quatri — quinquelocularis, non coronata, tetra — pentaspora; *spora*e amyg-

amygdalinae. JUSS. (Arbor humilis; flores axillares; pedunculati: folia magna, ovalia, laxa, punctata.)

590. DENTELLA, (DENTELLINE) FORST. JUSS. LAM. tab. 118. OLDENLANDIA LAM. RUMPH. (rubiacea 4.). — *Calyx* quinquepartitus sive fissus, sub limbo attenuatus, superus; *corolla* infundibuliformis, limbo recto quinquefido, laciniis rectis, tridentatis, dente medio longiori; *filamenta* brevissima; *antherae* oblongae, non exsertae; *capsula* pisiformis, coronata, bilocularis, loculis monosporis; *receptacula* sporifera in loculis proeminent.

591. CHIMARRHIS, (CHIMARRHIS, bois de riviere) JACQ. JUSS. (rubiacea 7.). — *Calyx* integer; *corolla* infundibuliformis, tubo brevi; limbo plano, quinquefido, laciniis interne villosis; *stamina* inserta tubi summo; *filamenta* basi villosa; *stigma* bipartitum; *capsula* infera ovoidea, coronata, bilocularis, loculis monosporis, bivalvis, valvulis apice dehiscentibus; *sporae* duae.

592. RONDELETIA, (RONDELÈTE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 162. (rubiacea 4.)\*. — *Calyx* quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, limbo obtuso, quinquepartito, laciniis subrotundis, planiusculis, tubo apice parumper ventricoso; *antherae* inclusae; *bacca* capsularis exsucca, rotundata, coronata, infera, quadrilocularis, apice in duas partes dehiscens, polyspora. — (Frutices aut arbores mediae altitudinis; flores in corymbo terminali.)

593. CINCHONA, (QUINQUINA) LINN. JUSS. LAM. tab. 164. (rubiacea 4.). — *Calyx* campanulatus, turbinatus, quinquefido; *corolla* tubulosa, infundibuliformis, limbo quinquefido, aut quinquepartito, recto, glabro, ut plurimum interne hirto, laciniis planis aut reflexis; *stamina* inserta versus medium tubi, brevissima

---

\*) Non omnes hujus generis species videntur vere ipsi esse tribuendae.

brevia, in corolla villosa, fere exserta in corolla glabra; stigma clavatum, fere bifidum; capsula oblonga, teres, coronata, bilocularis, matura bipartibilis, aut quasi in duas capsulas introrsum dehiscentes discedens, dissepimento parallelo; sporae numerosae, compressae, margine membranaceo lato cinctae, affixae in quoque loculo placentae centrali. — (Arbor mediae altitudinis; flores in panicula terminali.)

\*) 595. COSMIBUENA, (COSMIBUENE) AUCTORUM flor. peruv. (rubiacea). — Calyx deciduus, quinque-dentatus; corollae tubus longissimus, limbo reflexo obliquo glabro; stamina sub fauce inserta; capsula apice bivalvis, valvulis involutis, subbilocularis; receptacula lamellata, hinc valvulis adpressa, inde sporifera; sporae ovales, cinctae ala lineari et reticulata.

596. PINKNEA, (PINKNÉE) MICHAUX. (rubiacea). — Calycis lacinae inaequales, una altera bracteae-formes, magnae; corolla longe tubulosa; filamenta ad basin tubi inserta; capsula superne bivalvis, valvulis medio septiferis; sporae alatae transverse invicem superpositae. = (PINKNEA et COSMIBUENA Cinchonae generi maxime affines)

597. PORTLANDIA, (PORTLANDE) BROWN. LINN. JUSS. LAM. tab. 162. (rubiacea 4.). — Calyx magnus, quinquefidus s. pentaphyllus; corolla clavato infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis patente-reflexis, tubo vix dilatato; stamina ad basin tubi inserta; antherae longae, erectae, fere exsertae; capsula ovali—globosa, fere pentagona, retusa, coronata calycis limbo, simillima capsulae acantheorum; bilocularis, bivalvis, valvulis duplicatis bifidis, polyspora.

598. ROELLA, (ROELLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 123. (campanulea 1.). — Calyx turbinatus, quinque-

---

\*) EXASTOMA. Stamina erectis, quum in Cinchona sint inclusa; auctores florum peruvianae censent EXASTOMAE species ad Portlandias esse referendas.



quefidus, laciniis magnis, dentatis; *corolla* infundibuliformis, limbo quinquepartito, fundo clauso valvulis staminiferis; *filamenta* basi dilatata; *stigma* bifidum; *capsula* infera, cylindrica, bilocularis, coronata laciniis calycinis; (*capsula* unilocularis apice pervia GAERTN.). — Folia ciliata, conferta circum flores forma bractearum; flores axillares aut terminales, solitarii.

599. GOODENIA, (GOODÉNE) SMITH. CAV. VENTEN. (campanulea 1.) — *Calyx* monophyllus, apice quinquepartitus, adhaerens; [*corolla* labiata, monopetala, irregularis, labiata; tubo brevissimo, ad basin usque longitudinaliter fisso, genitalia exsorens, labio superiori recto bifido, labio inferiori reflexo, trifido; quinquefida, undulata, limbo laterali; staminum quinque *filamenta* exserta in spatio, quod est inter duas lacinias labii superioris; *stigma* urceolatum, ciliatum; *capsula* linearis, bivalvis, uni—bilocularis, polyspora, dissepimento parallelo; *spora*e compressae, imbricatae, marginatae.

600. PHYTEUMA, (PHYTEUME, rapuncule) LINN. JUSS. LAM. tab. 124. RAPUNCULUS TOURN. (campanulea 4.). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, primo tereti conica, dein quinquepartita, laciniis linearibus, laxis, tubo brevissimo; staminum *filamenta* parum ad basin dilatata; *antherae* oblongae, rectae; *stigma* bi—vel trifidum; *capsula* infera, bi—aut trilocularis, dehiscens foraminulo laterali, polyspora. — (Flores bracteati, interdum remoti, saepissime terminales, capitati aut spicati.)

601. PETROMARULA, (PETROMARULE) VENT. RAPUNCULUS BAUH. (campanulea). — *Calyx* quinquefidus; *corolla* primum ovata, deinceps quinquepartita, laciniis reflexis; *filamenta* basi dilatata; *stigma* capitatum, simplex; *ovarium* globosum; *capsula*...? \*)

602. FOR-

\*) *Habitu et filamentis* cum Campanulae genere, - *corolla* rotata, quamvis facie aliena, cum Phyteumate convenit; sed ab utroque *stylo* crasso, et *stigmat*e simplici capitato differt, hinc vere verum est proprium genus.

602. **FORGESIA**, (FORGESIE) COMMERS. JUSS. gen. DEFFORGIA LAM. ill. tab. 125. ESCALLONIA SMITH? (certe huic valde affinis!) (campanulea 1.) — *Calyx* turbinatus, quinquefidus; *corolla* quinquepartita aut petala quinque basi dilatata et coalita, apice rostrata; *antherae* oblongae filamentis adnaeae; *stigma* bilobum; *capsula* sporifera, semiadhaerens, stylo bipartito acuminata, bilocularis, apice in duas valvulas dehiscens, polyspora.
603. **TRACHELIUM**, (TRACHÉLIE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 126. (campanulea 1.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, tubo longo, limbo quinquelobo; *stamina* quinque filamentis basi non dilatatis; *stylus* longus; *stigma* globosum; *capsula* infera, trilocularis, polyspora. — (Flores in corymbum terminalem dispositi, bracteis parvis muniti.)
604. **CAMPANULA**, (CAMPANULE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 123. PRISMATOCARPOS L'HER. (campanulea 1.) — *Calyx* quinque aut decemfidus; laciniis quinque reflexis; *corolla* campanulata, quinquefida, fundo clauso valvulis staminiferis; *filamenta* basi dilatata; *antherae* oblongae; *stigma* tri-quinquefidum; *capsula* infera, tri-rarius quinquelocularis; variat enim forma vel naturae vel artis beneficio loculis; polyspora, poris lateralibus fere semper dehiscens. — (Plantae herbaceae, interdum suffrutescentes; flores bracteati, saepe axillares, solitarii aut fasciculati, interdum terminales dispositi in spicam aut paniculam, rarissime solitarii.)
605. **LEGOUSIA**, (LEGOUSÉE) DURANDE. PRISMATOCARPUS L'HERET. POLEMONIUM LINN. (campanulea). — *Corolla* subhypocrateriformis; *stigma* bitrifidum; *capsula* longissima, prismatico-cylindrica, bi-trilocularis, polyspora.
606. **LOBELIA**, (LOBÉLIE) LINN. JUSS. LAM. tab. 724. RAPUNTIUM et TRACHELIUM TOURN. (campanulea 10.) — *Calyx* quinqueidentatus, persistens;

stens; *corolla* monopelata, tubulosa, irregularis, longitudinaliter ad infimum fissa; limbo bilabiato, labio superiori bipartito, labio inferiori maiori trifido; *stamina* sex; *filamenta* longitudine tubi; *antherae* in cylindrum coalitae; *stigma* simplex, rarius bifidum, villosum; *capsula* infera, bi — trilocularis, apice dehiscens, polyspora. — (Elongatio tranci erecta aut decumbens, interdum suffrutescens; flores duabus bracteis muniti, solitarii aut axillares; vel tribus bracteis muniti et in spicam laxam et terminalem dispositi).

609. SCAEVOLA, (SCAEVOLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 124. GOODENIA CURTIS. LOBELIA PLUM. (campanulea 1.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* monopetala, irregularis, tubo longitudinaliter usque ad basin fissa; limbo quinquefido, laciniis inaequalibus unilateralibus; *styli* e corollae tubi fissuris exeunt; *stigma* urceolatum, ciliatum, planum; *drupa* infera, rotundata, nuda aut calycis laciniis coronata, striata, monospora, nuce biloculari mono — dispora.

610. SELLIERA, (SELLIERE) nov. gen. CAVAN. (campanulea). — *Calyx* superus, quinquepartitus; *corolla* irregularis, tubo longitudinaliter fissa; *stigma* globosum; *bacca* unilocularis, polyspora; *sporae* quadrifarium imbricatae, marginatae, hoc est sacculis totidem membranaceis contentae \*).

611. VELLEIA, (VELLEIA) SMITH transact. III. (campanulea Juss. ord. 165.) — *Calyx* triphyllus, inferus; *corolla* tubulosa, supra hians, limbo quinquefido; *capsula* quadrivalvis, unilocularis, polyspora. *Sporae* imbricatae \*\*).

612. SCHOE-

---

\*) Ob sporas imbricatas sane a GOODENEIS removendum, etsi auctor huius generis ob pericarpium naturam adhuc incertus haerere nobis videatur.

\*\*\*) GOODENIAE proximum; diversum calyce magno, triphylo, infero; capsula quadrivalvi: corolla non ad basin

\* 612. *SCHOEPFIA* (*SCHOEPFIE*) SCHREB. *CONDONIUM* VAHL. — *Calyx* duplex, exterior bifidus, inferior, interior integer, superus; *stigma* capitatum; *drupa* monospora.

613. *MATTHIOLA*, (*MATTHIOLE*) PLUM. LINN. JUSS. (rubiacea 8.) — *Calyx* superus, oblongus, marginibus integer; *corolla* tubulosa, orificio dilatato, infundibuliformis, tubo corollae tenui, elongato, limbo integro, undulato; *stamina* inclusa; *stigma* paulisper incrassatum; *drupa* cerasiformis, depressa, coronata, nuce sexloculari, hexaspora.

614. *MORINDA*, (*MORINDE*, *ROYOC*) VAILL. LINN. JUSS. LAM. tab. 153. *ROYOC* PLUM. *BADCUDUS* RUMPH. (rubiacea) *Flores* aggregati et collecti in capitulum superpositum receptaculo sphaerico globoso; *calyx* proprius, obsolete quinque dentatus; *corolla* tubulosa, subinfundibuliformis, supera, quinquefida, patens; *antherae* lineares, fere sessiles, non exsertae; *fructus* formatus e multis *baccis* approximato aggregatis, ob mutuam compressionem angulatis, apice retusae, quatrilocularibus, di-tetrasporis; *sporangia* uno latere planae, altero convexae. — (Arbores aut frutices; flores capitati aut axillares aut oppositi foliis).

615. *PSYCHOTRIA*, (*PSYCHOTRE*) LINN. JUSS. LAM. tab. 161. *PSYCHOTROPHUM* BROWN (rubiacea 7.) — *Calyx* parvus, quinquedentatus, persistens; *corolla* tubulosa, infundibuliformis, quinquefida, *stamina* summo tubi inserta, fere sessilia, inclusa; *bacca* coronata calyce, matura striata, bilocularis, rotundato globosa aut ovalis, coriacea, dispora; *sporangia* duae, altero latere planae, altero convexae, sulcatae, osseae; — (Frutices aut herbae repentes, flores terminales approximato conferti aut in corymbum dispositi).

616. NONA

---

usque fissa; stigmatibus caeterum GOODENIAE gaudet, habitu herbaceo acauli! — genus certe prope SCAEVOLAM collocandum.



## 616. NONATELIA, (NONATELIER, AZIER)

AUBL. JUSS. LAM. tab. 155. ORIBASIA SCHREB. PSYCHOTRIA WILLD. (rubiacea 7.) — *Calyx* parvus, quinque-dentatus; *corolla* tubulosa, limbo quinquefido, laciniis parum reflexis; *stamina* exserta; *bacca* parva, sphaerica, coronata, striata, quinquelocularis, pentaspora. — (Trunci elongatio herbacea aut frutescens; flores in panicula terminali).

## 617. COFFEA, (CAFFEYER) LINN. LAM. tab. 160.

COFFEA RAJ. (rubiacea 7.) — *Calyx* minimus, quadri-quinque-dentatus, dentibus deciduis; *corolla* tubulosa, oblonga, fere infundibuli — vel hippocrateriformis, limbo plano quinquepartito; *stamina* exserta supra tubum; *antherae* sagittatae; *bacca* infera, rotundata vel ovoidea, rarius oblonga, umbilicata, {dispora; *sporae* arillatae, uno latere planae, altero convexae. — (Frutices: flores axillares, fere sessiles).

\* 618. POTIMA, — *corollae* lacinae acuminatae, deflexae; *bacca* monospora; perisporangio in quatuor lobos diviso, et embryone in eius substantia immerso, (convolutae in *Coffea arabica*); *spora* una; WILLD. IACQ.

## 619. CHIOCOCCA, (CHIOCOQUE) BROWN.

LINN. JUSS. LAM. tab. 160. (rubiacea 7.) — *Calyx* quinque-dentatus; *corolla* infundibuliformis, limbo quinquefido, aequali, laciniis argutis, reflexis; *stamina* non exserta, medio tubi inserta, fere sessilia; *antherae* lineares; *bacca* infera, coronata, rotundata, compressa, didyma, dispora; *sporae* oblongae, compressae. — (Arbores aut frutices; flores in panicula terminali aut in racemo axillari.)

## 620. SERISSA, (SERISSE) COMMERS. JUSS. LAM.

illustr. tab. 151. BUCHOZIA L'HERET. DYSODA LOUREIR. LYCIUM LINN. (rubiacea 11.) — *Calyx* quadri-quinquefidus; *corolla* brevis, quadri-quinquefida, fauce barbata; *antherae* quatuor, quinque, sessiles; *ovarium* adhaerens; *stylus* bifidus; *fructus*: *bacca* infera, poly-spora.

spora \*). — (Frutex a Commersonio detecta : foliis oppositis, ad basin per expansionem membranaceam (folii pars inferior, qua cingit aut ambit plus minus trunci elongationem) ciliatam quasi in spinam persistentem coadunatis; odore post frictionem inamoeno; flores saepe solitarii in apice ramorum).

621. TAPOGOMEA, (TAPOGOME) AUBL. t. 60. JUSS. LAM. tab. 152. CALICOCCA SCHREB. CEPHÆLLIS SWARZ. (tubiacea 10.) — Flores capitati in receptaculo paleaceo, et cincto squamis aut calyce communi polyphylo involucrati, involucri bipartito, mono-penta-polyphylo, saepe magno; calyx proprius minimus quinque-dentatus; corolla parva tubulosa, fere infundibuliformis, quinqueloba; antherae quinque fere sessiles, inclusae; stigma bipartitum; bacca infera, ovalis, minima, ad summum glandulosa, continens duas nuces monosporas, altero latere planas, altero convexas. — (Frutices aut herbae fere lignosae; flores capitati saepe terminales).

622. POSOQUERIA, (POSOQUERIER) AUBL. JUSS. LAM. tab. 163. CYRTANTHUS SCHREB. SOLENA WILLD.

\*) SERISSAE characterem genericum THUNBERG. in nov. generibus suis parte nona, his retulit verbis: calyx „perianthium monophyllum inferum, glabrum, minimum, quinque-dentatum; corolla tubulosa, glabra, virescens, quinquepartita; lacinae ovatae, reflexae; tubus fauce barbata clausus. Stamina filamenta quinque, brevissima, ori tubi inter lacinias inserta; antherae „ovatae, didymae, flavo nigrae; pistillum: ovarium superum, convexum, glabrum; stylus filiformis, exsertus, tubo paulo longior; stigma globoso capitatum; „pericarpium: capsula didyma compressa, emarginata, „bilocularis.” (Lycium barbatum et japonicum huc refert; alteram speciem iam JUSSIEU eodem proposuit nomine in gen. plant., et vel L'HER. et LOUREIRO utrasque species a Lycii genere disiunxerunt. Sed Lycium barbatum a Serissa japonica adeo discrepat, quod utraque minime sub uno genere militari posse videantur. Praeterea THUNBERG. in hac generis definitione magis respexisse videtur ad partes fructificationis; Serissae capensis, quam japonicae,

- WILLD. (rubiacea 4.) — *Calyx* superus, turbinatus, quinquefido — dentatus; *corolla* tubulosa, tubo longissimo, limbo patente, quinquepartito, laciniis longis, rectis; fauce pilosa, parum dilatata; *antherae* exsertae; *filamenta* inserta fauci corollae; *stylus* filiformis; *stigma* fere trifidum; *bacca* oviformis, magna, coronata, succulenta, unilocularis, polyspora.
623. GARDENIA, (GARDENE) ELL. LINN. JUSS. LAM. tab. 158. THUNBERGIA MONT. act. holm. (rubiacea 4.) — *Calyx* quadridentatus aut quatrifidus, laciniis verticalibus, interdum obliquis; *corolla* primum contorta, infundibuliformis, limbo plano, quinque — novemfido, tubo saepius longo; *staminum antherae* sessiles, insertae ad tubi introitum, parum vel non exsertae; *stylus* elevatus; *stigma* bilobum; *bacca* exsucca, infera, bi-quatrilocularis, polyspora; *sporae* numerosae, duplici serie in quoque loculo dispositae. — (Arbores aut frutices; flores fere solitarii, terminales aut axillares; folia verticillata, aut numero tria in una specie).
624. GENIPA, (GENIPAYER) TOURN. LINN. JUSS. LAM. t. 158. f. 2. RUIZ. PAV. GARDENIA SWARZ. WILLD. (rubiacea 4.) — *Calyx* tubulosus aut turbinatus, marginibus subintegris; *corolla* cylindrica, hypocrateriformis, calyce duplo longior, limbo magno, patente, quinquepartito; *antherae* in fauce tubi sessiles exsertae; *stigma* clavatum, integrum sive simplex; *bacca* magna, ovalis, carnosa, apice attenuato truncato, bilocularis, polyspora.
625. STYLOCORYNA, (STYLOCORYNE) CAV. tab. 436. — *Calyx* superus, quinquefido; *corolla* infundibuliformis; *stylus* clavatus; *stigma* simplex; *bacca* coronata, bilocularis; *sporae* numerosae, nidulantes = (an praecedenti generi subiungendum?) =
626. RANDIA, (RANDIE) HOUST. LINN. JUSS. LAM. t. 156. RUIZ-PAV. GARDENIA WILLD. — *Calyx* quinquepartitus; laciniis lineari lanceolatis contortis; *corolla*

*corolla* hypocrateriformis, tubulosa, tubo calyce vix longiori, cylindrico, limbo plano quinquefido; *antherae* fere sessiles, inclusae; *stigma* bilobum, lobis oblongis, inaequalibus; *bacca* exsucca, dissépimento incompleto, semibilocularis, cerasiformis, coriacea, vix calyce tubuloso coronata; *sporae* plurimae, per quatuor series alternatim superimpositae. — (Frutices spinosae; quatuor spinæ verticillatae, aut plurimum duae oppositæ in crucem cum foliis; flores axillares, fere solitarii aut approximati et terminales).

627. CANTHIUM, (CANTHIE) LAM. JUSS. GARDENIA THUNB. LINN. suppl. WEBERA WILLD. RONDELETIA LINN. (rubiacea 7.) — *Calyx* quinquefidus, *corolla* tubulosa, brevis, quinquefida, patens; *stamina* non exserta; *stylus* elevatus; *stigma* capitatum; *bacca* ovalis, coronata aut rotundata, nuda, corticosa, bilocularis, dispora; *sporae* uno latere convexae, altero planae; sulco longitudinali munitae. \*) — (Frutices spinosae; flores fere sessiles, axillares et terminales).

628. TOCOYENA, (TOCOYENNE) AUBL. t. 50. JUSS. LAM. tab. 163. VCRIANA WILLD. (rubiacea 4.) — *Calyx* superus, quinquedentatus, turbinatus; *corolla* hypocrateriformis, tubulosa, tubo longissimo, superiora versus dilatato; limbo quinquepartito dilatato; fauce ventricosa, nuda; *antherae* fere sessiles, vix exsertae extra tubum; *stylus* pilosus parum clavato inflatus super *stigma* bilamellatum; *capsula* baccaeformis, ovalis, coronata, bilocularis, polyspora; *sporae* pulpa cinctae.

629. CANEPHORA, (CANEPHORE) JUSS. LAM. tab. 151. (rubiacea 10.) — Tres ad sex flores positi ad summum *calycis communis* tubulosi, quinque parvis laciniis insigniti, disiuncti invicem squamis; *Calyx* proprius quinque vel sexfidus, longitudine *corollae*; *corolla* parva, campanulata, subaequalis, quinque — sex loba;

---

\*) CUIA convenit, si genere distinctum a CANTHIO, in caeteris, nisi quod *stigma* clavatum; *frutices* inermes.



loba; *antherae* quinque, sex, oblongae, sessiles; *stigma* bifidum; *fructus* capsula? coronata, pisiformis, bilocularis, mono — dispersa.

630. BERTIERA, (BERTIERE) AUBL. tab. 69. VAHL. JUSS. LAM. tab. 165. (rubiacea 4.) — *Calyx* turbinatus, quinque-dentatus; *corolla* tubulosa, limbo quinquefido, fauce villosa; *antherae* fere sessiles, vix exsertae; *stigma* bilamellatum; *bacca* infera, pisiformis, coronata, bilocularis, polyspora; dissepimentum sporiferum.

631. LONICERA, (LONICERE Chevreseville) LINN. LAM. tab. 150. SYMPHORICARPOS, DIERVILLA, XYLOSTEUM, CAPRIFOLIUM JUSS. (caprifolia 1.) — *Calyx* superus, quinque-dentatus, basi bracteatus; *corolla* irregularis, laciniis fere aequalibus, tubulosa, quinquefida; *stamina* quinque longitudine corollae; *stigma* globosum; *bacca* infera, umbilicata, bi — tri — quadrilocularis, polyspora. — (Frutices elongatione trunci volubili; folia basi connata in quibusdam speciebus; flores sessiles, approximati in capitulum et terminales, aut verticillati et axillares).

\* CAPRIFOLIUM JUSS. PERICLYMENUM JUSS. *floribus* in pedicello solitariis, laciniis fere irregularibus et bilabiatis; tubo ut plurimum longo, *bacca* distincta triloculari.

632. XYLOSTEUM TOURN. JUSS. LAM. tab. 150. CHAMAECERASUS TOURN. LONICERA LINN. (CHAMÉRISIER) (caprifolia 1.). Pedunculi biflori, inserti pedicellorum summo; *calyx* quinque-dentatus, basi munitus bracteis approximatis invicem aut adnatis; *corolla* infundibuliformis aut campanulata, quinqueloba aut quinquefida, laciniis fere aequalibus; *stamina* exserta; *stigma* incrassatum; *fructus*: *baccae* duae; basi connatae, biloculares, polysporae; aut in unicam, apice duobus umbilicis notatam, coadunatae. — (Frutices elongatione trunci recta; pedunculi biflori, axillares, solitarii).

633. SYM-

633. SYMPHORICARPOS, DILL. JUSS. LAM. t. 159. (SYMPHORIA) (caprifolia I.) — *Calyx* parvus quadridentatus, basi bracteis minoribus munitus; *corolla* tubulosa, brevis, limbo quinquefido, laciniis fere aequalibus; *stamina* quinque vix exserta; *stigma* globosum; *bacca* ovali globosa, coronata, quadrilocularis, loculis interdum duobus abortivis, tetraspora.
634. DIERVILLA, (DIERVILLE) TOURN. JUSS. LAM. tab. 150. LONICERA LINN. (caprifolia I.) — *Calyx* oblongus, quinquefidus, basi bracteatus; *corolla* duplo longior, infundibuliformis, quinquefida, laciniis patentibus; *stamina* quinque exserta; *stigma* capitatum; *capsula* oblonga, acuta, non coronata, quadrilocularis, polyspora; *sporae* parvae.
635. TRIOSTEUM, (TRIOSTE) LINN. JUSS. LAM. tab. 150. (caprifolia I.) — *Calyx* superus, quinquefidus, laciniis lanceolatis, persistentibus, basi bracteatus, longitudine corollae; *corolla* tubulosa, vix calyce longior, quinqueloba, lobis inaequalibus; *stamina* quinque inclusa; *stigma* incrassatum; *bacca* infera, coronata, ovali — globosa, trilocularis, trispora. — (Plantae herbaceae, erectae; petioli basi coaliti; flores numerosi, axillares, sessiles).
636. PLACOMA, (PLACOME, *Plocome*) AIT. GMEL. WILLD. — *Calyx* superus, quinquefidentatus; *corolla* campanulata, quinquefida; *bacca* trilocularis, loculis monosporis.
637. MUSSAENDA, (MUSSENDE) HERRM. LINN. JACQ. JUSS. LAM. tab. 157. (tubiacea 4.) — *Calyx* quinquefidus, laciniis linearibus; *corolla* infundibuliformis, tubo longo ad faucem dilatato, limbo plano, quinquepartito; *antherae* oblongae, fere sessiles, inclusae; *stigmata* duo, crassiuscula; *capsula* ovalis, oblonga, membranacea, ad summum nuda aut coronata, bilocularis, loculis placenta disiunctis; polyspora; *receptaculum* exsertum, sporiferum et dissepimenta efformans; *sporis* quadrifarie dispositis; *stamina* tubo interne inserta. — (Fruti-

(Frutices saepissime villosae; flores saepe in corymbo).

638. SABICEA, (SABICE) AUBL. t. 75. JUSS. LAM. tab. 165. SCHWENKFELDIA SCHREB. WILLD. (rubiacea 9.) — *Involucrum* di — tetraphyllum; *calyx* oblongus, quinquefidus; *corolla* infundibuli — vel hypocrateriformis, tubo longo, gracili, limbo quinquepartito, laciniis mucronatis, argutis; *antherae* fere sessiles, parum aut non exsertae; *stigma* quinquepartitum; *bacca* coronata, pisiformis, quinquelocularis, polyspora. (Numerus partium interdum quaternarius.) — Frutices trunci elongatione volubili; flores axillares, fere sessiles.

639. DUHAMELIA, (DUHAMELE) LINN. JACQ. JUSS. LAM. tab. 155. (rubiacea 9.) — *Calyx* parvus, quinquefidus; *corolla* tubulosa, oblonga, pentagona, limbo quinquefido; *stamina* quinque inserta versus tubi medium; *antherae* oblongae; *stigma* obtusum; *bacca* infera, ovalis, apice coronata, striata, retusa, quinquelocularis, polyspora. — (Frutices: racemi partiti; folia verticillata; flores in cyma terminali).

640. ERITHALIS, (ERITHAL) BROWN. LINN. JUSS. LAM. tab. 159. (rubiacea 8.) — *Calyx* minimus, urceolatus, quinquedentatus; *corolla* quinquepartita, laciniis patentibus aut recurvis, tubo brevi; *stamina* quinque exserta; *stigma* punctatum; *bacca* infera, pisiformis, coronata, decemstriata, decemlocularis, decaspora. — (Frutex: flores dispositi in corymbum axillarem et terminalem).

## VI. Flore tripetalo.

641. TRIPHASIA, (TRIPHASIE) LOUR. CONCH. p. 189. (hesperidea 1.) — *Calyx* brevis, tridentatus; *corollae* petala tria, basi in tubum approximata, ad summum reversa; *stamina* quinque receptaculo inserta; *ovarium*

*vium* simplex; *stylus* incrassatus; *stigma* trigonum; *bacca* ovalis, monospora. — (Frutex foliis ternatis; flores solitarii; spinæ axillares).

### VII. Flore tetrapetalo.

642. CADABA, (CADABE) FORSK. JUSS. STROEMIA VAHL. WILLD. CLEOME LINN. (capparidea 1.) — *Calyx* parvus, tetraphyllus, caducus; *corolla* tetrapetala, petala unguiculata, interdum nulla; *stamina* quinque inserta ad summum pedicelli qui ovarium sustinet; *filamenta* filiformia; *antherae* rectae; *ovarium* pedicellatum, ad pedicelli basin nectarolymate vel appendice ligulato munitum; *stylus* nullus; *fructus*: siliqua pedicellata, cylindræa, corticosa, unilocularis, bivalvis, interne pulposa, polyspora, *sporis* triplici serie dispositis, pulpa cinctis. — (Arbores aut frutex foliis simplicibus, parvis, glandulis munitis; flores in spica terminali).

### VIII. Flore infero, pentapetalo.

643. HIRTELLA, (HIRTELLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 138. (rosacea 6.) — *Calyx* quinquepartitus, laciniis reflexis; *corollæ* petala quinque; *stamina* tria, quinque, sex, omnino omnia eodem calycis latere inserta; *filamenta* longissima, spiraliter torta, persistentia; *stylus* longus, ad basin ovarii lateralis; *drupa* baccata, exsucca, ovalis, compressa, obsolete apice dilatata, fere trigona, nuce uniloculari, monospora; spora magna; stylo persistente terminata. — (Frutices aut arbores mediae altitudinis; foliis stipulaceis; floribus in spica aut racemo terminali).
644. WIBELIA, (WIBELÉE) PERS. enchir. pag. 210. PAYROLA JUSS. LAM. tab. 126. PAYPAYROLA AUBL. t. 90. GMEL. (incertæ sedis). — *Calyx* inferus, quin-



quinquepartitus; *corollae* petala quinque, super discum inserta, unguibus rectis, in tubum conniventia, apice reflexa; *stamina* inserta ut corolla; *antherae* approximatae; *ovarium* liberum, biloculare; *stigma* bilobum, *pericarpium* biloculare *fructus* —?

645. RHAMNUS, (NERPRUN) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 128. FRANGULA et ALATERNUS TOURN. (rhamnea 3.) — *Calyx* urceolato campanulatus, quadri—quinquefidus; *corollae* petala minima quatuor, quinque, (rarissime nulla); squamaeformia quae includunt *stamina* quatuor, quinque, calyci inserta; *stigma* bi—tri—quadridum; *bacca* bi—quadrilocularis, tri—tetraspora. — (Frutices aut' arbores mediae altitudinis, ramis interdum terminatis in mucronem; foliis alternis, interdum fere oppositis, floribus axillaribus, passim polygamis, interdum dioicis per abortum.

646. CONDALIA, (CONDALIE) CAV. ZIZIPHUS ORTEGA (rhamnea). — *Calyx* urceolatus, quadri—quinquedentatus (fissus?), persistens; *corolla* infundibuliformis: nulla. PERS. *Discus* glandulosus; *stylus* unus; *drupa* baccata, bilocularis, cava, spongiosa; *sporae* lentiformes, liberae (*drupa* ovata, nuce monospora PERS.) — Rhamno vel Zizipho omnino affinis: cf. PERS. pag. 241. Arbitror fere pertinere ad no. VIII.

\* 647. OENOPLA, (OENOPLÉE) MICHAUX. ZIZIPHUS WILLD. — *Calyx* patens, quinquefidus; *petala* quinque; *discus* carnosus; *drupa* succosa, bilocularis, altero loculo saepe abortiente, monospora. — (Frutex flore Rhamni, fructu Ziziphi. — Umbellae axillares. WILLD. Racemi subterminales. MICHAUX. — flores hermaphroditi AITON. dioici MICH. —).

648. CEANOTHUS, (CÉANOTHE) LINN. JUSS. LAM. tab. 129. (rhamnea 4.) — *Calyx* turbinatus, quinquefidus; *corollae* petala quinque, squamaeformia, saccata; concava aut sulcata in ligulam ad apicem; basi unguiculata; *stamina* quinque petalis inclusa; *ovarium* triangulum; *stylus* trifidus; *stigmata* tria; *bacca*  
cap-

capsulaeformis, exsucca, sustentata basi calycis persistente, continens tres, quatuor coccos, trilocularis, cocculis monosporis, introrsum dehiscentibus. — (Frutices foliis alternis; flores dispositi in racemos axillares aut terminales).

649. CELASTRUS, (CELASTRE) LINN. L'HERRET. JUSS. HAENKEA? auctt. fl. peruv. CASSINA LAM.? (rhamnea 1.) — *Calyx* minimus, quinquelobus, *corollae* petala quinque unguiculata, patentia; *filamenta* longa; *ovarium* parvum, in discum latum decemstriatum depressum; *stylus* brevis; *stigmata* tria; *capsula* trigona, trilocalis, trivalvis; *sporae* insertae margini centrali dissepimentorum, glabrae, semiarillatae, *arillo* quatrifido, calyptratae. — (Frutices aut arbores mediae altitudinis; folia alterna; pedunculi axillares, dichotomi, multiflori).

\* CATHA, (CATHE) FORSK. JUSS. (sedis incertae). — *Calyx* quinqueidentatus, enervius; petala *corollae* quinque patentia; *stamina* brevissima; *ovarium* liberum, basi disco urceoli forma cinctum undulato, inter *stamina* exserto; *stylus* brevis; *capsula* oblonga, bi-trilocularis, di-trispora. — (Arbores ramis alternis, foliis oppositis aut alternis, interdum spinis in axillis ramorum; pedunculi axillares, solitarii; — genus *rhamneis* analogum).

650. MALESHERBIA, (MALESHERBIE) DOMB. RUIZ-PAV. (sedis incertae). — *Calyx* tubulosus, coloratus, limbo quinquefido; *corollae* petala quinque lanceolata, breviora laciniis calycinis; *squamae* multae tubi fauce insertae; *stamina* filiformia; *antherae* rectae, sagittatae; *ovarium* stipitatum; *styli* tres insertae fere ad basin ovarii; *stigma* obtusum; *capsula* triangularis, unilocularis, trivalvis; *sporae* numerosae.

651. HAENKEA, (HAENKÉE) auctorum fl. peruv. tab. 6. (rhamnea? sedis incertae). — *Calyx* parvus, diphyllus, altero bilobo, quinqueidentatus; *corolla* (urceolata) petala quinque sursum convexa, deorsum con-

concava; *stamina* quinque petalis opposita circumposita disco; *ovarium* neququam calyci adhaerens, sed semiinfusum disco; *stigma* sessile, obtusum, trigonum; *drupa* (capsula) ovalis, unilocularis, bivalvis (nux trilocularis); *sporae* duae (rarius una, tres, quatuor) oblongae, osseae, arillo pulposo vestitae.

652. SENACIA, (SENAKÉE) — CELASTRUS LAM. (rhamnea). — *Calyx* minimus, quinque-dentatus; *corolla* pentapetala; *capsula* sphaerica, pedunculata, bivalvis, tetraspora; *sporae* angulatae, nudaе.

653. EVONYMUS, (EVONYME, FUSAIN) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 131. (rhamnea 1.) — *Calyx* patens, quadri — quinquepartitus vel fissus, laciniis planis, basi particulatim tectus disco peltato; *corollae* petala quatuor aut quinque inserta exteriori margine disci; *staminum* quodque glandula exserta sub disco insertum; *capsula* tetra — pentagona; tri — quinque locularis, tri — quinquevalvis; *sporae* arillato calyptratae, aut cinctae tunica propria et colorata, atque pulposa, insertae angulo centrali loculorum. — (Arbores plus minus elatae, ramis tetragonis; foliis oppositis; stipulis vix notabilibus; pedunculis axillaribus, solitariis, oppositis, unifloris aut multifloris; floribus umbellatis).

654. BURSARIA, (BURSARIE) CAVAN. JUSS. mss. (rhamnea 1.) — *Calyx* inferus, quinquefidus; *corollae* petala quinque linearia, erecta, applicata disco in fundo calycis locato; *stigma* simplex; *ovarium* super discum collocatum; *capsula* cordata, compressa, matura bipartibilis in duos coccus compressos et dehiscens in duas tresve valvulas; in loculo quoque tres aut quatuor *sporae* reniformes, resinae inclusae.

655. STAAVIA, (STAAVIE) DAHL. THUNB. prodr. VENT. BRUNIA PLUK. MORIS, LEVISANUS SCHREB. (rhamnea 2.) — *Flores* in receptaculo paleaceo aggregati barbato villosi; *involucrum*: *calyx* communis polyphyllus, foliolis coloratis patentibus; *calyx* proprius adhaerens quinquepartitus; *corollae* petala quinque unguiculata;

culata; *stamina* calyci inserta; *styli* duo, coaliti; *capsula* (bacca) ovoïdea, coronata laciniis calycinis, corticosa, unilocularis, trivalvis, monospora. — (Suffrutices; folia linearia, remota, saepe punctata).

656. OPELIA, (OPELIE) ROXB. — *Calyx* quinque-dentatus; *corolla* pentapetala; *nectarolymata* quinque, staminibus alternantia; *bacca* monospora.

657. IMBRICARIA, (BARDOTTIER) SMITH. JUNGIA GAERTN. PHILADELPHUS Gmel. — *Corollae* petala quinque; *stigma* capitatum; *capsula* calyce tecta bilocularis, polyspora. SMITH. — (*Capsula* unilocularis evalvis, apice amplo foramine dehiscens. GAERTN.)\*)

658. EUPAREA, (EUPARE) BANKS. GAERTN. LAM. tab. 133. — *Calyx* pentaphyllus; *corolla* pentadecapetala; *bacca* exsucca supera, globosa, unilocularis, polyspora.

659. CORTESIA, (CORTESIE) CAVAN. tab. 177. (borraginea vel sebestana sec. CAVAN.) — *Calyx* inferus, decemdentatus; *corolla* quinquepartita; *stylus* bipartitus; *stigma* globoso-peltatum; *bacca* dispersa. (ROCHEFORTIAE generi, a SWARZIO condito, valde affinis secundum auctoritatem CAVANILLES).

660. BILLARDIERA, (BILLARDIÈRE) SMITH. (solanea 2.) — *Calyx* quinquefidus; *corollae* petala quinque tubulosa, cum foliolis calycinis alternantia; *nectarolyma* nullum; *filamenta* antheris parum versatilibus terminata; *ovarium* adhaerens, cylindricum; *stylus* brevis; *stigma* bilobum; *bacca* supera, elliptica, villosa, stylo terminata, polyspora; *sporae* rotundatae, paulisper emarginatae; embryo minimus.

661. RUY-

---

\*) Ab hoc genere IMBRICARIA COMMERS. JUSS. ita distincta: *Calyx* octo laciniis coriaceis, duplici serie dispositis; *corolla* rotata, laciniis octo multifidis; *appendices* octo filiformes, curvatae; *stamina* octo; *fructus*: pomum ootoloculare, octosporum; loculi plures, pluresque sporae abortiunt; *sporae* forma irregulari.



661. RUYSCHIA, (RUISCHE) JACQ. JUSS. LAM. tab. 135. fig. 1. inf. SOUROUBEA AUBL. JUSS. LAM. tab. 135. f. 2. inf. (sub RUYSCHIA), LOGANIA SCOP. GMEI. (ex ordine plantt. sedis incertae). — *Calyx* parvus, penta — hexaphyllus, involucreatus, foliolis imbricatis, persistens; *corollae* petala quinque magna, reflexa; *filamenta* plana; *ovarium* liberum; *stigma* sessile, divisuris fere cruciatis angulosis quatuor, quinque; *stylus* nullus; *bacca* subquinquelocularis, polyspora. (Hoc genus affine *Commersoniae*, distinctum a LAMARKIO).
662. SURUBEA, (SOUROUBEA) AUBL. JUSS. LAM. ill. t. 135. f. 2. (incertae sedis). — *Calyx* penta — hexaphyllus, coriaceus; *corollae* petala quinque, hypogyna, carnosa; *stamina* quinque hypogyna, petalis opposita, cernua; *filamenta* basi dilatata; *ovarium* liberum, quinquestriatum; *stylus* fere nullus; *stigma* planum, quinqueradiatum; *fructus* quinquelocularis. . . .
663. VITIS, (VIGNE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 145. (vinifera). — *Calyx* minimus, quinquedentatus; *corolla* pentapetala, petalis fere semper apice calyptratim cohaerentibus, deciduis non separabilibus, emarctis; *stylus* nullus; *stigma* capitatum; *bacca* supera, globosa, rarius ovoïdea, unilocularis (quinquelocularis ante maturitatem) pentaspora. — (Folia simplicia aut ternata, aut digitata, aut bipinnata; flores dispositi in racemum, interdum sex petalis formati, et muniti sex staminibus).
664. LEONIA, (LEONIE) PAV. et RUIZ. — *Calyx* minimus, quinquepartitus; *corollae* petala quinque, obovata, concava; *nectarolyra* cyathiforme, quinquecrenatum, antheriferum; *bacca* corticosa, maxima, unilocularis; *sporangia* obovatae, nidulantes.
665. ESCALLONIA, (ESCALLONE) LINN. suppl. SMITH. STEREOXYLON RUIZ fl. peruv. (erica. 1.) — *Calyx* quinquedentatus, persistens; *corollae* petala quinque lingulata; *ovarium* adhaerens; *stigma* capitatum, depressum; *fructus*: *bacca* rotundata, sporifera, bilocularia,

laris, calyce coronata, polyspora; sporae multae. — (*Capsula bilocularis*, calyce coronata, basi rimis duabus, quatuor dehiscens; *receptacula* duo in loculo singulo; *dissepimentum* interruptum. syst. veg. florae peruvianae p. 66; sub STEREOXYLO). Nam secundum recentes JUSSIEUI observationes (annales de Museum no. 7.) hoc genus, antea sub onagrariis locatum, locum tenet post *vaccinium*, (hinc *ericas* familiam habet), quocum plurimum convenit.

\*666. MANGIFERA, (MANGUIER) REEL. RUMPH. LINN. JACQ. JUSS. LAM. tab. 138. (terebinthacea I.) — *Calyx* quinquefidus; *corolla* pentapetala, petalis calyce longioribus; *antherae* fere cordatae; *drupa* oblonga, subreniformis, includens nucem oblongam compressam, extrorsum filamentosam, monosporam\*). — (Arbores foliis simplicibus et floribus parvis, albis, in panicula terminali bracteatis; interdum per ovarii abortum masculis).

\*667. SCHREBERA, (SCHREBERA) RETZ. LINN. WILLD. JUSS. CELASTRUS VAHL. MANGIFERA ROTTB. (rhamnea 2.) — *Calyx* parvus, quinquepartitus; *corolla* pentapetala, infundibuliformis; *stamina* inserta fauci corollae; *filamenta* interne squama ciliata munita; *antherae* rotundatae; *styli* duo; *stigmata* duo; *ovarium* liberum JUSS. (*ovarium* disco orbiculari cinctum); *fructus* bilocularis, disporus (*drupa* sicca, ovali oblonga, nucem semibiloculari). \*\*)

668. ELAEODENDRUM, (OLIVETIER) JACQ. LAM. tab. 132. RHAMNUS LINN. SIDEROXYLON LINN. (rhamnea). — *Calyx* penta — decaphyllus, foliis quinque squamosis subtundis, concavis; *corolla* quinquepartita (pentapetala), laciniis ovato lanceolatis, concavis;

---

\*) Jam vero immortalis VAHL post QUALEAE genus aliud MANGIFERAE genus condidit in nuperrima specierum aurea editione sua.

\*\*) PERS. enchir. pag. 7. aliam ROXBURGIJ plantam sub SCHREBERA exhibuit; an igitur sequenti generi vinculo familiari coniuncta haec SCHREBERA?

cavis; *nectarolymata* lineari subulata, petaliformia; *drupa* exsucca, ovalis, nuce bi—triloculari, (loculis duobus abortientibus), mono—dispora; *putamen* crassum, durum, bi—trisulcatum.

669. WALKERA, (WALKÈRE) SCHREB. WILLD. MEESIA GAERTN. LAM. tab. 143. (menispermea). — *Calyx* inferus, quinquepartitus; *corolla* pentapetala; *drupae* quinque, monosporae, uniloculares; *nucis* reniformes.

670. CONORIA, (CONORIE) JUSS. CONOHORIA AUBLET. Guy. tab. 95. (berberidea). *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque conniventia, et introrsum munita *petalo* minori, ad summum patente; *stamina* quinque ungue petalorum interiorum inserta; *antherae* subsessiles; *stylus* unus; *stigma* simplex; *fructus* . . . ? (Frutex ramosus, foliis oppositis stipulatis; floribus in spicis.)

671. RIANA, (RIANE) AUBLET. Guy. tab. 94. JUSS. (berberideis affinis). — *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque basi conniventia, limbo revoluta; *squamae* quinque minores, hypogynae, interne et alternando cum petalis positae; *stamina* quinque super squamarum unguem inserta; *antherae* subsessiles; *ovarium* quinquestriatum; *stylus* incrassatus; *stigma* clavatum; *capsula* oblonga, unilocularis, trivalvis, valvulis compressis, ad medium sporis tribus onustis. (Frutex ramosa, foliis oppositis, floribus in spicis terminalibus.)

672. CALISPERMUM, (CALISPERME) LOUR. conch. I, 194. (berberideis affinis). — *Calyx* quinquefidus, laciniis minimis; persistens; *corolla* pentapetala; *stamina* quinque basi petalorum inserta; *stigma* in *stylo* simplici incrassatum; *bacca* unilocularis; *sporae* numerosae, in pulpa baccae locatae. (Frutex scandens foliis alternis; floribus in racemis oblongis, simplicibus, subterminalibus.)

673. CO-

673. CORYNOCARPUS, (CORYNOCARPE) FORST. LINN. suppl. JUSS. LAM. tab. 143. (berberidea). — *Calyx* inferus, pentaphyllus; *corolla* pentapetala; *nectarolyma* squamae quinque petaliformes, cum petalis alternantes, minores, interne munitae ad basin glandula; *stamina* quinque petalorum unguibus inserta; *antherae* oblongae; *nux* turbinato-clavata, monospora.

674. HUERTEA, (HUERTEE) RUIZ. PAV. tab. 6. et 227. (aralioides? sedis incertae; sec. auctores fl. peruv. rhamnea). — *Calyx* campanulatus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque ovata, sessilia, essicantia, imo calyce deinceps ita adpressa, ut primo intuitu denticuli ipsius calycis esse decem appareant; *stamina* quinque ovario apposita, cum petalis alterna; *antherae* ovales; *ovarium* liberum; *stylus* brevis; *stigma* bifidum, acutum; *drupa*? parva, ovalis, calyce associata, continens *nucem*? unilocularem (pericarpium enim auctores immaturum offenderunt; ovarium autem illud monosporum indicabat. RUIZ. PAV.) una spora repletam.

675. HUMBOLDTIA, (HUMBOLDTE) VAHL. BATSCHIA VAHL. (leguminosa 2.). — *Calyx* monophyllus, quatripartitus, laciniis oblongis; *corolla* pentapetala, petalis oblongis, fere aequalibus, vix unguiculatis; *stamina* corolla multo longiora; *antherae* oblongae, versatiles; *ovarium* pedicellatum; *stigma* obtusum; *legumen* oblongum, compressum.

676. CERDANA, (CERDANE) RUIZ. - PAV. t. 6. (sedis incertae). — *Calyx* tubulosus, decemstriatus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque unguiculata; *antherae* oblongae; *ovarium* liberum, oblongum; *stylus* tenuis; *stigmata* bifida; *drupa* oblonga, calyce comitata; *nux* unilocularis, monospora; *nectarolyma* cyathiforme, ovarium ambiens; (auctores pericarpium immaturum offenderunt, hinc an drupa esset nec ne certificare noluerunt) CORDIAE forsitan congener SCHRAD.

677. PILOCARPUS, (PILOCARPE) VAHL eclog. fasc. I. PLUM. (sedis incertae). — *Calyx* pentaphyllus;



*corolla* pentapetala; *stamina* sub ovario inserta; *capsulae* (cocculi duo ad quinque Vahl.) quinque, (duae — tres abortientes) basi coalitae, elastice dehiscentes, monosporae; *sporangia* arillata. — (*Evonymo* valde affine genus.)

678. CEDRELA, (CEDRELE) BROWN. LINN. JUSS. LAM. tab. 137, CEDRUS MILL. (meliacea 3.) — *Calyx* minimus, quinquedentatus, marcescens; *corolla* infundibuliformis, pentapetala, petalis obtusis, basi dilatata approximatis; vel ipsa basi trifarie receptaculo adnatis; *filamenta* brevia, distincta; *antherae* oblongae; *ovarium* elevatum super discum clavatum incrassatum, cujus basi corolla et summo stamina sunt inserta; *stigma* capitatum; *capsula* ovoidea minor, parum lignosa, quinquelocularis, longitudinaliter quinque valvulis dehiscentis, polyspora, receptaculum placentae pentagona; tota tecta sporis multis alatis basi ala membranaceis, planis, deorsum imbricatis. — (Arbor; quoad fructum *Swieteniae* affinis; folia pinnata sine impari; flores in panicula laxa.)

679. CALODENDRUM, (CALODENDRON) THUNB. diss. JUSS. LAM. Journ. d'hist. nat. No. 2. t. 3. DICTAMNUS LINN. PALLASIA HOUTTUYN. (rutacea? sedis incertae). — *Calyx* quinquepartitus, parvus, persistens, externe villosus; *corolla* pentapetala, petalis canaliculatis, lanceolatis, unguiculatis, undulatis, barbatis; *nectarolyta* squamae quinque supra locatae petaliformes, apice glandulosae, petalis interpositae, receptaculo insertae; *filamenta* staminum quinque, quatuor fertilibus, antheriferis, uno plerumque sterili; *ovarium* pedicellatum, liberum; *stylus* lateralis; *capsula* striis quinque rotata, quinquangularis, quinquelocularis, loculis disporis, calyce associata, pedicellata, quinquevalvis; *sporangia* pisiformes, duae in quaque valvula per abortum.

680. VILLARESIA, (VILLARESIA) RUIZ-PAV. JUSS. (rutaceis affinis). — *Calyx* parvus, quinquefidus; *corolla* pentapetala; *stamina* quinque; *antherae* bifidae;

fidae; *ovarium* superatum *stigmatē* sessili, applanato; *capsula* oblonga, putamine corticata, in mucronem attenuata, unilocularis, bivalvis; *spora* una, tetragona, in villo carnosio contenta. (Frutex.)

681. TODDALIA, (TODDALI) JUSS. LAM. t. 139. VEPRIS TOURN. PAULLINIA LINN. JACQ. SCOPO-LIA SMITH. ined. WILLD. CRANZIA SCHREB. (tere-bintacea 2.). — *Calyx* minimus, quinquedentatus; (quinquefidus?); *corolla* pentapetala; *stylus* brevis aut nullus; *stigma* truncato—capitatum; *capsula* baccata, (exsucca LAM.), pisiformis, punctata, quatri—quinquelocularis, localis quibusdam abortientibus, monosporis. — (Frutices spinosae Asiae; folia terna punctata; flores in panicula axillari; fructus obiecta punctis glandulosis.)

682. POLYCARDIA, (POLYCARDE) JUSS. LAM. tab. 132. (rhamnea 1.). — *Calyx* minimus; quinquelobus; *corollae* petala quinque, rotundata; *filamenta* brevia; *antherae* rotundatae; *ovarium* dilatatum; *stigma* lobatum; *capsula* coriacea, tri—quinquelocularis, valvulis tribus vel quinque semiseptiferis; dissepimentis sporiferis unoquoque latere ad valvularum basin; *sporae* paucae, oblongae, ad hilum semiarillo laciniato munitae. (Flores tres, quatuor, ex apice foliorum nonnullorum, (petaliformium?) provenientes!)

683. PITTOSPORUM, (PITTOSPORE) BANKS GAERTN. VENTEN. LAM. tab. 144. (rhamnea 1.). — *Calyx* inferus, quinquefidus laciniis profundis, hinc fere pentaphyllus, statim caducus; *corollae* petala quinque ad summum plana, ad basin in conum approximata, unguiculata, fere in tubum urceolatum conniventia; *ovarium* liberum; *capsula* fere globosa, parum angulosa, bi—trilocularis, dehiscens in duas vel tres valvulas; loculo quoque tri—tetrasporo, *sporis* resina cinctis; *sporae* pulposae.

684. BYTTNERIA, (BYTTNÉRE) LINN. JUSS. BUTTNERIA WILLD. LAM. tab. 140. (malvacea 6.) — *Calyx* simplex quinquefidus, patens; *corollae* petala quinque,

quinque, concava et ad basin in conum retracta, et intus curvata, ad partem superiorem dilatata divisam in tres lobos, lobis lateralibus brevissimis, medio filiformi, longissimo; *nectarolyma* pentaphyllum; *filamenta* staminum connata in cupulam brevem, limbo nectarolyomatis quinquedentato, dentibus quinque sterilibus, quinque fertilibus, duabus antheris onustis basi concava petalorum obtectis; *ovarium* sessile, cinctum cupula; *stigma* quinqueangulum; *fructus*: *capsula* globosa, muricata pentacocca, formata quinque capsulis fere adhaerentibus, introrsum dehiscens, coccis monosporis, quinquevalvis. — (Frutex spinis armata; rami plurimum angulosi, interdum sarmentosi; media pagina foliorum glandulosa aut basi inflata; flores axillares).

685. AYENIA, (D'AYÉN) LINN. JUSS. LAM. t. 732. AYENIA MEDIC. monad. p. 125. (malvacea 7.) \*) — *Calyx* simplex, quinquepartitus, inferus; *corollae* petala quinque, inserta basi stipite unguibus arcuatis, recurvis, capil-

---

\*) DAYENIA MED. monad. p. 122. — *Calyx* basi monophyllus, profunde quinquefidus; *stamina* duplicia: monadelphica et disiuncto libera; illa primum tubum formant, dein campanulato dilatata, e tubi margine incisurae oriuntur quinque introrsum curvae, et quinque extus curvata filamenta antheris declinatis; haec oriuntur in filamentis quinque semicirculariter curvatis, ad apicem cordata dilatatis et incis, hisque incisuris intrant filamenta monadelphia curvata; incisuris cordatis insident filamenta imperfecta quinque; *ovarium* intra tubum filamentorum pedicellatum vel intra campanam tubi insidens; *stylus* simplex; *stigma* infundibuliforme; *fructus*: capsulae quinque; singula extrorsum convexa, altero et opposito latere arguto, margine rima parva notato quam intrant receptaculi alae, quibus capsulae monosporae connectuntur: E. g. *Ayenia pusilla* LINN. (Dayenia inermis MED.) obs. bot. 1782. p. 114. f. 4—7. — AYENIA JACQ. autem: *calyx* Dayeniae; *stamina* duplicia: Monadelphia, et disiuncto — libera; illa tubo destituta campaniformiter dilatata terminantur filamentis quinque imperfectis; haec in receptaculo orta adscendant circulariter curvata, apice dilatata incumbunt campanae filamentorum monadelphorum; antherae subtus declinatae; *ovarium* intra filamenta monadelphia; *stylus* brevis, filiformis; *stigma* capitatum, quinquesulcatum.

capillaribus, longis, in cernuae formam munita, superius dilatata et in stellulam planam conniventia, ad medium glandula pedicellata superata: cupula *staminum* tecta stellula a petalis formata, ad limbum munita dentibus decem, quinque alternis obtusis staminiferis, erectis, quinque filiformibus, monandris; *nectarolyma* cyathiforme, quinquefidum; *stamina* sub petalis circa crenam inserta, iisque recondita; *ovarium* pedicellatum; *stigma* fero quinquelobum; *fructus*: *capsula* globosa, parva, muricata, depressa, quinesulcata, pentacocca, formata quinque capsulis conniventibus bivalvibus, monosporis, hinc fructus quinquelocularis et quinquevalvis; valvulis bifidis (hinc videtur decemvalvis), elastice dissilientibus; *spora* solitaria (auctores florae peruv. 3. pag. 11.). Suffrutex humilis, floribus axillaribus, minimis; pedunculi uniflori. \*)

686. GLUTA, (GLUTE) LINN. JUSS. WILLD. (ex ord. plantt. sedis incertae). — *Calyx* membranaceus, campanulatus, caducus; *corollae* petala quinque, calyce multa longiora, apice patentia, medio infero pedicello ovarii adposita et adglutinata, ad summum diffusa; *stamina* quinque aequaliter inserta ad pedem membranae ovarii; *antherae* versatiles; *ovarium* pedicello oblongo columnaeformi insidens; *filamenta* apice stipitis inserta; *fructus* . . . ?

687. DIOSMA, (DIOSMA) LINN. LAM. tab. 127. (rutacea). — *Calyx* subquinquepartitus, persistens; *corolla* pentapetala; *nectarolyma* discus quinquefidus, ovarium includens; *capsulae* tres, quinque, coalitae; *sporae* calyptrato arillatae.

\* 688. BURSARIA, (BURSARIE) CAV. PAV. RUIZ. JUSS. mss. (rhamnea 1.). — *Calyx* inferus quinquefido dentatus; *corollae* petala quinque erecta, linearia, approximata disco in fundo calycis locato; *filamenta* receptacu-

---

\*) Hoc et antecedens genus potius ad eorum familiam classis *Monadelphiae* vel potius *malvaceam* translocanda, PER-  
soon. ench. pag. 263.



ptaculo inserta; *ovarium* super discum positum; *stigma* simplex; *capsula* cordiformis, compressa, bipartibilis in duas tresve valvulas, uniloculares, loculo quoque tri — tetrasporo, sporis resina cinctis.

689. POIRETIA, (POIRETIE) CAVAN. SPRENGELIA SMITH. (incertae sedis). — *Calyx* persistens, quinquepartitus, imbricatus; *corolla* pentapetala; *stamina* receptaculo inserta; *antherae* connatae; *stigma* truncatum; *capsula* quinquangularis, quinquevalvis, dissepimentis medio valvularum adpositis, polyspora. (*Calyx* duplex: exterior imbricatus, interior pentaphyllus CAVAN.; ante *Stipheliam*).

690. HOVENIA, (HOVENE) THUNB. JUSS. LAM. tab. 131. (rhamnea 4.). — *Calyx* quinquefidus, vel quinquepartitus; *corolla* pentapetala, petalis introrsum revolutis; *stamina* quinque petala cingunt, (*stigma* trifidum) *stigmata* tria; *capsula* pisiformis, crenata tribus striis, inferne per basin calycis persistentis cincta, trilocularis, trivalvis, loculis monosporis.

691. NAUCLEA, (NAUCLEE) LINN. JUSS. LAM. tab. 154. CEPHALANTHUS LINN. LAM. OUROUPARIA AUBL. UNCARIA WILLD. ap. USTERI. (rubiacea 10.) *Flores* in globum capitatum collecti, sustentati *receptaculo* communi sphaerico, globoso, piloso; *calyx* proprius angulosus fere integer, aut obsolete quinquefidus, *corolla* infundibuliformis, gracilis, tubo quinquefido; *antherae* fere sessilis, parum exsertae; *stigma* incrassatum; *capsula* infera, subtrigona, angulis vicinis compressa, bilocularis, dispora.

692. IMPATIENS, (BALSAMINE) LINN. LAM. tab. 725. BALSAMINA TOURN. t. 235. JUSS. MEDIC. de Monadelphis pag. 70. (geranieis affinis). — *Calyx* minimus diphyllus; *corollae* petala quatuor, (quinque) irregularia, hypogyna, inaequalia, inferiori brevi, basi calcareato, superiori fornicato; lateralibus duo maiora basi appendiculata, aut interdum profunde bifida; *stamina* quinque hypogyna; *filamenta* brevissima, primum monadelphia galeata, deinde maturitate distincta; *antherae* in tubum

bum coalitae; ovarium simplex; stylus nullus; stigma arcuatum, acutum; capsula supera, oblonga, quinquelocularis, (ovalis inflata MED.) polyspora, dehiscens elasticè et dissiliens in valvulas quinque, quae introrsum spiritaliter involvantur; dissepimenta membranacea, uno latere adhaerentia placentae centrali; altero affixa medio valvularum, maturitate sese contrahentes; embryo rectus; albumen nullum. — (Plantae herbaceae, foliis alternis, rarius oppositis, semper stipulis privatis; pedunculi axillares uni — multiflori). \*) In *Balsamina lacca* stylus conicus, stigmata quinque radiata.

693. VIOLA, (VIOLETTE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 725. (cisteis affinis). — Calyx quinquefidus (pentaphyllus?) laciniis corniculatis, prolongatis sursum e basi; corollae irregularis petala quinque inaequalia, postice cornuta, hoc est: superiori maximo, basi calcato cornuto; filamenta distincta, basi duobus appendiculis notata, suspensa in calcare petali superioris; antherae apice membranula in tubum quasi cohaerentes unitae aut distinctae exsertae; stigma arcuatum aut urceolatum; capsula supera, triangula, unilocularis, polyspora, dehiscens elasticè in valvulas tres vel quinque; sporae longitudinaliter medio valvularum affixae per frenula parva umbilicalia; albumen crassum; embryo rectus; lobi orbiculares; radícula infera.

694. JONIDIUM, (JONIDIE) VENTEN. jardin. de Malmaison tab. 27. JON. MEDIC. MONAD. p. 102. et obs. bot. anni 1786. pag. 186. fig. 41 — 44. (cisteis affinis). — Calyx pentaphyllus, foliolis basi in pedunculum et recepta-

---

\*) Alias hoc genus ad familiam Papaveracearum relatum erat a cl. JUSSIEU, et vere quidem proximum adsistit calyce diphylo, corolla tetrapetala, styli absentia; sed remotum tamen distat antheris numero constante et coalitis; fructu multiloculari et multivalvi: placenta centrali: foliis denique interdum oppositis. Ipsi *Geranieis propriis Africæ affine* est hoc genus, sed dissidet suo calcare omnino libero et differenti structura staminum, fructus, sporarum. JUSS. VENT.

receptaculum productis; *corolla* hypogyna, irregularis, pentapetala, fere bilabiata, labio superiori horizontali duobus petalis formato, inferiori e tribus figurato; petalum medium maximum, non calcaratum; *stamina* quinque opposita laciniis calycinis; *antherae* plerisque distinctae; tres filamentis destitutae corollae insertae, duae in filamentis liberis apice in tubum coalitae; *stylus* filiformis; *ovarium* superum; *stigma* simplex capitatum; *capsula* calyce cincta, unilocularis, trivalvis, valvulis medio sporiferis, et apice dehiscentibus, oligosporis. — (JONIA PERS. ench. pag. 256. a. SOLEA SPRENGEL ap. SCHRAD. in diar. 2. 1800. p. 190. tab. 6.) Trunci elongatio herbacea aut suffrutescens; folia stipulis munita, saepissime alterna; pedunculi solitarii, axillares, uniflori.

695. CLAYTONIA, (CLAYTONE) GRON. LINN. JUSS. LAM. tab. 144. (portulacea 2.). — *Calyx* bivalvis; *corollae* petala quinque leviter unguiculata; *stamina* quinque inserta unguibus petalorum; *antherae* cernuae; *stigmata* tria, (*stigma* trifidum PERS.); *capsula* trilocularis, elastice dissiliens in valvulas tres, trispora. — (Elongatio trunci herbacea, folia radicalia).

696. RORIDULA, (RORIDULE) LINN. JUSS. LAM. tab. 141. IRION BURM. DROSERA THUNB. (planta ex ordine sedis incertae). — *Calyx* quinquepartitus seu phyllus, persistens; *corollae* petala quinque, hypogyna, aequalia magnitudine, alternantia cum calyce; *stamina* quinque hypogyna, cum petalis alternantia; *antherae* oblongae, rectae, basi scrotiformes vel tuberculosae, apice duobus parvis poris dehiscentes; *ovarium* superum, stylo unico terminatum; *stigma* peltatum et fere trilobum; *capsula* oblonga, acuminata, trilocularis, trivalvis, valvulae medio septiferae, loculis monosporis, hinc trispora; receptaculum centrale tenue, triangulum, angulis singulis respondentibus dissepimento singulo capsulae; *sporae* oblongae, rigido — asperae.

697. ITEA, (ITEA) LINN. JUSS. LAM. tab. 147. DICRONANGIA MITCH. CYRILLA LINN. JUSS. (rhodora  
race

racea 2.). \*) — *Calyx* minimus, quinquefidus, campanulatus; *corollae* petala (quatuor) quinque elongata, linearia, reflexo patentia, calyci inserta; *antherae* nutantes; *stylus* persistens; *stigmata* duo obtusa, capitata, (bilobum); *capsula* mucronata, bilocularis, bivalvis, valvulis margine introflexo sporiferis MICHAUX. — (Flores in spica terminali, bracteati).

698. LASIOPETALUM, (LASIOPETALE)

SMITH. transact. III. p. 217. VENT. (erica. gen. 160. JUSS. vel sedis incertae). — *Perianthium calyx* monophyllus, rotatus, tri — quatripartitus, tomentosus, persistens; *corolla* minima (rotata) quatuor, quinque petala squamaeformia, inserta basi calycis; hispida (lanuginosa ANDR.) quinquefida, laciniis ovatis incurvatis; *stamina* quatuor vel quinque, basi calycis inserta, petalis opposita; *antherae* postice bilobae, apice poris duobus dehiscentes; *ovarium* superum; *stylus* brevis; *capsula* supera, calyce tecta, trilocularis, trivalvis, dissepimentis e medio valvularum SMITH. *Sporae* vix numerosae, insertae angulo loculorum centrali; (*rhamnearum* familiae affinis).

699. AEGICERAS, (AEGICERE) GAERTN. RHIZOPHORA LINN. MANGIUM RUMPH. — *Calyx* quinquefidus; *corollae* petala quinque; *capsula* arcuata, unilocularis, univalvis, monospora.

700. SAUVAGESIA, (SAUVAGÉSE) LINN. JUSS.

LAM. tab. 140. (sedis incertae aut cistea? \*\*) — *Calyx* pentaphyllus (quinquepartitus), persistens, rectus; *corollae* petala quinque, hypogyna, fimbriata, cum calycis foliolis alterna, caduca; *nectarolyma* pentaphyllum, squamatum, squamis cinctis externe ciliis glanduliferis, staminibus similibus, petalis duplo minoribus et cum  
iis

\*) Etiam ordini naturali, quo *Saxifrageae a Cyrillae genere*, quocum ab aliis auctoribus coniunctum fuit, differunt dissidere Richard apud Michauxium in flora 1. pag. 157. asserrere voluit.

\*\*) Nam cum *viola* familiam naturalem efficere videtur.



iis alternantibus; hypogynis, neque tam cito ut petala caducis, insertis super ovarium; *stamina* quinque hypogyna, cum squamis alterna; *antherae* longae, fere sessiles, quadrangulares, apice dehiscentes; *ovarium* superum; *capsula* oblonga, trilocularis JUSS. (unilocularis L.) trisulca, trivalvis, valvularum marginibus introflexis et sporiferis, polyspora; receptaculum centrale nullum aut minimum; (*stipulae* pennato ciliatae).

701. VENTILAGO, (VENTILAGINE) GAERTN.

— *Calyx* tubulosus, integer, decemstriatus; *corollae* petala squamaeformia calyci inserta, muniunt *stamina* quinque; *capsula* sphaerica, supera, ala longissima membranacea terminata; *spora* una solitaria.

702. BRUNIA, (BRUNIE) LINN. JUSS. LAM. tab.

126. LEVISANUS PLUK. PLUM. (rhamnea 5.). — *Flores* terminales, aggregati in capitulum super receptaculum commune paleaceum, villosum; involucrum *calyx* communis polyphyllus; *calyx proprius* quinquepartitus, superus; *corollae* petala quinque longa, erecta, unguiculata; *staminum filamenta* quinque unguibus petalorum inserta; *ovarium* superum; *stylus* simplex aut duplex, aut bifidus; *stigmata* duo; *drupa* exsucca, ovoïdea, continens nucem fere osseam et bilocularem, includentem numero paucas sporas. — (Frutex ericis et proteis similis).

703. KUHNIA, (KUHNIE) VENT. hort. cels. t. 91.

LINN. fil. JUSS. CRITONIA GAERTN. EUPATORIUM ORTEG. (corymbifera 1.) — *Flores* compositi flosculosi; *calyx* imbricatus, oblongus, cylindricus, includens circumcirca duodecim vel quindecim flores; *antherae* quinque liberae distinctae, cylindricae; *stigma* longum; *spora* solitaria, pappo plumoso; *receptaculum* nudum.

704. LOPHANTHUS, (LOPHANTHE) FORST.

gen. t. 14. JUSS. JAUME II. p. 353. (sedis incertae). — *Calyx* tubulosus, laciniis quinque aequalibus, persistens; *corollae* petala quinque unguiculata ungue tenui, hypogyna; *stamina* quinque hypogyna; *ovarium* superum, villosum;

losum; *stylus* brevis; *stigma* leviter emarginatum; *fructus* monosporus, calyce tectus. — (*Waltheriae* hoc genus proximum).

705. RUBENTIA, (RUBENTIE) COMMERS. JUSS. (rhamnea 2.). — *Calyx* minimus, quinquepartitus; *corollae* petala quinque patentia; ungue dilatato; *filamenta* staminum quinque brevissima; *antherae* rotundatae; *stylus* brevissimus; *stigma* simplex; *drupa* olivaeformis, continens nucem bilocularem, disporam. — (Frutices ramis oppositis, gongylosis; folia opposita, longa, in ramis junioribus angusta et in antiquis ovalia; flores axillares).

706. TRALLIANA, (TRALLIANE) LOUR. CONCH. 1. p. 195. JUSS. MSS. (rhamnea 2.) — *Calyx* quinquefidus, laciniis profundis rotundatis; *corolla* pentapetala; *stamina* quinque, collocata in disco magno recto decemcrenolato; *stylus* unus; *stigma* . . . .; *bacca* bilocularis, dispora. — (Elongatio frutescens, scandens, inermis; folia cordata, glabra; flores dichotomi).

### IX. Flore supero, pentapetalo.

707. RIBES, (GROSEILLER) LINN. JUSS. LAM. tab. 146. GROSSULARIA TOURN. (nopalea 1. cacti JUSS.) — *Calyx* ventricosus, quinquefidus laciniis coloratis; *corollae* petala quinque, summo calycis inserta et cum laciniis calycinis alternantia; *stylus* bifidus; *stigmata* duo; *stamina* quinque, opposita, calycina; *antherae* cernuae; *bacca* infera, globosa, umbilicata, unilocularis, polyspora; *sporae* affixae filis parvis; *placentae* duae oblongae, oppositae et locatae super parietes baccae.

\* RIBESIA, — inermis; floribus racemosis.

\*\* GROSSULARIA, — aculeata; pedunculis plerisque paucifloris, fructibus maiusculis.

708. HEDE-

708. *HEDERA*, (LIERRE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 145. (caprifolia 4.). — *Calyx* superus, quinque-dentatus, dentibus ad basin et persistentibus; *corollae* petala quinque basi dilatata, oblonga; *stamina* quinque alterna; *antherae* cernuae, basi bifidae; *ovarium* ad medium calyci adhaerens; *bacca* globosa, quinquelocularis, loculis monosporis, limbo calycis coronata, dissepimenta angusta, maturitatis statu disparentes.

709. *PLECTRONIA*, (PLECTRONIE) LINN. JUSS. LAM. tab. 146. (rhamnea 6.). — *Calyx* turbinatus, quinque-dentatus, persistens, clausus ad faucem squamis quinque pilosis; *corollae* petala quinque calycis fauci inserta; *filamenta* brevissima; *antherae* didymae; *ovarium* inferum; *stigma* capitatum; *bacca* infera, bilocularis, loculis monosporis, hinc dispora. — (Arbores ramis tetragonis; foliis oppositis, integerrimis; floribus in corymbos dispositis).

710. *GOUANIA*, (GOUANE) POLYGAMA MONOECIA. JACQ. LINN. JUSS. LAM. tab. 845. (rhamnea). — *Flores hermaphroditi*: *calyx* superus, turbinatus, quinquefidus, interne munitus disco membranaceo, prolongato in quinque partes oppositas; calycis laciniis; *corollae* petala quinque, squamaeformia (*corolla nulla* LINN.); *stamina* quinque petalis opposita et involuta; *ovarium* inferum; *stylus* unus; *stigma* trifidum (*stigmata tria*); *fructus* triqueter, formatus tribus cocculis sive quinque capsulis trigonis dorso fere semper bialatis, monosporis evalvibus, hinc non dehiscentibus, tripartibilis JUSS.; *Flores masculi*: *calyx*, *corolla*, *stamina* ut in flore hermaphrodito; *pistillum* abortiens. — (Fruticex sarmentosae et scandentes; foliis alternis, stipulaceis; floribus dispositis in racemos terminales, interdum simpliciter per abortum pistilli masculis).

711. *STRUMPFIA*, (STRUMPFIE) LINN. JACQ. JUSS. (planta sedis incertae). — *Calyx* superus, minimus, quinque-dentatus, persistens; *corollae* petala quinque; *stamina* quinque; *antherae* sessiles, in corpus ovale coalitae, striis quinque cinctae, basi quinque-dentatae;

tatae; ovarium adhaerens; bacca coronata, unilocularis, monospora.

712. **PHYLICA**, (PHYLIQUE) LINN. JUSS. LAM. tab. 127. ERICA SEB. BECKEA BURM. (rhamnea 4.) — *Calyx* perianthium superum, quinquepartitum, turbinatum, villosum; *corollae* petala nulla, vel quinque minima squamaeformia *stamina* quinque munientia; *stigma* simplex; *capsula* (interdum fere baccaeformis) tricoeca, infera, calyce coronata, cocculis monosporis altero latere convexis, altero angulosis. — (Frutices habitu ericarum; folia alterna aut in verticillos congesta, plerumque stipulis privata; flores fere semper terminales).
713. **CARPODETUS**, (CARPODÈT) FORST. gen. t. 17. LINN. WILLD. LAM. tab. 153. (rhamnea 6.) — *Calyx* turbinatus, quinqueidentatus, dentibus caducis, ovario adnatus; *corollae* petala quinque, perigyna, inserta margini calycis; ovarium semiinferum; *stigma* capitatum; *bacca* exsucca, sphaerico globosa, semiinfera, ad medium cincta annulo, quinquelocularis.
714. **GRONOVIA**, (GRONOVE) HOUST. LINN. JUSS. LAM. tab. 144. (cucurbitacea 1.). — Hermaphrodita: *Calyx* campanulatus, quinquefidus, coloratus (munitus interne quinque squamis parvis; — petala LINN.); *corollae* petala quinque squamaeformia, calyce aequae ac *stamina*, quae cum petalis alternant, inserta; *bacca* infera, exsucca, parva, monospora.
715. **IASIONE**, (IASIONE) LINN. JUSS. LAM. tab. 724. **RAPUNCULUS** TOURN. (campanulea 2.) — *Flores* aggregati intra calycem communem, polyphyllum (involucrum), insiti receptaculo nudo; *calyx* quinquefidus; *corolla* rotata, tubo brevissimo; *laciniis* quinque longis linearibus, subtortis; *antherae* in tubum coalitae; *stigma* bifidum; *capsula* infera, quinquangula, bilocularis, calyce coronata, polyspora.
716. **CYPHIA**, (CYPHIE) BERG. JUSS. LOBELIA LINN. (campanulea 1.). — *Calyx* turbinatus, limbo quinque-



quepartito; *corollae* petala quinque basi dilatata, conniventia, ad summum emarginata, linearia, supera; *staminum filamenta* barbata, basi coalita; *antherae* liberae oblongae; *stigma* truncatum gibbosum, cernuum, uno latere pubescens, Fructus . . . ?

717. ARGOPHYLLUM, (ARGOPHYLLE) FORST. JUSS. LAM. tab. III. (erica 2.). — *Calyx* semisuperus (semiinferus) quinquefidus; *corolla* quinquepartita vel pentapetala; tubus interne pentagonus pyramidalis, ad summum reflexus truncatusque (nectarolyma); *stamina* quinque non exserta, brevissima, calyci inclusa; *ovarium* semiinferum; *capsula* cum calyce coalita, sporifera, trilocularis, trifariam dehiscens, polyspora.

718. LIGHTFOOTIA, (LIGHTFOOTE) L'HERRET. LOBELIA LINN. (campanulea \*), — *Calyx* pentaphyllus; *corolla* pentapetala, fundo clausa valvulis staminiferis; *stamina* inserta squamis in fundo corollae conniventibus; *stigma* tri — quinquefidum; *capsula* semisuper, tri — quinquelocularis, tri — quinquevalvis.

719. LAGOECIA, (LAGOECIE) LINN. LAM. tab. 142. CUMINOIDES TOURN. (umbellifera 4.). *Involucrum* universale octophyllum, parziale (involucella) quatriflorum, capillaceo pennatum; *calyx* superus, quinquefidus; laciniis calycinis capillaribus multifidis; *petala* quinque breviora, bicornia s. bifida; *spora* una coronata laciniis calycinis. (CUMINUM BAUH.).

720. SCHRADERA, (SCHRADERE) VAHL. WILD. FUCHSIA SWARZ. URCEOLARIA GMEL. — *Involucrum* universale multiflorum; *calyx* superus, urceolatus; *corolla* quinque — sexfida, campanulata, fauce hirsuta; *bacca* polyspora, (an hujus loci? vel juxta GRONOVIAM?)

721. CO-

---

\*) Scilicet hoc genus nec non ROELLA valvulis staminiferis, caractere familiae campanulatae acque essentiali, ac nectarolyma Ranunculis, campanularum est cives,

721. CONOCARPUS, (CONOCARPE) LINN. JUSS. LAM. tab. 126. (éléagni). — Flores aggregati in capitulum; *calyx* superus, parvus, quinquepartitus, laciniis subulatis; *corolla* pentapetala aut nulla; *capsulae* minimae, numerosae, applanatae, monosporae, marginibus membranaceae, non dehiscentes, axi comuni approximatae, et in cono rotundati formam squamaeformis imbricatae; (*spora* infera solitaria, nuda. PERS. pag. 211.)

X. Flore incompleto, infero.

722. ACHYRANTHES, (ACHYRANTHE, Cadeleri) LINN. JUSS. LAM. tab. 168. (amaranthacea I.). *Calyx* quinquefidus, externe munitus squamis tribus; calyciformibus; *corolla* nulla; *stamina* quinque basi coalita in tubum integrum aut fissum; *ovarium* cinctum quinque squamulis apice imbricatis, cum staminibus alternantibus; *stigma* simplex; *capsula* monospora, non dehiscentis; *spora* solitaria, calycinis foliolis conniventibus obtectum. — (*Stipulae* nullae; trunci elongatio frutescens, aut herbacea, ramosa; spica terminalis; flores sessiles.)

723. AERUA, (ERUA) FORSH. JUSS. ILLECEBRUM LINN. (amaranthacea I.). — *Calyx* quinquefidus, externe duabus vel tribus squamis munitus; *stamina* quinque basi coalita in tubum dentatum, et quasi interposito cuique staminum filum sterile abortivum; *stylus* unus; duo, tria *stigmata*; *capsula* monospora \*).

724. CHENOLEA, (CHENOLE) THUNB. NOV. gen. p. 10. (sedis incertae?). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* nulla; *stylus* filiformis; *stigmata* duo reflexa; *capsula* umbilicata, unilocularis, monospora \*\*).

725. CE-

\*) Hoc genus cum antecedenti conjunctum esse voluit PERSOON enchir. p. 258. s.

\*\*\*) PERS. in enchir. pag. 295. cum genere SALSOLIAE conjunxit.

## 725. CELOSIA, (CÈLOSIE, PASSE-VELOUR)

LINN. MED. monad. p. 92. JUSS. LAM. tab. 168. AMARANTHUS TOURN. (amaranthacea 1.). — *Calyx* corollae pentapetalae facie, externe duabus, tribusve ut plurimum, squamis munitus; *corolla* nulla; *stamina* basi conjuncta in cupulam plicatam vel tubum brevem campanulatum, e cujus margine filamenta quinque exeunt, vel intersita habent fila quinque alterna (nectarolyma) *stylus* simplex, aut bi — vel trifidus; *capsula* circumscisse vel transversim dehiscens in valvulas duas, altera inferne posita, altera supra insidens, utraque polyspora. — (Folia opposita; flores approximati in spicam aut paniculam, interdum compressi in capitulum.) \*).

## 726. ILLECEBRUM, (ILLÉCÈBRE) LINN.

JUSS. L'HERET. stirp. tab. 37. MED. monad. p. 93. (amaranthacea 2.). — *Calyx* quinquefidus, laciniis apice fornicatis, externe squamis tribus munitus; *corolla* nulla; *stamina* basi in tubum urceolatum coalita; *stylus* brevissimus; *stigma* simplex aut bifidum planum; *capsula* quinquevalvis, monospora. — (Flores glomerulo dispositi axillari aut terminali; trunci elongationes diffusae.)

## 727. AMANO A, (AMANO A) AUBL. Guy. tab. 101.

JUSS. (sedis incertae). — *Calyx* minimus, quinquepartitus, laciniis magnitudine aequali; *corolla* nulla; *stamina* quinque hypogyna, alterna cum laciniis calycinis; *antherae* latae, tere sessiles; *ovarium* superum, triangulum; *stylus* nullus; *stigma* concavum triangulum; fructus . . . ?

## 728. ANY-

---

\*) \* CANDELARI MED. monad. p. 91. *Involucrum* commune quinque squamis exterioribus in fasciculos setosos divisum formatum, triflorum; *calyx* pentaphyllus, foliola ovalia; *corolla* nulla; *stamina* quinque patellaeformiter basi coalita; *filamenta* quinque e margine tubi ad basin cordato dilatata; *ovarium* intra staminum tubum; *stylus* filiformis; *stigma* rotundum; *capsula* monospora; Ex gr. *Achyranthes*. (*Celosia* MED. obs. tot. 1782. p. 60. t. 45.) *lappacea* LINN.

728. ANYCHIA, (ANYCHIE) MICHAUX. amer. bor. I. p. 113. (amaranthacea?). — *Calyx* connivens, quinquefidus, laciniis oblongis, ad summum munitis mucrone parvo vel apice subsaccatis; *corolla* nulla; *filamenta* libera, distincta, setulis nullis interpositis; *stigmata* duo oblonga; *capsula* utricularis, non dehiscens, calyce cincta, continens *sporam* unam, subreniformem. — (*Folia* opposita, stipulacea; *stamina* interdum tria, trunci elongatio herbacea, ramosa, prostrata; *flores* fasciculati et bracteis disjuncti.) \*).

729. PARONICHIA, (PARONIQUE, *panarine*) TOURN. JUSS. GAERTN. LAM. tab. 180 ILLECEBRUM LINN. (amaranthacea 3.). — *Calyx* quinquepartitus, laciniis sub apice acuminatis, fornicatis? parum infra summum interne coloratis, squamis quinque linearibus parvis, cum staminibus alternantibus; *stylus* bifidus; *stigmata* duo; *capsula* quinquevalvis, monospora, calyce connivente tecta \*\*).

730. HAGAEA, (HAGAEAE) VENTEN. \*\*) POLYCARPAEA LAM. (caryophyllea 3.). — *Calyx* pentaphyllus vel quinquepartitus; *corollae* petala quinque emarginata, calyce multo breviora; *stylus* simplex; *capsula* trigona, unilocularis, trivalvis, polyspora; *spora*e fundo capsulae insertae per fila parva umbilicalia.

731. GYMNOCARPON, (GYMNOCAPE) FORSK. JUSS. PERS. p. 262. TRIANTHEMA VAHL. (portulacea 1)  
Calyx

---

\*) Ad hoc genus, *illecebris* valde affine, MICHAUX etiam QUERIAM *canadensem* LINN. referri jussit, quam sylvestrem plantam semper pentandram, cultam semper diandram observasse proficitur.

\*\*) Conferri potest imprimis GAERTNER de Sem. et fructu, tom. 2, pag. 219.

\*\*\*) Ad nomen Polycarpea cum Polycarpo confusionem evitantam, VENTENAT ipse hoc commutavit in hortulani *Lahaye* memoriam nomen genericum. JAUME II. P. 112.



*Calyx* quinquepartitus, laciniis coloratis interne, persistentibus; *corolla* nulla; *stamina* decem, duo alternantia fertilia et sterilia; *stigma* simplex; *spora* una, calyce indurato tecta. — (Frutices diffusae).

732. GLAUX, (GLAUX, Glauce) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 141. (lythararia 2.). — *Calyx* monophyllus, campanulatus, coloratus, quinquelobus, lobis extrosum revolutis; *corolla* nulla; *antherae* rotundatae; *capsula* globosa, calyce cincta, unilocularis, quinquevalvis, pentaspora; *placenta* globosa, *sporis* sulcata.

733. COLLETIA, (COLLETIER) COMMERS. JUSS. LAM. tab. 129. (rhamnea 4.). — *Calyx* urceolatus, limbo quatri — sexfido, patente aut reflexo, basi intus villosus; quatuor vel sex squamae petaliformes margini calycis inter lacinias insertae conduplicatae; *corolla* nulla; quatuor, sex *stamina* petalis inclusa; *stigma* trilobum; *fructus*: *capsula* parva, baccata, sicca, cincta per basin calycis persistentis, tricocca, tripartibilis, trispora; *cocculis* monosporis. — (Frutices spinosissimae; rami oppositi, fere aphylli; flores solitarii aut per parvos glomerulos congesti in axillis spinarum.)

734. CERVANTESIA, (CERVANTESIE) RUIZ. PAV. CAV. tab. 475? — *Calyx* minimus, crescens; *corolla* nulla; *squamae* nectariferae quinque, ovales, crenatae, infra lacinias calycis insidentes; *stamina* plana, basi calycis inserta; *nux* calyce carnosio pentagono colorato magno, inferne nuci accreto, involuta, unilocularis.

735. ALZATEA, (ALZATEE) RUIZ. PAV. — *Calyx* quinquefidus, pentagonus; *corolla* nulla; *stamina* receptaculo inserta; *capsula* obcordata, bilocularis, bivalvis, valvulis medio septiteris; dissepimentum contrarium; *sporae* superinpositae, membrana cinctae.

736. MYOSCHILOS, (MYOSCHILOS) RUIZ. PAV. (eleagni). — *Calyx* pentaphyllus, coloratus, persistens; *corolla* nulla; *stamina* laciniis calycinis opposita,

sita, receptaculo inserta; *antherae* rotundatae; *ovarium* oblongum; *stigma* et *stylus* bi — trifidus triangulus; *drupa* oblonga monospora, calyce persistente coronata; *nux* unilocularis rotundata; *squamae* tres sub singulo ovario concavae.

737. **LIGANIA**, (LICANI, Caligni) AUBL. JUSS. LAM. tab. 122. HEDYCREA SCHREB. WILLD. (rosacea 7.) *Calyx* inferus, limbo quinque-dentato sive quinque-fido, turbinatus, basi bracteis duabus munitis; *corolla* nulla SCHREB. (aut petala sex fauci calycis inserta); *stamina* fauci calycis inserta et laciniis ejus opposita; *stylus* recurvus; *drupa* carnosa, olivaeformis, continens *nucem* ovatam, fibris tectam, unilocularem, monosporam.

### XI. Flore incompleto, supero.

738. **THESIUM**, (THÉSION) LINN. JUSS. LAM. tab. 142. ALCHIMILLA TOURN. (eleagni). — *Calyx* superus, monophyllus, quatri — quinquefidus; *corolla* nulla; *stamina* calycis basi inserta et ejus laciniis opposita; *capsula* infera, monospora, calyce persistente coronata, non dehiscens; *radicula* supera. — (Plantae herbaceae aut suffrutescentes; flores dispositi forma diversa, basi munita duabus vel tribus bracteis.)

739. **HELICONIA**, (HELICONE. Bihai) LINN. JUSS. LAM. tab. 148. BIHAI PLUM. MUSA AUBL. LINN. (musacea). — *Spadix* universalis recta; *spatha* partialis disticha, concava, aut cymbiformis includens *thyrsus* florum, dispositorum in spicam confertam sive *glomerulum*; *calyx* nullus; *corolla* (*calyx* JUSS.) supera, bilabiata, vel laciniis duabus profundis; inferiori lacinia simplici, canaliculata; superiori triloba, lobis duobus erectis lateralibus. et positis ad dorsum lobi medii laterioris et canaliculati; (*nectarolyta* diphyllum, *corollae* petala tria); *stamina* sex, uno abortiente filamento sterili brevi spathaeformi; *stylus* filiformis longitudine stamini-

minum; *stigma* simplex, oblongum, prismaticam, ad summum recurvatum; *capsula* oblonga, triangula, trilocularis, loculis monosporis, hinc trispora.

740. STRELITZIA, (STRELITZ) AJT. BANKS. VENT. WILLD. LAM. tab. 148. HELICONIA LINN. (musacea). — Spatha universalis et partialis monophylla terminalis, multiflora; flores muniti spatha partiali. — *Calyx* nullus; *corolla* (*calyx* VENT.) sexfida, laciniis coloratis; tres exteriores magnae, duabus rectis et acuminatis formantibus labium superius, tertia emarginata et canaliculata; laciniae tres interiores cum exterioribus alternantes: una fingens cucullam liquorem melliferum continens, reliquae duae interstitiis duorum labiorum interpositae, basi attenuatae membranaceam expansionem fingunt sexus organa involventem; *stamina* quinque, duo tecta margine alterius laciniae, reliqua tria alterius laciniae margine tecta; *antherae* lineares, longissimae; (*nectarolyta* triphyllum, genitalia involvens); *ovarium* oblongum; *stylus* filiformis; *stigmata* tria agglutinata et exserta; *capsula* coriacea, oblonga, leviter trilocularis, trivalvis, loculis polysporis; *spora* numero plures, duplici serie dispositae, insertae placentae centrali.

741. VILLARESIA, (VILLARESIE) RUIZ-PAV. JUSS. mss. (rutacea 3.). — *Calyx* parvus, quinquefidus; *corolla* pentapetala; *stamina* quinque; *antherae* bifidae; *ovarium* stigmatate sessili, applanato superpositum; *capsula* oblonga, calyce associata, cortice tecta, et attenuata in mucronem, unilocularis, bivalvis; *spora* una tetragona, in arillo crasso contenta. \*)

## DIGY-

\*) RUIZ et PAV. in flora peruviana duo haec genera adhuc in pentandriae primo ordine commemorarunt: 1.) NYCTERISTON: *pericarpio* quinqueloculi, pentasporo; *sporis* solitariis. — 2.) DESFONTAINA: *bacca* quinqueloculi; *corolla* subcampanaeformi, tubo pentagono; *antheris* sagittatis. — (Inscii iam duo sub hoc DESFONT. nomine genera extare).

## DIGYNIA.

## I. Flore monopetalo supero.

742. GENTIANA, (GENTIANE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 109. CENTAURIUM TOURN. (gentiana 1.). — *Calyx* fere quinquepartitus; *corolla* basi tubulosa, campanulata in *Gentiana* TOURN., aut infundibuliformis in *Centaurium* TOURN., rarius rotata, limbo quinquefido, rarius quatuor — novemfido, varia forma, laciniis obtusis aut acutis, ciliatis aut integris, patentibus aut rectis; *stamina* quatuor aut quinque; *stylus* bipartitus; *stigmata* duo; *capsula* bivalvis, unilocularis, polyspora, *receptaculis* duobus longitudinalibus. \*) — (Flo-

\*) WILIBALD SMIDT. apud ROEMERUM nova genera e Gentiana consistens, hunc char. genericum dedit: „*Calyx* „spatha membranacea, bicornis; *corolla* rotata quinquepartita; *filamenta* intra corollae lacinias innata; *antherae* oblongae, sagittatae, circa stylum coalitae; *capsula* ovata, unilocularis, bivalvis; et haec exinde genera „reliqua constituit. 1.) PNEUMONANTHE: *Calyx* monophyllus persistens; *corolla* campanaciformis; *antherae* in tubum connatae; *stigma* didymum, sessile; *capsula* oblonga unilocularis, bivalvis, apice dehiscens, bifida. — „2.) HIPPION: *Calyx* monophyllus, persistens; *corolla* tubulata, plicata, limbo quadri — vel quinquefido; *antherae* simplices liberae; *stigmata* sessilia; *capsula* fusiformis in stylum attenuata, unilocularis bivalvis „apice dehiscens, bifida. — 3.) CHIRONIA: *Calyx* monophyllus persistens; *corolla* tubulata, limbo quinquepartito; *filamenta* ex apice tubi enata; *antherae* defloratae spiraliter contortae; *capsula* bilocularis, bivalvis, „longitudinaliter dehiscens. — 4.) GENTIANA. — „5.) SWERTIA. — 6.) CHLORA: *Calyx* octophyllus; „*corolla* tubulata, octo — duodecimfida; *stigmata* in „crassata, stylo longitudine tubi, simplici vel semibifido „insidentia; *capsula* unilocularis, bivalvis.“

Caeterum eodem apud ROEMERUM loco GENTIANAE LINNAEI species, ita BORKHAUSEN in genera dispescit:

1.) GENTIANA: *Calyx* quadri — quinquefidus; *corolla* infundibuliformis aut hypocrateriformis, quadri aut quinquefida, absque peripetalis; *stamina* numero laciniarum corollae; *stigma* simplex bilobum, bifidumque. (et huc refert G. filiformam L., tetragonam ROTH., quin-



(Flores axillares aut terminales, solitarii aut fasciculati aut verticillati).

743. VII-

quedam L., maritimam L., auream L., macrophyllam PALL., dichotomam PALL.)

2.) GENTIANELLA: *Calyx* quadrifidus; *corolla* hypocrateriformis, quadrifida, absque peripetalis, fundo nectarifero poris quatuor; *stamina* quatuor, antheris supra stigma comiventibus; *ovarium* subpedicellatum, obsolete tetragonum; *stigma* latiusculo revoluto; *capsula* angulis obtusis dehiscens; *sporis* quadrifariam dispositis. — (GENT. lutea L., serrata BORKH.)

3.) CHLORA ADANS. famille des plantes 503 RENEALM. sp. 80. tab. 76. — *Calyx* octo — duodecimfidus; *corolla* octo — duodecimfida, infundibuliformis; *stamina* numero laciniarum corollae; *stigma* bilobum bifidumque. (Gent. perfoliata L., quadrifolia L., dodecandra L.)

4.) CENTAUREUM: *Calyx* tubulosus, subincurvus, quadridentatus; *corolla* tubulosa, irregularis, limbo bipartito, laciniis bipartitis, lacinulis duabus superioribus erectis, duabus inferioribus deflexis, antheram maiorem includentibus, externe patentibus; *stamina* quatuor inaequalia, tria intra tubum, quartum faucis insertum antheram maiorem gerens; *stylus* filiformis, flexuosus; *stigmata* bilabiata interne villosa, labiis reflexis; *capsula* elastice dissiliens. — (Gent. heteroclita LINN.)

5.) ERYTHRAEA RENEALM. sp. 77. tab. 76. CENTAUREUM MOENCH. plautt. Marb. pag. 449. CENTAUREUM minus TOURN. tab. 48. — *Calyx* pentagonus, quinquefidus; *corolla* infundibuliformis, fauce denticulata; *stamina* quinque aequalia; *antherae* post pollinis dimissionem spiritaliter tortae; *stigmata* duo sessilia incrassata. — (Gent. centaureum L.)

a) ASTERIAS. *Calyx* spathaceus; *corolla* rotata, quinque — octofida, absque nectarolyomatibus et parapetalis; *stigma* bifidum, laciniis reflexis. — (Gent. lutea.)

b) COLLANTHA: *Calyx* spathaceus, truncatus; *corolla* campanulata, quinquefida; *stamina* antheris libera, RENEALM. sp. 65. — (Gent. purpurea L.)

c) DASYSTEPHANA RENEALM. sp. 67. tab. 68. — *Calyx* obsolete angulosus, dentatus, tot angulis et dentibus, quot corollae segmenta; *corolla* campanulata, quinque — septemfida; *stamina* antheris liberis; *stigma* bifidum. — (Gent. punctata L., pannonica L., glauca L., triflora PALL., ascendens PALL., algida PALL., auriculata PALL.)

743. VILLARSIA, (VILLARSIE) BOSCH. (gentianeae). — *Calyx* monophyllus, quinquepartitus, laciniis ovato acutis, lanceolatis, erectis, persistentibus, minutis, atropurpureo punctatis; *corolla* monopetala, alba, campanulata, profunde quinquefida, laciniis ovato lanceolatis, ad margines superiores appendiculatis, appendice tenuiori plicato, hinc corollae figura ovato — subcordiformis; *stamina* quinque; *filamenta* fusiformia, longitudinaliter corollae adhaerentia; *antherae* erectae, acutae, luteae; *nectarolymata* decem, quinque corollae insidentia, quinque receptaculo; illa cum corollae laciniis alternantia, sphaerica, stipitata, villosa, staminibus breviora; haec ad basin ovarii sessilia, ovata, subreniformia, glabra, lutea; *pistillum*: *ovarium* ovato — oblongum; *stylus* nullus; *stigmata* duo, tria, membranacea, approximata, submembranacea, ovarium coronant; *fructus* capsula subtetragona, glabra, unilocularis, bival-

- 
- d) CIMINALIS ADANS. familles des pl. pag. 504. CYANA RENEALM. sp. 69. tab. 69. THYLACITIS RENEALM. sp. 70. tab. 68. — *Calyx* obsolete quinquegonus, quinquedentatus; *corolla* campanulata, quinquefida; *stamina* antheris in tubum connatis; *stigma* simplex. (Gent. pneumonanthe L., acaulis L. vel longiflora MOENCH.).
- e) ERICOILA RENEALM. sp. 75. tab. 68. TRETORRHIZA REN. sp. 74. tab. 73. GENTIANAE LINN. species. — *Calyx* tri — quadri — quinquefidus; *corolla* hypocrateri- aut infundibuliformis, quadri — quinque — sexfida; totidem parapetalis non barbatis inter lacinias aucta; *stamina* numero laciniarum corollae; *antherae* liberae; *stigma* unicum simplex aut bilobum bifidumve. — (Gent. verna, bavarica, nivalis, prostrata, aquatica, utriculosa, verticillata, pumila, pyrenaica, altaica LINN.)
- f) ERYTHALIA RENEALM. sp. 72. OPSANTHA REN. sp. 71. GENTIANELLA MOENCH. p. 482. — *Calyx* quadri — quinque — sex — septemfidus; *corolla* tubuloso campanulata, aut hypocrateriformis, tot laciniis quot calycis segmenta, laciniis parapetalis barbatis interstinctis; *stamina* numero laciniarum corollae; *stigma* bilobum, bifidumve. — (Gent. nana KROK., campestris L., amarella L., septemfida FALL.).

bivalvis; *sporae* numerosae, globosae, compressae, fuscae, margini valvularum affixae.

744. SWERTIA, (SWERCE) LINN. JUSS. LAM. tab. 109. GENTIANA TOURN. (gentianeae 1.) — *Calyx* fere quinquepartitus; *corolla* rotata, tubo brevissimo, limbo plano, laciniis quinque lanceolatis, quarum quaeque ad basin interne munita est glandulis duabus ciliatis, (pori nectariferi PERS.); *stamina* quinque *corolla* multo breviora; *ovarium* terminatum *stylo* brevi et duobus *stigmatibus*; *capsula* unilocularis, bivalvis, polyspora.\*) — (Flores axillares et terminales; pedunculi saepe multiflori).

745. CERATIA, (CERATIE) MICHAUX. — *Corolla* subcampanulata, basi cornicula exserens. (HALENIA BORKH. ap. ROEMER. I. qui haec „*corolla* rotata, quadri — quinquefida, laciniis parapetalis subulatis interstinctis.“ SWERTIA corniculata LINN.)

746. FALKIA, (FALKIE) LINN. fil. suppl. JUSS. (borragineis affinis) ANDREW. — *Calyx* subinflatus, quinquepartitus, quinquangularis; *corolla* campanulata, limbo amplo emarginato crenato, (crenato — decempartita ANDR.); *stamina* sex? magnitudine inaequalia; *ovaria* quatuor; *styli* duo divaricati; *stigmata* duo subglobosa, lanata; *sporae* quatuor globosae, nudae, axillatae, in fundo calycis calyce tectae ANDREW.\*\*)

747. CRESSA, (CRESSE) LINN. JUSS. LAM. t. 183. QUAMOCLIT TOURN. (convolvulacea 2.). — *Calyx* (pentaphyllus) quinquepartitus, unitus duabus parvis bracteis; *corolla* hypocrateriformis, vix calyce longior, tubulo-

\*) SCHMITH ap. ROEM. haec dedit: *Calyx* quadri — quinquepartitus, patens; *corolla* rotata, quadri — quinquepartita, nectariferi pori ad basin laciniarum; *stigmata* sessilia; *capsula* unilocularis, bivalvis.

\*) Qui oculatissimus hunc huic generi locum sancivit — ex hexandria remoto; — convolvulum praeterea exacte refert, sed fructu a convolvulaceis ad borragineas amandandum.

-bulosa quinquefida; filamenta tubo insidentia; antheris rotundatis terminata; capsula supera, quadrilocularis, quadrivalvis, mono-vel tetraspora, basi dehiscens.

748. NAMA, (NAME) BROWN. LINN. JUSS. LAM. tab. 184. (convolvulacea 2.). — *Calyx* pentaphyllus vel quinquepartitus, laciniis linearibus; *corolla* tubulosa, limbo amplo, quinquefido vel partito, vel margine quinquecrenulato; *styli* duo; *stigmata* duo; *capsula* oblonga, bilocularis, bivalvis, polyspora; *sporae* dissepimento affixae.
749. HYDROLEA, (HYDROLE, Coutarde) LINN. JUSS. LAM. tab. 184. (convolvulacea 2.). — *Calyx* quinquepartitus vel pentaphyllus; *corolla* rotata aut campanulata, tubo brevi, limbo patente quinquepartito obtuso; *filamenta* ad basin tubi inserta; *antherae* cordatae versatiles; *styli* duo longi divergentes; *stigmata* duo capitato peltata; *capsula* bilocularis, bivalvis, polyspora; *sporae* in dissepimento centrali. — (Elongatio herbacea aut suffrutescens; flores bracteati, terminales aut axillares).
750. ROCHEFORTIA, (ROCHEFORTE) SWARZ. — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* infundibuliformis, fauce aperta, quinquepartita; *fructus* bilocularis, polyspora.
751. EVOLVULUS, (EVOLVULE, Liserolle) LINN. JUSS. LAM. tab. 216. (convolvulacea 2.). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* rotata, campanulata, limbo quinquefido, lobis emarginatis; *styli* duo, profunde bifidi, \*) laciniis capillaribus divergentibus; *stigmata* simplicia; *capsula* bilocularis, quadrivalvis, tetraspora; *sporae* binae (semen solitarium LINN.); cf. RUIZ et PAV.
752. DICHONDRA, (DICHONDRE) FORST. SMITH. LAM. tab. 183. DIMIDOFIA Gmel. (convolvulacea 2.). — *Calyx* quinquepartitus, laciniis subspathulatis;

---

\*) Hinc ex ordine tetragyniae ad hunc locum referendum.



latis; *corolla* rotata, fere brevicampanulata, limbo quinquepartito, tubo brevi; *stamina* quinque subulata; *antherae* rotundatae; *styli* duo; duo *stigmata* peltato capitata; *capsula* partito — didyma, (*capsulae* duae globulosae) subcompressa, bilocularis, loculis monosporis; *sporae* globosae.

753. SIMIRA, (SIMIRE) AUBL. Guy. t. 65. (rubicea 7.). — *Calyx* minimus, quinquedentatus; *corolla* parva, tubulosa, quinqueloba; *stamina* summo tubi inserta; *bacca* parva, ovalis, coronata, bilocularis, dispora. — (Arbor; folia integerrima, petioli perbreves; flores minimi in racemis terminalibus).

## II. Flore infero, pentapetalo.

754. CARMONEA, (CARMONÉE) CAV. tab. 438. (borraginea 1.) — *Calyx* persistens, quinquepartitus; *corolla* rotata, tubulosa, tubo brevissimo, limbo quinquepartito; *antherae* ovaes, oblongae, didymae; *ovarium* globosum, stylis superpositum; *styli* duo capillares; *drupa* globosa, includens nucem sexlocularem; *sporae* solitariae.

755. ZIZIPHUS, (JUJUBIER) TOURN. JUSS. LAM. tab. 185. RHAMNUS LINN. (rhamnea 3.). — *Calyx* patens, quinquefidus, urceolatus; *corollae* petala quinque, squamaeformia, disco orbiculari carnoso glanduloso pistillum ambiente inserta; *stamina* quinque disco inserta; *ovarium* disco cinctum; *styli* duo; *stigmata* duo; *drupa* ovoïdea, continens nucem bilocularem, mono — disporam. — (Arbores mediae altitudinis; folia alterna stipulis saepe spinescentibus; flores axillares), PERS. enchir. p. 240. sub RHAMNO.

756. VELEZIA, (VELEZE) LINN. JUSS. LAM. tab. 186. (caryophyllea 2.). — *Calyx* tubulosus, filiformis quinquedentatus; *corollae* petala quinque unguiculata, brevissima; *stamina* quinque, sex; *styli* duo; *capsula* cylin-

cylindrica, unilocularis, apice quadri-  
valvis, polyspora; sporae plurimae receptaculo filiformi, centrali affixae.

757. LINCONIA, (LINCONA) LINN. JUSS. LAM.  
tab. 527. (ex ord. plantt. sedis incertae). — *Calyx* basi  
urceolatus, apice quinquepartitus, laciniis scariosis,  
canaliculatis, persistentibus; externe quatuor bracteis  
per paria approximatis duplici serie cinctis, exteriori-  
bus minoribus; *corollae* (calyx JUSS.) laciniis paleaeformi-  
bus, canaliculatis, basi foveatis; *stamina* quinque  
cum laciniis (calycis J.) alternantibus; *antherae* sagit-  
tatae; *ovarium* semiadhaerens; *styli* duo filiformes; *stig-  
mata* duo; *capsula* semiinfera, bilocularis, bipartibilis,  
loculis monosporis, nitida.

758. BUMALDA, (BUMALDE) THUNB. diss. et  
Jap. 114. JUSS. (rhamnea 5.). — *Calyx* quinquepartitus,  
*corolla* pentapetala, hypogyna; *stamina* quinque inserta  
petalorum unguibus; *ovarium* superum, villosum; *styli*  
duo villosi; *capsula* bilocularis, birostris.

759. HEUCHERA, (HEUCHÈRE) LINN. JUSS.  
LAM. tab. 184. CORTUSA MICHAUX. (saxifragea 1.). —  
*Calyx* semisuperus, quinque-  
dentatus; *corolla* pentape-  
tala; *stamina* quinque exserta; *ovarium* inferum; *cap-  
sula* birostris, bilocularis, polyspora.

### III. Flore incompleto.

760. GUMILLEA, (GUMILLEE) RUIZ flor. per.  
— *Calyx* campanulatus, quinquefidus; *corolla* nulla;  
*ovarium* subbifidum; *capsula* bilocularis, polyspora,  
birostris.

761. ANABASIS, (ANABASE) LINN. JUSS. LAM.  
tab. 182. SALSOLA CAV. BUXB. (atriplicea 3.) — *Calyx*  
quinquepartitus, basi bracteis tribus munitus; *corolla*  
nulla; — (calyx triphyllus; *corolla* pentapetala PERS.  
p. 297.) — *styli* duo; *bacca* monospora, tecta calyce  
cingente, basi baccato, infra attenuato, limbo patente;  
*spora* spiraliter voluta.

762. CARO.

762. CAROXYLUM, (CAROXYLON) THUNB. JUSS. (atriplicea 3.). — *Calyx* quinquepartitus, adactus externe squamis duabus, interne quinque appendiculis; *stamina* quinque, ad latus ovarii inserta; *ovarium* liberum; *stylus* simplex; *stigmata* unum aut duo; *spora* una tunicata, spiralis, appendicibus calycis conniventibus oblecta; (folia imbricata, sessilia).
763. SALSOLA, (SOUDE) LINN. JUSS. LAM. tab. 181. KALI TOURN. WILLEMETIA MAERLIN; CHENOLEN WILLD. BASSIA ALLION. CHENOPOD. LINN. — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus?) basi capsularis; *corolla* nulla; *styli* duo, tres (bi — trifidi); *stigmata* duo, tria; *capsula* monospora; *spora* cochleata, vel spiraliter intorta; calyce recurvato, limbo coarctato, tecta, calyce in quibusdam margine membranaceo. \*) — (Elongatio trunci frutescens aut herbacea; folia opposita aut alterna, cylindrica aut plana; flores terminales aut axillares).
764. KOCHIA, (KOCHIA) ROTH. (Chenopodea). — *Calyx* monophyllus, campanulatus, quinquefidus, in fructu in marginem foliaceum pentapetaliformem excrecens; fauce clausa dentibus quinque triangularibus; *corolla* nulla; *stylus* unus, brevis; *stigmata* duo, tria, longa; *capsula* unilocularis, mono — dispora; *spora* incurva.
765. ATRIPLEX, (ARROCHE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 853. (atriplicea 3). — Polygama: — *Flores hermaphroditi*: *calyx* quinquefidus vel pentaphyllus; *corolla* nulla; *stamina* quinque; *stylus* bifidus vel bipartitus; *spora* una, calyce tecta, angulosa, dentata, depressa; *flores feminei*: *calyx* diphyllus, compressus, intermixtus floribus hermaphroditis; *corolla* nulla; *stylus* bipartitus; *spora* una, compressa ut in flore hermaphrodito. (Qua sporae nota a Chenopodiis differt, cum quo genere THUNBER-

\*) Quibusdam speciebus generi *Chenopodio* affine, hinc solertius examinandae et sciendae; quare oculatissimus ROTH quasdam sub KOCHIA comprehendere voluit,

BERGIUS hoc atriplicis combinavit). Flores glomerati, paniculati; folia interdum fere opposita; elongatio trunci rarius suffrutescens.

766. CHENOPODIUM, (CHÉNOPODE, Ansefine) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 181. OSYRIS DODON. (atriplicea 3.). — *Calyx* quinquepartitus, (pentaphyllus) maturus pentagonus connivens totus obtegens *sporam* unam, superam, lentiformem, angulosam; *corolla* nulla; *stylus* bi— trifidus. — (Flores approximati per fasciculos dispositi in paniculam).

767. BETA, (BETTE, Poirée) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 182. (atriplicea). — *Calyx* quinquepartitus, (pentaphyllus), laciniis carinatis; *corolla* nulla; *ovarium* parum adhaerens vel semiinferum; *styli* duo; *spora* una, reniformis, intra substantiam baseos calycis infusa, capsulae locum tenentem. — (Elongatio trunci striato sulcata; duo — tres — quatuor flores conferti in fasciculos sessiles et axillares).

768. HERNIARIA, (HERNIAIRE, Herniole) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 180. (amaranthacea 3.). — *Calyx* quinquepartitus, interne coloratus; *corolla* nulla; *squamae* quinque parvae, filiformes, cum *staminibus* quinque alternant. (vel filamenta quinque sterilia cum *staminibus* alterna PERS.); *capsula* monospora, calyce tecta, non dehiscens. — (Elongatio trunci ramosa, repens; flores glomerati, axillares).

\*769. GOMPHRENA, (GOMPHRÈNE, Amaranthine) LINN. JUSS. LAM. tab. 180. MÈD. monad. p. 93. AMARANTHOÏDES TOURN. (amaranthacea 2.). — *Calyx* fere pentaphyllus; externe munitus squamis duabus magnis coloratis, acuminatis, conniventibus (coloratus exterior triphyllus, foliolis duobus conniventibus carinatis PERS.); *corolla* nulla; (*petala* quinque rudia villosa PERS.) *staminum filamenta* per totum ipsorum longitudinem coalitae in tubum longum quinque — decem dentatum, (nectarolyra PERS.), filamentis vix ullis, ad orificium munitum quinque antheris; *capsula* monospora, circum-



circumscissa; ut in *Celosia*; *stylus* semibifidus \*). (Flores capitati vel axillares vel terminales).

770. BOSEA, (BOSE) LINN. JUSS. LAM. tab. 182. (atriplcea 1.) — *calyx* quinquepartitus (pentaphyllus P.); *corolla* nulla; *stylus* nullus aut punctiformis; *bacca* globosa, monospora. — (Frutex elongatione parum torta, foliis acuminatis; floribus in racemis axillaribus).

771. PLANERA, (PLANERE) MICHAUX. (rhamnoidea?) — *Polygama*: *calyx* membranaceus, subcampanulatus, quadri-quinquefidus; *corolla* nulla; *stigmata* duo oblonga, glandulosa, recurva, divergentia; *capsula* (nux?) subglobosa, membranacea, unilocularis, non dehiscens, aut laevis, aut squamulosa, (non alata), monospora; masculi flores intermixti staminibus quatuor-sex. (Frondescentia ulmi, cui valde affinis.)

772. ULMUS, (ORME) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 185. (amentacea 1.) — *Calyx* campanulatus, quadri-quinquedentatus (vel 5. fidus P.) coloratus, persistens; *corolla* nulla; *stamina* tria, sex, plurimum quatuor, quinque, *filamenta* calyce multo longiora; *ovarium* compressum; *styli* numero duo aut nulli; (*capsula*) *samara* GAERTN. fere orbicularis, plano-compressa, membranacea, versus medium inflata, alata, monospora, spora lenticulares. — (Arbores, rarius frutices; folia uno baseos latere longiora; flores saepe sessiles, interdum pedunculati, conglomerati per parvos fasciculos squamaeformes, saepe axillares).

773. CELTIS, (MICOCULIER) TOURN. LINN. SWARZ, JUSS. LAM. tab. 844. RHAMNUS LINN. (amentacea 1.) — Flores polygami, hermaphroditi. *Calyx* quinquepartitus; *corolla* nulla; *stamina* quinque brevissima, antheris fere sessilibus; *ovarium* ovoideum; *styli* duo divaricati, crassiusculi; *drupa* globosa, monospora; *co-*  
*ty*

\*) PERS. enchir. p. 257. sub monogynia.

*tyledones sinuati et plicati; flores masculi inferiores: calyx sexpartitus, stamina sex; corolla nulla. (filamenta elastica.)* — Arbores; flores axillares, fere solitarii aut in racemis, interdum tantum masculi, mixti hermaphroditis aut distincti, positi in axillis inferioribus.)

774. MICROTEA, (MICROTEE) SWARZ. LAM. tab. 182. SCHOLLERA ROHR. (atriplicea 1.) — *Calyx pentaphyllus vel quinquefidus laciniis profundis, patens; corolla nulla; ovarium duobus stylis terminatum; drupa sicca, coriacea, echinata; nuc monospora.*

775. ANDREDERA (ANDREDERE) JUSS. C MEL. BASELIA *vesicaria* LAM. (atriplicea?) — *Calyx bipartitus, dorso carinatus; corolla nulla, stylus bifidus; spora una, calyce compresso, membranaceo bialato tecta.* — (locum inter ANABASIN et BOSEAM dedit PERS. p. 297.)

#### IV. Flore supero, pentapetalo; fructu capsulari, aut dicocco.

776. VAHLIA, (VAHLE) THUNB. JUSS. LAM. tab. 183. RUSSELIA LINN. suppl. \*) (onagraria 1.) — *Calyx superus, pentaphyllus, (vel quinquefidus); corollae petala quinque duplo minora calyce; stamina petalis alterna; ovarium inferum; capsula infera, coronata calycinis laciniis, unilocularis, bivalvis, polyspora.*

777. PHYLLIS, (PHYLLIS) LINN. JUSS. LAM. tab. 186. (rubiacea 2.) — *Calyx minimus, diphyllus vel bifidus; corolla quinquepartita, vel pentapetala; styli duo; stigmata duo pubescendo hispida; sporae duae, conniventes, uno latere planae, convexae altero, oblongae, supra dilatatae et axi centrali filiformi annexae.* — (Frutices foliis verticillatis, lanceolatis; flores in corymbo terminali aut axillari).

778.

---

\*) a RUSSELIA JACQ. VAHL, LAM, t. 539, didynamiae distincta.

778. COPROSMA, (COPROSME) FORST. LINN. suppl. JUSS. LAM. tab. 854. (rubiacea 7.) — *flores hermaphroditi: calyx minimus, quinquefido dentatus (interdum sex-septemfidus); corolla infundibuliformis; quinquefido dentata, (vel sex-septemfidus); stamina quinque (interdum sex vel septem); antherae oblongae; styli duo alte fissi in duas partes basi cohaerentes; bacca infera, rotundata, parum ovata, globosa, pulposa, dispota; sporaе uno latere planae, convexae altero; flores masculi: calyx integer, caeterum idem ac corolla et stamina ut in flore hermaphrodito; — (Frutex foliis oppositis stipulaceis; pedunculi axillares, uni-multiflori).*

779. PANAX, (PANAX, Gin-seng) LINN. JUSS. LAM. tab. 860. ARALIASTRUM VAILL. (araliacea) Polygama; *flores hermaphroditi involucre polyphylo, brevi; calyx quinque-dentatus; corolla pentapetala; stamina quinque; styli duo; stigmata simplicia; bacca infera, fere cordata, umbilicata, bilocularis, dispota. Flores masculi: involucre polyphyllum; calyx integer; petala quinque; stamina quinque. — (Elongatio trunci herbacea, simplex, ad medium munita-tribus foliis in verticillo; ad summum umbellifera; folia digitata; umbella simplex aut ramosa, munita involucre brevi.)*

780. CUSSONIA, (CUSSONE) LINN. JUSS. LAM. tab. 187. (araliacea 1.\*). — *Calyx superus, monophyllus, truncatus, quinque-dentatus, margine dilatatus, crenatus; corollae petala quinque, oblonga, trigona, acuta; fructus didymus, calyce stylisque coronatus, angulosus, compressus, bivalvis, bilocularis, loculis monosporis, (dicocis?) — (Frutices foliis digitatis; floribus in spica aut in racemis umbelliferis).*

V. Flo-

---

\*) THUNBERG. diss. 1. pag. 12. inter *umbellatas* hoc genus retulit; JUSSIEU, natura ipsa monente, ad familiam *Araliacearum*.

V. *Flore supero, pentapetalo; sporis nudis; umbellatae.*

A. *Umbellae involucro (peripodio EHRH.) munitae; umbellulae involucretae.*

781. ERYNGIUM, (PANICAUT) TOURN. LINN.

JUSS. LAM. tab. 187. (umbella anomala 4.) — Flores aggregato capitati; congesti in receptaculo conico, disjuncti paleis lanceolatis asperisque; involucreum polyphyllum; calyx proprius pentaphyllus, superus, persistens; corollae petala quinque oblonga, curva; fructus calyce coronatus, ovali oblongus, bipartibilis, glaber aut muricatus; (umbellulae distichae aut formantes umbellam involucretam, ramosam, saepe irregularem; folia simplicia aut composita, saepe spinosa. Folia Cardui vel Bromeliae, in his integerrima, margine ciliato spinulosa)

782. ARCTOPUS, (ARCTOPE, oursine) LINN.

JUSS. LAM. tab. 855 (umbella anomala 4.) Polygama dioica. Flores masculi: umbella composita; involucreum et involucella pentaphylla; calyx minimus, quinquepartitus; corolla pentapetala; stamina quinque; ovarium nullum; styli duo; flores hermaphroditi: umbella simplex; involucreum magnum, monophyllum, patens, quinquepartitum, laciniis spinulosis; flores masculi multi umbellae centrum vel discum occupant; flores feminei quatuor circum circa radiatim positi; flores masculi in disco, calyce minimo, quinquepartito; petalis quinque, integris, oblongis; stamina quinque: flores feminei quidem in peripheria calyce et corolla ut in masculis; styli duo; fructus quatuor hispidi, biloculares, dispori, involucro persistente et connivente reconditi. (flores masculi in distincta planta) JUSS. — Habitus Eryngii; folia coalita, sinuata, ciliata; flores terminales, ad medium foliorum positi).

783. HYDROCOTYLE, (HYDROCOTYLE, Hy-

drocote) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 183. SOLANDRA

LINN.



LINN. (umbella anomala 4.) — *Umbella simplex*; involu-  
crum tetraphyllum; calyx integer, obsoletus; corollae  
petala quinque integra, plana; fructus compressus, orbic-  
ularis, didymus; sporae semiorbiculatae, munitae qui-  
busdam elevationibus filamentosis; — (Plantae ut plu-  
rimum reptantes. Folia simplicia, integra, interdum  
peltata, rarius lobata; umbella pedicellata, saepe sim-  
plex, terminalis aut axillaris, interdum ramosa).

784 AZORELLA, (AZORELLE) LAM. tab. 189.  
HYDROCOTYLE (tridentata, triloba) THUNB.? (umbelli-  
fera) — *Umbella simplex*; involu-  
crum tri-quinque-  
octo-phyllum; calyx quinque-  
dentatus; corollae petala  
quinque ovata, oblonga, integra, obtusa; fructus fere  
globosus, striatus, calyce persistente coronatus, mono-  
sporus.

785. FRAGROSA, (FRAGROSE) RUIZ et PAV. —  
Flores radiati fertiles. *Involu-  
crum octophyllum; corol-  
lae petala inaequalia; fructus ovatus; sporae striatae.*  
(PERSOON certe pag. 303. enchir. sub HYDROCOTYLE mi-  
litare iussit)

786. SPANANTHE. (SPANANTHE) IACQ. Icon.  
3. et Collect. 3. HYDROCOTYLE WILLD. (umbellifera  
4.) — *Umbella simplex; involu-  
crum subheptaphyllum;  
corollae aequales; petala lanceolata, patentia; fructus  
ovalis, in dorso tristriatus.*

787. CHAMITIS, (CHAMITIS) GAERTN. t. 22, f.  
4. (umbella anomala) — *Umbella nulla aut simplex;  
involu-  
crum nullum aut fere octophyllum; calyx quin-  
quedentatus, persistens; corollae petala quinque ovali-  
oblonga, obtusa, integerrima, alba; styli duo filifor-  
mes; stigmata incrassata; fructus parum globosus; stri-  
atus, sese dividens in duos. (Folia integra, versus elon-  
gationem serrata).*

788. BOWLESIA, (BOWLESIE) RUIZ et PAV.  
(umbellifera) — *Umbella simplex, triflora; flosculi ferti-  
les, paralleli; petala aequalia; fructus tetragonus, subpy-  
ramidalis; sporae echinatae, extus concavae.*

789. **SANICULA**, (SANICULE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 191. **ARTEZIA** PALLAS. (umbellifera 3.) — *Umbellae* in capitulum coarctatae et confertae, *involucella* parva, polyphylla; *calyx* subinteger; *corollae* petala quinque integra, apice curva; *flores* centri masculi, disci abortientes; *fructus* ovoïdeus, fere globosus, scaber punctis duris vel mucicato aculeatus; (Flores fere sessiles, centri masculi; folia palmata aut digitata).
790. **ASTRANTIA**, (ASTRANCE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. [tab. 191. (umbellifera 3.) — *Umbella* triquadriradiata; *involucella* partialia polyphylla, foliolis lanceolatis latiusculis, coloratis, patentibus, aequalibus, petalis longioribus, plantae totius foliis similibus; *umbellulae* multiflorae; *calyx* quinquedentatus persistens; *corollae* petala quinque, curva et bifida; *flores* plurimi steriles abortientes; *fructus* ovoïdeus, calyce superante coronatus; *sporae* duae, uno latere planae, glabrae, altero convexae et quinque angulis elevato transverse rigidae aut asperae; — (folia saepe palmata).
791. **BUPLEURUM**, (BUPLEURE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 189. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, breve, rarius tri-quinquedidum; folia interdum basi coalita; *involucella* pentaphylla, umbellulae maiora; *calyx* integer; *corollae* petala quinque integra, brevia, introrsum semicirculariter involuta, aequalia; *fructus* ovalis vel subrotundus, gibbus, coronatus, striatus, leviter compressus. — (Folia integerrima, interdum basi coalita; flores flavi; umbellae et umbellulae compositae ut plurimum parvo radiorum numero.)
792. **HERMAS**, (HERMAS) LINN. JUSS. LAM. tab. 851. **BUPLEURUM** LINN. (umbellifera 3). Polygama; umbella hemisphaerica radii (floribus masculis deciduis) truncata, centri hermaphrodita; umbellae laterales masculae, *involucrum* polyphyllum, (3 — 12.); *involucella* di-triphylla, unilateralia; *flores* hermaphroditi; *calyx* integer, minimus, quinquedentatus, petala *corollae* quinque integra, aequalia; *stamina* quinque sterilia,  
styli

*stylis* duo; *fructus* rotundatus, parum appianatus, formatus *sporis* duabus ellipticis, suborbiculatis, compressis, stria longitudinali elevatis. *Flores masculi*: calyx et corolla ut in hermaphroditis; *stamina* quinque fertilia.

793. HERACLEUM, (HERACLEE) LINN. JUSS. LAM. tab. 200. SPONDILIUM TOURN. (umbellifera 3.) *Involucrum* polyphyllum, caducum; *involucella* tri-heptaphylla, foliolis longis, linearibus, inaequalia; — *calyx* fere integer; *corollae* petala emarginata, apice inflexo curvata; petala circumferentiae inaequalia, difformia, externa bifida, centri aequalia; *fructus* ellipticus, leviter striatus, compressus, ad summum emarginatus; *spora*e duae margine membranaceae. — (Umbellae et umbellulae formatae magno radiorum numero; flores centrales abortu subiecti.

794. OEHANTHE, (ÉNANTE) TOURN. MORIS. LINN. JUSS. LAM. tab. 203. (umbellifera.) — *Involucrum* interdum nullum, rarius mono-diphyllum; saepissime polyphyllum; *involucella* polyphylla; — *calyx* quinque-dentatus; *corollae* petala quinque, disci cordata, curvata, subaequalia; circumferentiae maiora, bifida, inaequalia; *flosculi* difformes, in disco sessiles, circumferentiae steriles; *fructus* oblongus aut fere ovoideus, retusus, suberoso-corticatus, calyce et pistillo coronatus; *spora*e duae striatae. — (Plantae aquaticae; umbellae efformatae e parvo radiorum numero; umbellulae globulosae).

795. ECHINOPHORA, (ECHINOPIORE) LINN. LAM. tab. 190. (umbellifera 3.) — *Involucrum* tri-tetraphyllum; *involucella* turbinata, quinque-sexfida; *calyx* quinque-dentatus; *corollae* petala quinque inaequalia; *flores* laterales masculi; centrales hermaphroditi, calyce nullo; *spora* una, tecta involucello immersa, spinosa.

796. CAUCALIS, (CAUCALIDE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 192. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, simplex, rarius nullum, aut mono-diphyllum, foliolis integris; *involucella* polyphylla simplicia;

*calyx* quinquedentatus; *corollae* petala inflexo emarginata, recurvato cordata, disci aequalia, circumferentiae, inaequalia; exteriori maiori, bifido; *corolla* radiata; flores disci masculi; *fructus* ovalis oblongus, exasperatus, vel hispidus setis mox dissitis, mox ad latus sporarum positus; *sporae* duae striatae, asperae. — (umbella minori radiorum numero composita).

797. ARTEDIA, (ARTEDE) LINN. JUSS. LAM. tab. 193. TAPSIA TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, pinnatifidum foliolis saepe super elongationem reversis, basi membranaceis, superiori parte fere pectinatis; flores disci fere abortientes; *calyx* quinquedentatus; *corollae* radiatae petala quinque recurvato — cordata, disci aequalia, circumferentiae inaequalia, exteriora bifida; flores disci masculi; *fructus* orbicularis, compressus; *sporae* duae, planae in lobos decem, undecim, margine membranaceo, rotundatae, extrorsum notatae quinque lineis parum exsertis, scariosae; — (Folia multifida, linearia; elongatio cylindrica).

798 DAUCUS, (CAROTTE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 192. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, pinnatifidum; *calyx* integer; *corollae* radiatae petala quinque, curvata, cordata, exteriora maxima; flores circumferentiae abortiunt; *fructus* ovoideus, pilis rigidis hispidus aut muricatus; *sporae* planae, interne striatae, convexae, et parvis lateribus membranaceis externe elevatae; (Umbellae planae per florescentiae statum sese contrahentes, et concavae redditae tempore quo fructus maturitati accedit.)

799 TORDYLIUM, (TORDYLIER) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 193. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, foliolis integris; *involucella* subtriphyllo dimidiata; (involucrum longum, indivisum P.) — *calyx* quinquedentatus; *corollae* radiatae petala recurva, cordata; disci aequalia, circumferentiae inaequalia, exteriora maiora; omnes flosculi teriles aut hermaphroditi; *fructus* compressus, suborbicularis; *sporae*



*sporae* duae leviter planae, margine inflato-callosae et crenatae.

800. LASERPITIUM. (LASER) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 199. ANGELICA et LIGUSTICUM TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* et *involucella* polyphylla foliolis inaequalibus et membranaceis; *calyx* fere integer; *corollae* petala apice curva vel inflexa, emarginata, patentia; *fructus* ovalis aut oblongus; *sporae* duae alis duabus membranaceis saepe erosis angulatum fructum reddunt: — (Umbellae et umbellulae multis radiis efformatae)

801. PEUCEDANUM, (PEUCEDAN) TOURN. LINN. JUSS. ANGELICA et OREOSELINUM TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum (rarius mono-pentaphyllum) reflexum; *involucella* polyphylla, reflexa; utraque, et involucrum, et involucella, brevissima; *calyx* parvus, quinque-dentatus; *corollae* petala quinque, oblonga, inflexa apice, aequalia; *fructus* ovatus, leviter compressus; *sporae* duae striatae, marginibus attenuatae et fere ala cinctae; — (Elongatio praeculta; folia multifido linearia. Centrales umbellae ut plurimum breviores quam radii; flores flavescent.)

802. AMMI, (AMMI) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 193. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, pinnatifidum; *involucella* polyphylla, simplicia; *umbella* laxa; *calyx* integer; *corollae* radiatae petala recurvato cordata; *disci* aequalia, circumferentiae inaequalia; *flores* omnes hermaphroditi; *fructus* parvus, rotundatus; *sporae* duae striatae, laeves. (VISNAGA CAERTN.)

803. HASSELQUISTIA, (HASSELQUIST) LINN. JACQ. JUSS. (umbellifera 3.) — *Involucrum* quinquefidum; *involucella* dimidiata, triphylla; *calyx* quinque-dentatus; *corollae* radiatae petala recurvata, cordata, bifida, *disci* aequalia, inaequalia circumferentiae; *flores* *disci* masculi et abortivi; *fructus* circumferentiae vel umbellae exterioris sporis duabus ovali-orbiculatis margine crenulatis, *disci* vel interioris umbellae formati

matus ex una spora interne concava, haemisphaerica, urceolata: spora altera abortiens, et sese repraesentans forma squamae exsiccatae; — (Umbellula centralis abortiens.

804. **CICUTA**, (CIGUE) TOURN. JUSS. LAM. tab. 195. **CONIUM** LINN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* tri-pentaphyllum; *involucella* triphylla, foliolis reflexis; (*Involucrum* nullum; *involucrum* parziale tri-pentaphyllum PERS. p. 318.) dimidiata; *calyx* integer; *corollae* petala cordata, recurvata, inaequalia; *fructus* ovato leviter globosus; *sporae* duae, quinquangulae, angulis elevatis vel sulcatis, hinc lateribus quinque crenolatae aut tuberculosae; angulis tribus dorsalibus, duobus lateralibus; — (Folia plerumque alato-pinnata.)
805. **EXOACANTHA**, (EXOACANTHE) LABILL. SYR. tab. 2. LAM. tab. 190. WILLD. (umbellifera anomala). — *Involucrum* polyphyllum, foliolis integris, canaliculatis, spinosis; *involucellis* dimidiatis, compositis e radiis magnitudine inaequali; *calyx* integer; *corollae* petala magnitudine aequalia, cordata et recurva; *flores* omnes hermaphroditi; *fructus* ovalis; *sporae* duae ovales, striatae, convexae, uno latere planae.
806. **BUNIUM**. (BUNIE, Suron, Terre-noix) LINN. JUSS. LAM. tab. 197. (umbellifera 3.) — *Involucrum* et *involucella* polyphylla; *umbelae* conferta *calyx* integer; *corollae* uniformis petala quinque curva, cordata, aequalia; *fructus* ovato-oblongus, striatus; *sporae* duae striatae, inter striarum interstitia tuberculosae; — (Truncus subterraneus (radix) tuberosus, fere sphaericus).
807. **ATHAMANTHA**. (ATHAMANTHE) LINN. JUSS. LAM. tab. 194. **CHAEROPHYLLUM** et **OREOSE-LINUM** TOURN (umbellifera 3) — *Involucrum* polyphyllum aut rarius fere triphyllum; *involucella* polyphylla *calyx* integer; *corollae* petala emarginata, apice incurva, fere aequalia; *fructus* ovalis aut oblongus, striatus; *sporae* duae striatae, fere glabrae aut pubescentes, extrorsum elevatae expansionibus quinque membranaceis,

ceis, aut sulcatae striis quinque interdum vix intellegibilibus. — (Umbellae multos radios habent).

808. SIUM, (BERLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab.

197. SISARUM et AMMI TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, reflexum; *involucella* polyphylla, brevia; *calyx* integer; *corollae* petala cordata, recurva, aequalia; *fructus* subovatus vel ovoideus, oblongus, compressus, striatus; *sporae* duae striatae; (Folia saepe alato-pinnata.)

809. SISON, (SISON) LINN. JUSS. SIUM LAM.

SIUM et FOENICULUM et CARVI TOURN. (umbellifera 3.). — *Involucrum* tri-tetraphyllum, inaequale; *rarius* nullum; *involucella* fere tetraphylla; *calyx* integer; *corollae* petala lanceolata, apice recurva; *fructus* ovalis, striatus; *sporae* duae striatae; — (Umbellae paucis radiis constitutae.)

810. OLIVERIA, (OLIVIERE) VENTENAT (Um-

bellifera 2.) — *Char generis*: *Umbella* aequalis, tri-quadriradiata; *umbellulae* tres, quatuor, simplices, aequales, multiflorae, flosculis omnibus fertilibus; *involucrum* tri-tetraphyllum, foliolis numero radiorum; *umbella* brevioribus, profunde trilobis, lobis trifidis; *involucella* polyphylla, foliolis cuneiformibus, trifidis, *umbellulis* vix longioribus; *calyx* quinquedentatus; *corollae* petala quinque, bipartita, laciniis ad basin margine involutis, latere excavatis, superne expansis, undulatis, reflexis; *stamina* quinque; *filamenta* filiformia, primam inflexa et petalorum cavitate recondita; *mox* libera, et exserta; *antherae* subrotundae; *ovarium* subovatum; *styli* duo, teretes, erecti; *stigmata* capitata; *fructus* subovatus, hirsutus, bipartibilis; *sporae* duae, ovatae, hinc convexae, et quinquejugatae, inde planae et unisulcatae. — *Char: essentialis*: *Involucrum* et *involucella* polyphylla, foliolis trifidis; *umbella* paucis radiis constituta; *umbellulae* simplices: *flosculi* omnes fertiles; *calyx* quinquedentatus; *petala* bipartita, aequalia, laciniis profundis; *fructus* subovato-oblongus, hirsutus;

*sproae*

*sporae* duae dorso quinquejugatae, commissura monosulcatae.

811. SELINUM, (SELIN.) LINN. JUSS. LAM. tab. 200. ATHAMANTA LINN. THYSSELINUM TOURN. CARVIFOLIA VAJLL. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum, reflexum; *involucella* polyphylla; — *calyx* integer; *corollae* petala cordata, aequalia; *fructus* compresso planus, ovali oblongus aut rotundatus; *sporae* duae, quinquenerviae, processibus membranaceis duabus lateralibus exsertis striatae.

812. MULINUM, (MULINE) PERS. SELINUM CAVAN. (umbellifera.) — *Umbella* simplex; *involucrum* polyphyllum; *calyx* denticulatus; *corollae* petala quinque lutescentia; *fructus* turgidus, ovatus, profunde sulcatus, angulis rotundis. PERS. ench. pag. 309. \*)

813. GINGIDIUM, (GINGIDIE) FORST. auct. t. 2. JUSS. (umbellifera 3.) *Calyx* quinquedentatus; *corollae* petala lanceolata, cordato recurva; *fructus* ovalis, calyce coronatus; *sporae* quadristriatae. (Umbellae inaequali magnitudine; umbellulae pauciflorae; involucrum hexaphyllum).

814. CUMINUM, (CUMIN) LINN. JUSS. LAM. tab. 194. CAVAN. tab. 360. FOENICULUM TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* et *involucella* regulariter quadrifida, vel tetraphylla, foliolis interdum trifidis et simplicibus; *umbellulae* quatuor; *calyx* integer; *corollae* petala emarginata, apice intorsum curva, fere aequalia; *fructus* ovalis, calyce coronatus, parvus, striatus; *sporae* duae, striatae.

815. FERULA, (FERULE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 205. (umbellifera 3.) — *Involucrum* caducum; *involucella* polyphylla, brevia; *calyx* integer; *corollae* petala oblonga, apice incurva, subaequalia; *fructus* ovalis, compressus, trinervatus processibus membranaceis parum exsertis, marginibus lateraliter exsertis

---

\*) Plantas huius generis omnino habitu a *Selinis* differre concedit generis conditor gravissimus.



tis et erectis; *sporae* duae ellipticae, tri-nervatae; — (Umbellae et umbellulae globulosae, formatae plurimis radiis; flores flavi.)

816. CRITHMUM, (CRITHME, *Bacille*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 197. (umbellifera 3.) — *Involucrum* polyphyllum reflexum; *involucella* polyphylla; *calyx* integer; *corollae* petala quinque integra, apice incurva, fere aequalia; *fructus* ovoideus, compressus, striatus; *sporae* duae striatae; — (*Flosculi* aequales, albi; umbellae et umbellulae hemisphaericae conformatae magno radiorum numero.)
817. BUBON, (BUBON) LINN. LAM. tab. 194. APIUM et FERULA TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* quinquefidum, saepissime pentaphyllum; *involucella* polyphylla; *calyx* fere quinquedentatus; *corollae* petala quinque lanceolata, apice reflexa; *fructus* ovalis, striatus, in quibusdam speciebus villosus; *sporae* duae, striatae, glabrae, saepissime villosae.
818. CACHRYS, (CACHRYTE, *Armarinte*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 205. (umbellifera 3.) — *Involucrum* et *involucella* polyphylla, interdum ramosa; *calyx* minimus integer, aut quinquedentatus; *corollae* petala quinque oblonga, lanceolata, apice recurva, aequalia; *fructus* magnus, (subovatus), ovalis, parum compressus, cylindricus, ut plurimum angulosus aut laevis; *sporae* duae convexae, tectae testa fungosa et suberosa, incrassatae; — (Umbellae et umbellulae efformatae magno radiorum numero; flores flavi.)
819. LIGUSTICUM, (LIVÊCHE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 198. APIUM BAUH. GINGIDIUM FORST. CUCUTARIA TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* saepe heptaphyllum; *involucella* fere tetraphylla, foliolis membranaceis ut in involucre; *calyx* subinteger vel quinquedentatus; *corollae* petala integra, inrorsum voluta; *fructus* oblongus; *sporae* duae, glabrae, altero latere planae, altero convexae, quinque costis incrassatis et exsertis elevatae, hinc quinesulcatae; — (Umbellae et umbellulae magno radiorum numero conformatae),

820. ANGELICA, (ANGÉLIQUE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 193. IMPERATORIA TOURN. (umbellifera 3.) — *Involucrum* tri-pentaphyllum; rarius monophyllum; *involucella* penta-octophylla, rarius nulla; *calyx* leviter notatus quinque dentibus; *corollae* petala lanceolata, apice reflexa, aequalia; *styli* horizontales aut reflexi; *fructus* fere subrotundatus aut ovalis, angulosus, solidus; *sporae* duae costis quinque elevato profunde sulcatae, tripartitae, glabrae; — (Umbella radiis multis constructa).

821. HUANACA, (HUANACE) CAVAN. tab. 528. (umbellifera). — *Involucrum* diphyllum, foliis tripartitis longis; *involucella* polyphylla; *calyx* persistens, denticulatus, denticulis minimis; *corollae* petala quinque lanceolata, patentia; *fructus* ovatus, acutus; *sporae* planae, unisulcatae, externe convexae, tribus lineis elevatis striatae.

*B. Umbellae fere semper nudae; umbellulae involucellatae.*

822. AETHUSA, (AETHUSE) LINN. JUSS. LAM. tab. 196. (umbellifera 2.) — *Involucrum* nullum, aut mono-diphyllum; *involucella* dimidiata, tri-pentaphylla, pendula; *calyx* integer; *corollae* petala recurva, cordata, inaequalia; *fructus* ovoïdeus aut oblongus, striatus aut sulcatus; *sporae* duae striatae vel sulcatae. — (Umbellulae centri breviores.)

823. MEUM, (MEUM) JACQ. SMITH. LIGUSTICUM CRANZ. AETHUSA LINN. SESELI GAERTN. (umbellifera). — *Involucrum* monophyllum; *involucella* paucifolia, sublateralis; *calyx* obsoletus; *corollae* petala quinque integra, inflexa; *fructus* elliptico oblongus; *sporae* duae tricostatae.

824. CORIANDRUM, (CORIANDRE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 196. (umbellifera 2.) — *Involucrum* monophyllum, rarius nullum; *involucella* dimidiata,

diata, triphylla, aut nulla; *calyx* quinque-dentatus; *corollae* radiatae petala quinque emarginata, curva sive inflexa, cordata, disci aequalia, circumferentiae inaequalia; flores centri abortientes; *fructus* sphaericus aut didymus; *sporangia* duae striatae.

825. CHAEROPHYLLUM, (CERFEVIL)

TOURN. GAERTN. LINN. JUSS. MYRRHIS TOURN. SCANDIX LINN. JUSS. (umbellifera 2.) — *Involucrum* nullum (reflexum concavum PERS.); *involucella* ut plurimum pentaphylla; *calyx* integer; *corollae* petala cordata aut emarginata, inflexa, inaequalia; *fructus* oblongus, cylindricus, laevis, subulatus; *sporangia* duae, striatae; — (flores centri abortientes).

\*) CEREFOLIUM, *sporis* laevibus; involu-  
crum passim mono-diphyllum.

826. MYRRHIS, (MYRRHIS) GAERTN. SCANDIX

LINN. JUSS. CHAEROPHYLLUM LAM. ODORATA PENT. (umbellifera) — *Involucrum* nullum; *involucella* regulariter pentaphylla, erecta; *calyx* integer; *corollae* petala quinque cordata aut emarginata, inaequalia; *umbella* composita; *fructus* oblongus, attenuatus apice in rostrum brevem; *sporangia* duae striatae, imo profunde sulcatae, angulis membranaceis, glabrae aut hispidae.

827. SCANDIX, (SCANDIX, *myrrhida*) TOURN.

GAERTN. LINN. JUSS. MYRRHIS TOURN. CHAEROPHYLLUM TOURN. LAM. tab. 201. f. 6. (umbellifera 2.) — *Involucrum* saepissime nullum, rarius polyphyllum, pinnato incisum aut emarginatum; *involucella* pentaphylla; *umbella* simplex; *flores* radiati; *calyx* integer; *corollae* petala quinque emarginata, apice recurva inaequalia, exteriora maiora; *fructus* oblongus, rostro longissimo terminatus, tenerrime striatus; *sporangia* duae glabrae aut hispidae; — (Flores centri abortivi).

828. ANTHRISCUS, (ANTHRISCUS) PERS. p.

320. SCANDIX LINN. CAUCALIS ROTH. CHAEROPHYLL.

PHYLUM LAM. (umbellifera) umbella composita; involucella lanceolata; fructus ovatus, pilis scaber, rostro glabro.

829 PHELLANDRIUM, (PHELLANDRIE) TOURN. LINN. JUSS. OENANTHE LAM. (umbellifera 2.). — *Involucrum* nullum; *involucella* heptaphylla; *calyx* quinque-dentatus *corollae* petala inflexo curvata, cordata, inaequalia; *flores* omnes fertiles, disci sive centri minores; *fructus* ovatus, striatus aut sulcatus, dentibus calycis et pistillo coronatus; *sporangia* duae laeves, elongatae.

830. IMPERATORIA, (IMPÉRATEIRE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab 199. (umbellifera 2.). — *Involucrum* nullum; *involucella* mono — diphylla, brevissima; *calyx* integer; *corollae* petala emarginata, inflexa, fere aequalia; *fructus* subrotundus, ellipticus, compressus; *sporangia* interne plana et notatae duabus lineis fuscis, arcuatis; dorso tribus costis elevatae, medio gibbae, margine alato membranaceae. — (Folia terna; floralia fere opposita.

831. SESELI, (SESELI) LINN. JUSS. LAM. tab. 202. FOENICULUM TOURN. (umbellifera 2.). — *Involucrum* nullum aut monophyllum; *involucella* mono — triphylla, aut polyphylla; *calyx* integer; *corollae* petala quinque recurva, cordata, aequalia; *fructus* parvus, ovoideus, striatus; *spora* una striata. — (Umbellulae breves, globosae).

832. CICUTARIA, (CICUTAIRE) LAM. tab. 195. JUSS. CICUTA LINN. ANGELICA TOURN. (umbellifera 2.). — *Involucrum* ut plurimum nullum, rarius foliolium unum lineare; *involucella* tri — pentaphylla, foliolis maxime erectis, umbellulam saepe comitantibus, brevibus; *calyx* integer; *corollae* petala quinque integra, ovalia, apice curva, fere aequalia; *fructus* ovoideus, sulcatus; *sporangia* duae striatae.



C. *Umbella et umbellulis regulariter nudis.*

833. SMYRNIUM, (MACERON) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 204. LIGUSTICUM VILLARS. (umbellifera 1.). — *Involucro et involucellis nullis; calyx integer; corollae petala quinque acuminata, carinata, apice leviter reflexa, subaequalia; flores flavi, centrales steriles vel abortientes; fructus fere ovalis, globosus, gibbosus, subcompressus, striatus; sporae duae maxime convexae, hinc lunulatae, nervis tribus striatis elevatae.* — (Folia elongationis simplicia aut ternata).
834. CARUM, (CARVI) LINN. JUSS. SESELI LAM. CARVI TOURN. (umbellifera 1.). — *Involucrum submophyllum; involucella nulla; calyx integer; corollae petala quinque sursum reflectendo carinata, inaequalia, emarginata; flores albi, centrales abortu subiecti; fructus ovato — oblongus; sporae duae, altero latere convexae, altero planae, quinque nervis striatae.*
835. THAPSIA, (THAPSIE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 206 (umbellifera 1.). — *Involucrum et involucella nulla; calyx integer; corollae petala quinque lanceolata, apice recurva, flavescentia; fructus oblongus, compressus, duobus extremis emarginatus, alis membranaceus; sporae duae striatae, marginatae uno latere membrana alata, supra infraque emarginatae.*
836. PASTINACA, (PANAJ) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 206. (umbellifera 1.). — *Involucrum et involucella ut plurimum nulla; calyx integer; corollae petala quinque integra, introrsumflexa vel involuta, fere aequalia; fructus ellipticus, compresso planus; sporae duae, leviter apice emarginatae, tribus nervis prominentibus munitae, fere ad margines ciliatae.* — (Flores flavi; folia alato pinnata).
837. ANETHUM, (ANETH, Fenouil) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 204. FOENICULUM TOURN. (umbellifera 1.). — *Involucrum et involucella nulla; calyx integer; corollae petala quinque integra, introrsum involuta in*  
semi-

semicirculum, brevissima, fere aequalia; *fructus* lenticularis, striatus, compressus; *sporae* duae striatae, membrana marginatae aut nudaе. — (Flores flavi; folia multifida).

838. AEGOPODIUM, (AEGOPODE, *Podagraire*) LINN. ANGELICA TOURN. PIMPINELLA LAM. (umbellifera 1.). — *Involucrum* et *involucella* nulla; *calyx* integer; *corollae* petala quinque, ovalia, apice incurvæ, subaequalia; *fructus* ovato oblongus, striatus, costatus, leviter convexus; *sporae* duae striatae.

839 APIUM, (ACHE, *Fersil.*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 196. (umbellifera 1.). — *Involucrum* mono — tri — tetraphyllum; *involucella* involucris consentanea vel utraque nulla; *calyx* integer; *corollae* petala quinque rotundata, apice curvata, aequalia; *fructus* ovoideus, globosus; *sporae* duae striatae, notatae duabus expansionibus membranaceis (nervis) parum exsertis. — (Flores flavescentes).

840. PIMPINELLA, (BOUCAGE) LINN. JUSS. LAM. tab. 203. TRAGOSELINUM TOURN. (umbellifera 1.). — *Involucrum* et *involucella* nulla; *umbellulae* subglobosae, primum nutantes; *calyx* integer *corollae* petala quinque apice curvato cordata, fere aequalia; *stigmata* subglobosa; *fructus* ovali — oblongus; *sporae* duae leviter striatae.

## T R I G Y N I A.

### I. *Flore supero.*

841. VIBURNUM, (VIORNE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 211. TINUS et OPULUS TOURN. (caprifolia 3.). — *Calyx* superus, parvus, quinquepartitus; (quinquefidus) bracteis basi adhaerens; *corolla* campanulata, quinquefida; *stamina* quinque, cum laciniis corollae alternantia; *stylus* nullus; *drupa* aut *bacca* infera, nuce mono-

monospora \*) coronata in *Tinus* TOURN., nuda in reliquis speciebus. — (Frutices foliis oppositis; flores dispositi in umbellam corymbiformem et terminalem).

842. **SAMBUCUS**, (SUREAU) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 211. (caprifolia 3.). — *Calyx* parvus, quinquefidus, (quinquepartitus); *corolla* rotata, quinqueloba, (quinquefida); *stamina* quinque alterna cum corollae lobis; *stylus* nullus; *bacca* rotundata, unilocularis, tri- tetraspora, vix coronata. — (Arbores aut frutices: folia opposita, pinnata cum impari aut bipinnata, in paucis speciebus stipulacea aut in plurimis duabus glandulis stipulaceis munita; flores dispositi in umbellam corymbiformem et terminalem).

## II. Flore infero.

843. **RHUS**, (SUMAC) TOURN. LINN. suppl. WILLD. JUSS. LAM. tab. 207. TOXICODENDRON et COTINUS TOURN. ANACARDIUM LINN. suppl. LAM. tab. 208. (terebinthacea 5.). — *Calyx* inferus, quinquefidus; *corolla* pentapetala; *stamina* brevia; *antherae* minimae; *styli* nulli aut tres brevissimi; *bacca* parva reniformis, compressa, inserta receptaculo in pedunculo dilatato, magno, carnoso, turbinata aut cupuliformis, continens  
nucem

---

\*) BORKHAUSEN ap. ROEM. I. 2. p. 19. ita characterem generis differentialem constituit: „*Calux* persistens, minimus, „quinquepartitus; *corolla* campanulata, quinquepartita; „*stamina* quinque aequalia, laciniis corollae alternantia; „*stigma* unum, tria, sessilia; *drupa* globosa, monospora;“ atque idem auctor seingit *Viburni* genus in tria alia genera. 1.) **TINUS**: *caluce* persistente, minimo, quinquepartito; *corolla* campanulata, quinquepartita; *staminibus* quinque; *stylo* nullo; *stigmatibus* unico sessili; *fructu* autro corticoso, uniloculari, monosporo. — 2.) **OPULUS**: *caluce* persistente, minimo, quinquepartito; *corolla* et *staminibus* ut in **TINO**; *stigmatibus* tribus sessilibus; *fructu* autro pomo monosporo. — 3.) **VIBURNUM**: *calyce*, *corolla*, *staminibus* ut in **TINO**; *stigmatibus* tribus sessilibus; *fructu* drupa monospora.

nucem monosporam. — (Frutices aut suffrutices foliis simplicibus, ternatis aut pinnatis cum impari; floribus in panicula aut in racemis confertis, interdum mēre masculis).

\* 844. SUMACRUS, (SUMACRE) LINN. LAM. tab. 207. (terebinthacea). — *Calyx* infērus, quinquepartitus; *corolla* pentapetala; *drupa* baccaeformis, nuce monospora.

845. SPATHELIA, (SPATHELIE) LINN. LAM. tab. 209. (terebinthacea). — *Calyx* pentaphyllus? (quinquepartitus); *corolla* pentapetala; *stamina* basi dilatata et barbata; *capsula* trigona, trilocularis, trispora.

846. STACKHOUSIA, (STACKHOUSIE) SMITH transact. III. (terebinthacea JUSS. gen. 369.). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* pentapetala, petalis unguibus coalitis; *capsula* tricocca, loculis monosporis.

847. TRICEROS, (TRICEROS) LOUR. conch. p. 230. (terebinthacea 2.). — *Calyx* profunde quinquefidus; *corollae* petala quinque calyce longiora; *stamina* quinque; *styli* tres, uno persistente; *stigmata* tria; *bacca* coriacea, calyce cincta, terminata stylis, trilocularis, loculis disporis. — (Frutex: folia impari pinnata; flores in racemis laxis, subterminalibus).

848. OCHROXYLUM, (OCHROXYLON) SCHREB. (terebinthaceis affinis). — *Calyx* parvus quinquefidus; *corollae* petala quinque, parum incrassata, versus summum cavitate munita; *stamina* quinque brevia; *ovaria* tria locata super discum annularem, trilobum, lobis subdistinctis; *styli* tres breves; *stigmata* tria; *capsulae*? tres, approximatae, internō latere deliscentes; loculi dispori. — (Arbores spinosae aut inermes; folia simplicia, alterna, obsita muricationibus pellucidis; flores in panicula terminali).

849. SAGONEA, (SAGONE) AUBL. JUSS. LAM. tab. 212. REICHELIA SCHREB. PERS. (convolvulea 2.). — *Calyx* magnus, quinquepartitus; *corolla* campanulata, quin-



quinquefida, calyce minor; *stamina* tubo inserta; *antherae* oblongae, versatiles, ad extremum bifidae; *stigmata* capitata; *capsula* trilobularis, polyspora, circumscissa; *sporae* parvae, receptaculo centrali maximo adhaerentes, triangulares.

850. PALIURUS, (PALIURE, *Argalon*) TOURN.  
 LINN. JUSS. LAM. tab. 210. PERS. sub Rhamno p. 241.  
 RHAMNUS LINN. (rhamnea 3). — *Calyx* patens, quinquefidus; *corollae* petala quinque, squamaeformia, disco glanduloso ad basin calycis locato inserta; *stamina* disco inserta; *ovarium* disco cinctum; *styli* tres; *drupa* exsucca, ala membranacea lata orbiculari et striata cincta, hemisphaerica, truncata, continens nucem bi — trilobularem, di — trisporam. — (Flores axillares *Ziziphi*).
851. CASSINE, (CASSINE) LINN. JUSS. LAM. tab. 130. EVONYMUS LINN. mantiss. (rhamnea 2). — *Calyx* minimus, quinquepartitus; *corollae* petala quinque patentia, basi dilatata et fere coalita; *styli* nulli; *bacca* trilobularis, trispora, stigmatate persistente umbilicata. — (Frutices aut arbores mediae altitudinis; folia opposita aut alterna; peduncululi axillares).
852. STAPHYLEA. (STAPHYLIN, *Nez-coupé*)  
 LINN. JUSS. LAM. tab. 130. STAPHYLODENDRON  
 TOURN. (rhamnea 1.). — *Calyx* profunde quinquefidus, concavus, coloratus, basi interna disco urceolato munitus; *corollae* petala quinque inserta disci margine, calyce concolora; *stamina* disco inserta; *ovarium* bi — tripartitum; *styli* et *stigmata* duo vel tria; *fructus*: *capsulae* duae, tres, membranaceae, versus medium coalitae seu connatae, vesiculoso inflatae, dehiscentes interne ad summum, mono — disporae; *sporae* nuces duae osseae, basi umbilicatae et truncatae, fere globosae cum cicatrice. — (Arbores mediae altitudinis; folia opposita, longis stipulis munita, ternata aut pinnata cum impari; flores dispositi in racemum terminalem, bracteatum).
853. TAMARIX, (TAMARISQUE, TAMARIS)  
 LINN. JUSS. LAM. tab. 213. TAMARISCUS TOURN. MED.  
 mona-

monadelph. p. 113. Ej. obs. bot. 1782. p. 162. ubi genera TAMARIX et TAMARISCUS disiunxit. (portulacea). — *Calyx* campanulatus, quinquepartitus, persistens; *corollae* petala quinque calyce maiora; *stamina* quinque — decem; *antherae* rotundatae; *stylus* nullus; *stigmata* oblonga, pubescentia; *capsula* oblonga, triquetra, unilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* coma instructae. — (Frutices Cupresso et Junipero simillimae).

854 DRYPIS, (DRYPIS) MICH. LINN. JUSS. LAM. tab. 214. (caryophyllea 6.). — *Calyx* tubulosus, quinqueidentatus; *corollae* petala quinque unguiculata, ad faucem apice bipartitam bidentata; *capsula* unilocularis, monospora, circumscisse dehiscens; *spora* reniformis.

855. MALESHERBIA, (MALESHERBE) DOMBEX. RUIZ-PAV. GYNOPLEURA CAV. ic. tab. 375. (sedis incertae). — *Calyx* inferus, tubulosus, coloratus, limbo quinquefido, persistens; *corollae* petala quinque, lanceolata, breviora, laciniis calycinis et fauci calycis infra lacinias insidentia; *nectarolyma* coronula decem vel plurimis squamis vel sex, membranaceis, duabus, quatuor, crenatis, petalis alternis constans, fauci corollae insertum; *stamina* filiformia; *antherae* incumbentes basi excavatae nectarolyomatis, pedicellatae, erectae, sagittatae; *ovarium* stipitatum; *styli* tres ad basin (infra apicem CAV.) ovarii orbiculatim adfixi; *stigmata* obtuso — capitata; *capsula* triangularis, unilocularis apice, trivalvis; *sporae* plurimae affixae receptaculis tribus linearibus, per capsulae parietem decurrentibus.

856. TURNERA, (TURNERE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 252. PIRIQUETA AUBL. BURCARDIA SCHREB. (portulacea 1.). — *Calyx* tubulosus, infundibuliformis, limbo quinquefido; exterior diphyllus; *corollae* petala quinque unguiculata, calyci inserta; *stamina* perigyna; *antherae* rectae; *styli* tres; *stigmata* multifida; *capsula* unilocularis, trivalvis, polyspora, *sporas* in medio gerens. (Elongatio trunci herbacea aut suffrutescens; folia alterna non carnosa; flores axillares, solitarii aut super foliorum petiolos inserti).

856. TACHI-

857. TACHIBOTA, (TACHIBOTE) AUBL. Guy. t. 112. JUSS. LAM. tab. 208. SALMASIA SCHREB. PERS. (cisteis affinis). — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corollae* petala quinque, hypogyna, cum calyce alterna; *stamina* hypogyna; *antherae* rotundatae: *stylus* nullus; *capsula* calyce cincta, triangula, trilocularis, trivalvis, valvulis septiferis et versus medium sporiferis, polyspora.

858. SAROTHRA, (SAROTHRE) LINN. JUSS. LAM. tab. 215. HYPERICUM MICHAUX (caryophyllea 6.). — *Calyx* profunde quinquefidus (partitus), connivens; *corollae* petala quinque linearia; *capsula* oblonga, arcuata, unilocularis, trivalvis, polyspora, colorata.

859. ALSINE, (MORGELINE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 214. (caryophyllea 3). — *Calyx* quinquepartitus, (pentaphyllus P.); *corollae* petala quinque, integra aut bifida, aequalia; *capsula* supera, unilocularis, trivalvis, polyspora; *receptaculum* centrale superum. — (Flores axillares aut terminales).

\* 860. SEGETELLA, (SEGETELLE) HOFFM. — *Petala* integra; *stamina* passim tria, quatuor; *folia* stipulacea. \*)

861. TELEPHIUM, (TÉLEPHE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 213. (portulacea 1). — *Calyx* pentaphyllus (quinquepartitus) persistens; *corollae* petala quinque, receptaculo inserta, calycis longitudine; *filamenta* subulata; *antherae* deflexae; *stigma* simplex; *capsula* triquetra, unilocularis, trivalvis, polyspora. — (Elongatio trunci herbacea, cernua; *folia* alterna, stipulacea; *flores* in corymbo terminali).

862. COR-

---

\*) ARENARIA flor. dan. ALSINE VILL. — ALSINE genus enim dividendum aut potius suppressendum, et eius species pro petalorum forma vel stellariis, vel arenariis inse-rendae, a quibus numero staminum inconstante tantum differre videntur. PERS. ench. p. 331.

862. CORRIGIOLA, (CORRIGIOLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 2:3. POLYGONIFOLIA VAILL. (portulacea 1.). — *Calyx* quinquepartitus, (pentaphyllus P.) marginibus membranaceis; *corollae* petala quinque longitudine calycis; *nux* una, calyce tecta, triangula, monospora; *spora* trigona vel triquetra, rotundata, ad summum nucis affixa per funiculum umbilicalem, enatum e fundo capsulae.

863. PORTULACARIA, (PORTULACAIRE) JACQ. SCHREB. CLAYTONIA LINN. (portulacea). — *Calyx* diphyllus, coloratus; *corollae* petala quinque; *spora* una, ovato oblonga, alata, triquetra, basi per calycem et corollam inclusa.

864. PHARNACEUM, (PHARNACE) LINN. JUSS. LAM. tab. 214. CERVIANA MINUART. TRICHLIS HALL. ALSINE PLUK. MÖLLUGO LAM. (caryophyllea). — *Calyx* interne coloratus, quinquepartitus (pentaphyllus P.); *corolla* nulla; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora. — (Folia saepe verticillata; flores axillares aut terminales).

\* 865. XYLOPHYLLA, (XYLOPHYLLE) LINN. GENESIPHYLLA L'HERET. pag. 29. tab. 39. PHYLLANTHUS LINN. (euphorbia 1.). — *Hermaphrodita*: *Calyx* coloratus, quinquepartitus; *corolla* nulla; *stamina* quinque aut sex; *stigmata* lacerata; *capsula* bi — trilocularis, hexaspora. — (Frutices foliis simplicibus alternis, dentatis, stipulatis; flores dentibus foliorum inserti, interdum per abortum ovarii steriles).

866. BASELLA, (BASELLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 215. (atripliea 3.). — *Calyx* urceolatus, septemfidus, laciniis inaequalibus, duabus oppositis latioribus; *corolla* nulla; *stigmata* stylis adnata; *spora* una, calyce in baccam enato tecta, hinc baccaeformis. (PERS. ench. p. 331. vice versa refert: *calyx* nullus; *corolla* septemfida; laciniis duabus latioribus oppositis, tandem baccata; *spora* una). Elongatio trunci recta volubilis; flores in spica axillari.



867. ARUBA, (ARUBE) AUBL. Guy. t. 115. JUSS. (rutaceis affinis). — *Calyx* quinque — sexpartitus; *corollae* petala quinque aut sex disco hypogyno inserta; *stamina* ut plurimum numero quinque, rarius sex vel octo, eodem ac corolla modo inserta; *filamenta* ad basin munita squama villosa; *antherae* quadrangulae; *ovarium* tri- vel sexstriatum; *styli* tres in unum approximati; *stigmata* tria, sex; *fructus* formatus e tribus vel sex capsulis monosporis. — (Frutex ramosa; folia alterna, simplicia aut ternata; flores fere in corymbis axillaribus et terminalibus).

## T E T R A G Y N I A.

868. PARNASSIA, (PARNASSE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab 216. (capparidea). — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corollae* petala quinque hypogyna, calyce alternantia; *nectarolyra* squamae quinque interne positae, corollae angulis insertae, apice glandulis ciliatis munitae, ciliis globosis; *stamina* hypogyna, cum petalis alternantia; *antherae* declinatae; *stylus* nullus; *stigmata* persistentia; *capsula* ovalis, quadrangula, globulosa, apice quadrivalvis, polyspora; *receptacula* parietalia; *sporae* membranaceo marginatae. GAERTN.

## P E N T A G Y N I A.

I. *Flore supero.*

869. ARALIA, (ARALIE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 217. (araliacea). — *Involucrum* umbellulae; *involucella* brevia; *calyx* superus, quinqueidentatus; *corolla* pentapetala; *bacca* globosa, coronata stylis persistentibus, quinquelocularis, pentaspora. — (Arbores aut frutices aut herbae, folia rarissime simplicia, saepius uno — bi — triplicato pinnata; umbella simplex aut ramosa).

870. GOU-

870. **GOUPIA**, (GOUPIE) AUBL. Guy. tab. 116. JUSS. LAM. tab. 217. **GIOSOPETALUM** SCHREB. (rhamnea 2.). — *Calyx* minimus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque, lanceolata, externe disco calycinali, interne apice ligula membranaeformi pendula, munita; *stamina* super discum collocata; *filamenta* brevia; *antherae* quadrangulae; *stylus* nullus; *bacca* pisiformis, quinque-striata, unilocularis, tri — pentaspora, basi calycis persistentis adnata.

## II. Flore infero.

871. **CRASSULA**, (CRASSULE) DILL. LINN. JUSS. LAM. tab. 220. (crassulea). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* pentapetala; *nectarolyma* squamae quinque ad basin ovarii; *capsulae* quinque, uniloculares, polysporae (in quibusdam speciebus altera pars additur aut demitur PERS.). Elongatio trunci herbacea aut frutescens; folia alterna aut opposita, interdum connata.
872. **LAROCHEA**, (LAROCHEE) DECANOOLL. REDOUTE. ROCHEA DEC. (crassulea). — *Calyx* monophyllus, quinquefidus; *corolla* monopetala, infundibuliformis, quinquefida; *squamae* quinque ad basin ovarii; *capsulae* quinque. (CRASSULA MEER.).
873. **GISEKIA**, (GISEQUE) LINN. JUSS. LAM. tab. 221. (portulacea 2.). — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus P.); *corolla* nulla; *staminum filamenta* ad inferiorem partem dilatata; *ovarium* quinquepartitum; *fructus*: *capsulae* quinque invicem approximatae, rotundatae, calyce tectae, monosporae, evalves.
874. **LINUM**, (LIN) TOURN. 176. LINN. JUSS. LAM. tab. 219. MEDIC. obs. botan. 1783. et monad. p. 90. (caryophylleis affinis). — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus PERS.), persistens; *corollae* petala quinque unguiculata; *filamenta* quinque basi coalita, campanulatum dilatata; *antherae* sagittatae; *squamae* quinque cum staminibus alternae; *capsula* globosa, acuminata, quinque

que — multivalvis, valvulis geminatis, quarum quaeque membranis intrantibus loculúm efformat; decemlocularis, loculis monosporis; *spora*e solitariae insertae angulo loculorum centrali, ovoideae, compressae, nitidae; *albumen* nullum; *cotyledones* planae, rectae; *radicula* supera. — (Plantae herbaceae aut suffrutescentes; foliis saepe alternis, rarius oppositis).

875. ALDROVANDA, (ALDROVANDE) LINN. JUSS. LAM. tab. 220. (ex ordine plantarum sedis incertae). — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corolla* pentapetala, persistens; *ovarium* superum; *capsula* pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, decaspora; *spora*e affixae parietibus internis.

876 DROSERA, (DROSERE, ROSSOLIS) LINN. JUSS. LAM. tab. 220. ROSSOLIS TOURN. (capparideis affinis). — *Calyx* quinquepartitus (quinquefidus), persistens; *corolla* pentapetala hypogyna, petalis calyce alternis; *stamina* quinque alternantia cum petalis; *antherae* filamentis adnatae; *ovarium* superum; *capsula* turbinata aut rotundata, angulata, calyce cincta, unilocularis, polyspora, apice tribus, quinque valvulis (subquinquevalvis TH.) dehiscent. (*styli* etiam sex) \*) — Elongatio herbacea; folia radicalia, alterna, pilis ciliisve glandulosis oblecta; flores in spica super trunci elongationem aphyllam.

\* 877. MAHERNIA, (MAHERNIE) LINN. JUSS. LAM. tab. 218. (tiliácea I.). — *Calyx* campanulatus, quinquefidus; *corollae* petala quinque basi coalita, unguibus non spiraliter convolutis; *staminum filamenta* recta, basi complanata, versus medium dilatato cordata, apice filiformia; *antherae* sagittatae, conniventes; *styli* quin-

---

\*) Sequitur sum THUNBERGIO, viro summo, qui dedit dissertationem monographam de Drosera; coniungi iussit Droseram et Floridulam, neque temerarius, cum *Dros. lusitanica* sit monogyna et vel decandra; denique opinatur, admirabile genus DIONAEAE cum Droseris coniungi posse.

quinque approximati coadunati in unum; *stigmata* nequalia; *fructus* (*capsula*?) parvus, quinquangulus, quinquelocularis, quinquevalvis, valvulis medio septiferis, loculis polysporis. — (Frutices foliis alternis, simplicibus, stipulaceis; flores axillares et terminales).

878. COMMERSONIA, (COMMERSONE)

FORST. JUSS. LAM. tab. 218. (ex ordine plantt. sedis incertae). — *Calyx* monophyllus, quinquepartitus, laciniis ovato — mucronatis, corollifer; *corollae* petala quinque calyci inserta, cum eius laciniis alterna, basi utroque latere dilatata, et utrinque lobo introrsum flexo adauca; *stamina* brevissima, inserta petalorum unguibus; *antherae* rectae, rotundatae, didymae; *nectarolyma* FORST. tubus sive annulus inter stamina et ovarium positum decempartitum, laciniis quinque alternis filiformibus, barbato villosis, lanceolatis; *ovarium* villosum, globosum, quinque lateribus elevatum; *styli* quinque recti, approximati; *stigmata* globosa; *capsula* rotundata, globosa, echinata filis longis et plumosis, quinquelocularis, loculis disporis; *spora*e ad umbilicum suum arillo membranaceo ad marginem subtilissime laciniato munitae; *embryo* rectus, albumine crasso circumdatum; *cotyledones* planae, fere foliaceae; *radicula* infera.

879. SIBBALDIA, (SIBBALDE) LINN. JUSS. LAM.

tab. 221. FRAGARIA TOURN. (rosacea). — *Calyx* patente limbo decemfidus, laciniis quinque alternis magis erectis; *corollae* petala quinque calyci inserta; *stamina* parva; *styli* excedunt e latere ovariorum; *spora*e quinque calyce connivente tectae. — (Elongatio trunci herbacea foliis ternatis; foliolis simplicibus, divis; flores axillares et terminales; interdum *styli* decem).

880. STATICE, (STATICE) TOURN. LINN. JUSS.

LAM. tab. 219. LIMONIUM TOURN. (plumbaginea). — *Calyx* mono — diphyllus, integer, limbo plicato, scarioso, persistens; *corollae* petala quinque (rarius monopetala, quinquefida) unguiculata, inferne coalita; *stamina* inserta basi petalorum; *capsula* ovalis, tota calyce tecta,



tecta, monospora; spora supera; placenta filiformis ad basin capsulae nascens.

\* ARMERIA: Scapo simplici, floribus capitatis, caule communi polyphylo.

\*\* LIMONIUM: floribus sparsis in scapo paniculato, aut spicato, s. caule folioso.

881. PIRIQUETA, (PIRIQUETE) AUBL. Guy. t. 117. JUSS. (cisteis affinis vel novae familiae civis). — *Calyx* pentaphyllus, caducus; *corollae* petala quinque aequalia, cum calyce alterna; *stamina* quinque hypogyna; *antherae* ovales; *styli* quinque, sex; *stigmata* quinque, sex, dilatata, quinquestriata; *capsula* unilocularis, triquadri-valvis, receptaculum versus medium sporis septem vel octo onustatum. — (Planta villosa, folia alterna, pedunculi axillares, solitarii et uniflori).

### D E C A G Y N I A.

882. SCHEFFLERA, (SCHEFFLÉRE) FORST. JUSS. LAM. tab. 221. (ex ordine plantarum sedis incertae). — *Calyx* minimus, superus, urceolatus, quinque-dentatus, persistens; *corollae* petala quinque calycis dentibus interposita; *antherae* rotundatae; *ovarium* superum; *styli* octo — decem se aperientes in radios, persistentes; *stigmata* octo, decem; *capsula* globoso depressa, octo — decemlocularis, octo — decaspora, loculis monosporis, calyce tecta.

### P O L Y G Y N I A.

883. MYOSURUS, (RANONCULE, Myosure) J. BAUH. LINN. JUSS. LAM. tab. 221. RANUNCULUS TOURN. (ranunculea 1.). — *Calyx* coloratus, pentaphyllus, foliolis supra basin porrectis adhaerentibus, deciduus; *corollae* petala quinque brevia, unguibus filiformibus,

mibus, tubulosis, (*Nectarolyma* folia quinque ligulata, petaliformia P.); *stamina* quinque ad duodecim; *capsulae* numerosae, acuminatae, monosporae, receptaculo elongato caudato, tenui, et styliformi insertae.

884. CERATOCEPHALUS. (CERATOCEPHALE) MOENCH. RANUNCULUS *falcatus* LINN. MORIS. JACQ. WILLD. (*ranunculea* 1.). — *Calyx* pentaphyllus, persistens *corollae* petala quinque, poro ungue mellifero, squamula tecto; *sporae* plurimae, per paria dorso adnata, rostro acinaciformi; *receptaculum* demum elongatum spicaeforme. \*)

885. ZANTHORHIZA, (ZANTHORHIZE) L'HERET. JUSS. XANTHORHIZA MARSH. (*ranunculea* 5.). — *Calyx* pentaphyllus aut quinquifidus (nullus P.); *corollae* petala quinque unguiculata, glanduliformia, subdidyma, minima, (*corollae* petala quinque, *nectarolymata* quinque, *pedicellata* PERS.); *stamina* quinque, decem; *capsulae* numerosae (quinque P), compressae, oblongae, membranaceae, apice semibivalves, monosporae.

---

\*) Scapo antecedenti genere affinis PERS.

---

---

# CLASSIS SEXTA.

---

## HEXANDRIA.

### MONOGYNIA.

#### I. Flore calyce et corolla instructo, spathaceo.

886. BROMELIA, (ANANAS) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 223. KARATAS PLUM. ANANAS PL. TOURN. (bromeliacea 2). — *Calyx* superus, duplex; exterior tubulosus, trifidus, brevis; *corolla* (calyx interior) tripetala (laciniis certe profundis tribus), petalis calyce longioribus, conniventibus, petalo quoque ad basin squama particulari munito nectarifera; *stamina* summo calycis inserta, aut super glandulam calycinam tegentem ovarium (deinceps epigyna apparentia?); *antherae* rectae, sagittatae; *stigma* trifidum; *bacca* umbilicata, trilocularis, polyspora; *spora*e nidulantes in cellulis propriis. — (Plantae herbaceae, quibusdam parasiticis; folia radicalia canaliculata, saepe ad margines dentato — spinosae).

887. MUSA, (BANANIER) LINN. JUSS. LAM. tab. 836. 837. (musacea). — *Polygama*: *spatha* magna, supera, multiflora; *calyx* profunde bipartitus, lobo superiori et inferiori quinquedentato; *flores hermaphroditi*: *calyx* nullus; *corolla* (calyx JUSS.) dipetala, petalis oblongis, concavis, inaequalibus; scilicet altero externo, magno, erecto, quinquedentato; altero interno, breviori et minori, integro, cordato, nectarifero; *stamina* sex, quorum  
nunc

nunc unum, nunc quinque perfecta (secundum LINN.); ovarium oblongum; stylus cylindricus; stigma capitatum, angulis sex parum exsertis munitum; bacca oblonga, forma Elateris, triquetra, attenuata duabus marginibus, trilocularis, loculis vix distinctis, polyspora; sporis fere semper abortientibus. — Flores masculi: calyx et corolla ut in hermaphroditis; stamina quinque sex sterilia et imperfecta; pistillum abortiens. — (Elongatio praealta, herbacea, per omnem elongationem tecta expansionibus membranaceis foliorum; flores dispositi in axi solitaria cernua, superiores steriles, fertiles inferiores). \*)

888 PITCAIRNIA, (PITCAIRNE) L'HER. sert. angl. t. II. VENT. LAM. tab. 224. RENEALMIA FEUILL. (PUYA MOLIN. \*\*) HEPETIS SWARZ. (bromeliacea 2). — Calyx semisuperus, tubulosus, basi ventricosus, trifidus laciniis conniventibus, brevioribus; petala tria linearia, altero in alterum intus revoluta; squama nectarifera nulla; stamina inserta corollae; stigma trifidum, spirali-ter tortum; stylus striis tribus sulcatum; ovarium semi-inferum; capsula trigona, fere tricocca, polyspora, in- trorsum dehiscens in partes tres, (hinc videntur capsu- lae tres); spora alatae, aut utrinque in setam longam terminatae.

\*POURRETIA. RUIZ-PAY. — Calyx inferus, tripartitus; antherae sagittatae incumbentes, linea- res; capsulae valvis septiferis; corolla cum stamini- bus submarcescens spiralis. \*\*\*)

889. PUYA, (PUYA) MOLIN. JUSS. (bromeliacea 2.) — Calyx fissus, laciniis interioribus tribus (corolla?) mul-

\*) CASIMIR MEDICUS in praestantissimo libro „Pflanzen- physiologische Bemerkungen“ 1803., aliique oculatissimi viri coniecerunt, hoc genus ad pentandriam esse refe- rendum.

\*\*\*) PERSON in enchir. hoc ad genus retulit.

\*\*\*\*) Hoc genus CAVANILLES non a PITCAIRNIAE genere dis- tinctum putat; cui RUIZ observatur, certe si quaedam intersit coniunctio, proxime cognatum esse ponendum genus.



multo maioribus; *stamina* ad summum calycis inserta, sustentata filamentis basi squamosis; *ovarium* inferum, triangulare; *stylus* et *stigma* simplex; *capsula* trilocularis, polyspora, *sporis* parvis; — (Plantae trunci elongatione incrassatae et suberosae; foliis alternis, elongationem plus minus cingentibus) num ante Xerophyta ponenda?

§90. GUZMANNIA, (GUZMANNIE) RUIZ. PAV. — *Calyx* inferus, tripartitus, laciniis revolutis; *corollae* petala tria, in tubum convoluta; *antherae* in cylindrum coalitae; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* oblongae, nudaе.

§91. TILLANDSIA, (TILLANDSIE) PLUM. LINN. LAM. tab. 224. RENEALMIA et CARAGUATA PLUM. (bromelliacea 1.) — *Calyx* oblongus, trifidus, persistens, subconvolutus; *corolla* calyce maior trifida in RENEALMIA PLUM., aut tubulosa, campanulata in CARAGUATA PLUM., colorata; *stamina* summo calycis inserta; *capsula* obtuse trigona; trilocularis JUSS. (unilocularis LINN.), polyspora; *sporae* comosae; — (Folia saepe radicalia; flores super elongationem aphyllam spicati aut paniculati; plantae herbaceae, omnes fere parasiticae, habitu Aloës et Ananas.)

§92. BURMANNIA, (BURMANNE) LINN. JUSS. LAM. tab. 225. (bromelliacea 1.) — *Calyx* prismaticus, tubulosus, angulis membranaceis, coloratus, limbo sexfido; laciniis tribus interioribus minoribus, petaloidis (hinc *corollae* petala tria); *stamina* fere sessilia, ad calycis summum posita; *ovarium* oblongum; *capsula* trilocularis, polyspora, recta, trivalvis, calyce tecta; *sporae* minimae.

§93. TRADESCANTIA, (TRADESCANTE, Ephémérine) LINN., JUSS. LAM. tab. 226. EPHEMERUM TOURN. (juncinea 2.) — *calyx* triphyllus; *corolla* tripetala; *filamenta* villosa pilis articulatis; *stigma* tubulosum; *capsula* trilocularis, trivalvis, oligospora; *sporae* parieti internae valvularum affixae.

§94. ZA-

\* 894. ZANONIA, (ZANONIE) CRAMER enum. pl. p. 75. PENAR-VALLI RHEED. ? — *Calyx* tripartitus; *corolla* tripetala, deinceps baccans; *filamenta* villosa; *antherae* geminae, uniformes; *capsula* trilocularis, *corolla* baccante inclusa; (COMMELINA LINN.)

895. STEPHANIA, (STEPHANIE) WILLD. CAP-  
PARIS JACQ. — *Calyx* campanulatus, bilobus; *corolla* tetrapetala; *stamina* bina, inferiora duo longiora; *ovarium* pedicellatum; *stigma* sessile, capitatum; *capsula*. . . ?

896. FRANKENIA, (FRANQUENNE) LINN. JUSS.  
LAM. tab. 262. (caryophyllea 7.) — *Calyx* infundibuliformis, fere cylindricus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque unguiculata, unguibus interne canaliculatis; *stigmata* tria (stigma bi-tri-partitum P.); *capsula* unilocularis, trivalvis, polyspora; — (Plantae minimae, diffusae; foliis oppositis, brevissimis; floribus parvis terminalibus, per glomerulos parvos approximatis, aut axillaribus et terminalibus; *stamina* interdum quinque ad decem; fructus trilocularis secundum ADANSON.)

897. COSSIGNIA, (COSSIGNI) COMMERS. JUSS.  
CONIGNEA WILLD. COSSINIA LAM. tab. 256. (saponacea 2.) — *Calyx* inferus, quinquepartitus, persistens; *corollae* petala quatuor, rarius quinque, ad basin unguiculata; *ovarium* leviter triangulum; *stylus* brevis; *capsula* ovalis, trigona, leviter plicata, trilocularis, loculis bi-trisporis, sexvalvis, apice dehiscens; *sporae* duae, tres, rotundatae, receptaculo centrali affixae; — (Frutices; flores paniculato racemosi, axillares aut terminales).

898. CLEOME, (CLÉOME, mozambé) LINN. JUSS.  
LAM. illustr. tab. 567 (capparidea) — *Calyx* tetraphyllus, parvus, patens, caducus; *corollae* petala quatuor lateraliter adscendentia et versus summum recurva; duo approximata minora; *stamina* saepissime sex; interdum tandem quatuor, aut decem, imo quatuordecim; nunc peta-

petalis approximata, nunc collocata super stipitem; filamenta declinata; ovarium pedicello brevi aut elongato stipitatum, cinctum tribus glandulis positis sub foliolis calycinis superioribus; stylus nullus; stigma capitatum; siliqua pedicellata, aut fere sessilis, oblonga, cylindrica aut compressa, unilocularis, polyspora; — (Frutices aut plantae herbaceae; folia basi duabus glandulis munita, rarius spinis duabus; simplicia aut ternata aut digitata; flores in spicis terminalibus, pedicellis bracteatis). \*)

899. LORANTHUS, (LORANTHE) LINN. RUIZ. et PAV. JUSS. LAM. tab. 258. LONICERA FLUM. (ca-prifolia 2.) — calyx brevissimus, duplex; alter superus, fere integer, alter inferus eadem forma; (calyx nullus vel margo brevis concavus PERS.); corolla sexfida (aut petala sex conniventia), laciniis reflexis, vel revolutis, lineari spathulatis, inferne adglutinata; stamina versus apicem laciniarum corollae inserta; iisque opposita; stigma obtusum; bacca infera, monospora, umbilicata, vel calyce coronata; embryo secundum Gaertner monocotyledoneus; (Frutices parasiticae; corolla etiam quinque, septemfida; stamina quatuor aut quinque; folia incrassata, saepe opposita, rarius alterna; flores axillares, rarius alterni, corymbosi aut spicati).

900. HILLIA, (HILLE) JACQ. LINN. JUSS. LAM. tab. 257. (rubiacea 5.) — Calyx oblongus, duplex, inferus alter hexaphyllus, alter superus di-tetraphyllus, laciniis rectis; corolla tubulosa, tubo cylindrico, longissimo, orificio parum inflato; limbo patente, magno, quinque-sexpartito, laciniis acuminatis; antherae intra tubum corollae faucem obsidentes, subsessiles, non exsertae; stigma capitatum; capsula infera, oblonga, compressa, bilocularis, polyspora; sporaecomosae. \*\*)

901. RI-

\*) Recte enim e decima quinta classe in hanc relatum est genus a PERS. p. 391.

\*\*) DUROIA iam sub GENIPA verius locatum genus; cf. SCHRAD.

901. RICHARDIA, (RICHARDE) LINN. JUSS. LAM. tab. 254. (rubiacea 2.) — *Calyx* sexpartitus, persistens, superus; *corolla* cylindræa, infundibuliformis, sexfida; *stigmata* tria, capitata; *fructus* tripartibilis; *sporæ* tres, conniventes, apice dilatatae, truncatae; (Capitula foliolis radiata; una pars floris interdum demitur; RUIZ. PAV.)
902. BARBACENIA, (BARBACÈNE) VANDELLI ap. Roem. LAM. tab. 252. — *Calyx* superus, sexdentatus, *corolla* hexapetala; *filamenta* petaliformia, denticulata; *capsula* glandulosa, trivalvis, polyspora.
903. BERBERIS, (VINNETIER, *Epine-vinette*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 253. LYCIUM ALP. exot. (berberidea). — *Calyx* coloratus, hexaphyllus, exterioribus tribus minoribus (bracteis?); *corollæ* petala sex unguiculata unguibus ad basin biglandulosis, foliolis calycinis opposita; *stylus* nullus, *stigma* latum, umbilicatum, orbiculatum; *bacca* parva, ovoïdea, rarius sphaerica, unilocularis, bi-tri-tetraspora. (Filamenta primo glandulis petalorum adhaerentia, deinceps eriguntur elastice momento foecundationis; frutices: folia alterna, sæpe in fasciculis cum trunci elongatione alternantibus; flores e medio fasciculorum; peduncili parva bractea muniti).
904. LEONTICE, (LÉONTICE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 254. LEONTOPE TALUM TOURN. (berberidea 1.) — *Calyx* hexaphyllus, caducus; *corollæ* petala sex, opposita foliolis calycinis; *squamae* parvae *nectorylomatiss* sex internæ, unguibus petalorum insertæ, limbus patens; *stylus* brevis, oblique ovario insertus; *stigma* simplex; *capsula* vesiculosa, baccaeformis, globoso-acuminata, unilocularis, tri-tetraspora, *sporiss* globosis; — (Elongatio trunci herbacea, foliis alternis, pinnatis, uno-bi-triternata; flores dispositi in racemum terminalem, pedunculis basi bractæatis.)
905. CAULOPHYLLUM, (CAULOPHYLLUM) MICHAUX, LEONTICE WILLD. — (berberidea). — *Calyx*



*Calyx* hexaphyllus foliis planis, lanceolatis; *corollae* petala sex calycinis laciniis opposita et multo maiora; *stamina* ad basin ovarii inserta; *filamenta* brevissima; *antherae* biloculares, loculis margine dehiscentibus; *drupa* stipitata, parum carnosa, includens nucem globosam, maxime incrassatam, monosporam.

906. DIPHYLLEIA, (DIPHYLLEIA) MICHAUX. (berberidea). — *Calyx* triphyllus foliolis concavis deciduis; *corollae* petala sex, calyci opposita et maiora; *stamina* hypogyna; *antherae* membrana a basi ad apicem solubili dehiscentes, oblongae; *ovarium* ovale; *stylus* vix ullus; *stigma* capitatum; *bacca* globosa, unilocularis; *sporae* duae, tres, subrotundae.

907. COUTAREA, (COUTAREA) AUBL. JUSS. gen. LAM. t. 257. PORTLANDIA JACQ. LINN. WILLD. (rubiacea 5.) — *Calyx* hexaphyllus foliolis subulatis caducis; *corolla* magna, infundibuliformis, limbo sexfido, tubo incurvo ventricoso; *filamenta* basi tubi inserta; *antherae* longae, lineares, exsertae, *stigma* sulcatum; *capsula* infera, ovali compressa, centro sulco uno notata, vix coronata, bilocularis bivalvis, valvulis carinatis, polyspora; dissepimentum formatum ex introitu valvularum sporiferum; *sporae* orbiculares, imbricatae, margine membranaceae; — (Flores basi bibracteati, interdum heptandri A.) —

908. NANDINA, (NANDINE) THUNB. JUSS. LAM. tab. 261. (ex ordine plantarum sedis incertae). — *Calyx* inferus, polyphyllus, foliolis caducis imbricatis serie sex et sex squamis in quaque serie; *corollae* petala sex calyce longiora; *antherae* oblongae, fere sessiles; *ovarium* superum; *styli* trianguli, brevissimi; *stigma* aequaliter trigonum; *bacca* exsucca, pisiformis, dispersa; *sporae* hemisphaericae, collocatae in receptaculo globoso, punctato.

909. PRINOS, (APALACHINE, *Apalanche*) LINN. JUSS. LAM. tab. 255. (rhamnea 2.) — *Calyx* minimus, sexfidus; *corolla* monopetala, plana, rotata, sexpartita; *fil-*

*filamenta subulata; antherae oblongae; stylus brevis; bacca rotundata, continens sex nuces monosporas; — (Frutices aut arbores mediae altitudinis foliis alternis, interdum persistentibus; pedunculis axillaribus, saepe multifloris).*

910. PSATHURA, (PSATHURE) COMMERS. JUSS. WILLD. LAM. tab. 660. (rubiacea 8.) — *Calyx minimus, superus, sexdentatus; corolla campanalata, intus barbata, sexfida, tubo vix ullo; stigma tri-quadrilamellatum; drupa exsucca, striata, coronata, sexlocularis, sexspora, (loculo quoque monosporo), sporis latere altero concavae, altero convexae.*

911. ISERTIA. (ISERTE) VAHL. LAM. tab. 259. GUETTARDA AUBL. (rubiacea 8). — *Calyx superus, quadri-sexdentatus; corolla infundibuliformis, limbo sexfido; stamina sex vel numerosa; filamenta brevissima; stigma sexfidum; fructus: pomum globosum, succulentum, sexloculare, polysporum. (Arbores foliis oppositis).*

912. CANARINA, (CANARINE) LINN. LAM. tab. 259. CAMPANULA LINN. (campanulea). — *Calyx hexaphyllus vel sexpartitus laciniis lanceolatis, recurvatis; corolla campanulata, sexfida; stigmata sex; capsula infera, hexagona, sexlocularis, polyspora.\*)*

913. STEVENSIA, (STEVENSIE) POITEAU annuar. mus. cah. 21. tab. 60. (rubiacea 4.) — *Calyx bifidus, deciduus; corolla tubulosa, limbo plano, sexseptemfido; antherae sex, septem, in corollae fauce sessiles; capsula bilocularis, polyspora, apice in partes quatuor deliscons, basi calycis approximante.*

914. PAR-

---

\*) ACHRAS, (SAPOTILIER) LINN. LAM. tab. 255. (hilospora). — *Calyx sexpartitus; corolla campanulata, sexfida, fauce munita sex squamis emarginatis, — pomum globosum, decem-undecimloculare, deca dodeca spora; sporis compressis, umbilico laterali notatis; iam sub pentandria.*

914. PARSONSIA, (PARSONSE) BROWN. JUSS. LYTHRUM LINN. (lythraría 2.) — *Calyx* tubulosus, striatus, basi ventricosus, limbo sexdentato; *corollae* petala sex, unguiculata, inserta calyci; *stamina* sex-novem brevissima; *capsula* parva, membranacea, calyce tecta, unilocularis, bi-sexspora; *sporae* infixae placenta centrali.
915. ADENIA, (ADENIE) FORSK. JUSS. (sedis incertae). — *Calyx* tubulosus, longissimus, limbo oblongo, sexfido, laciniis reflexis; *corollae* petala sex ad summum calycis inserta, breviora laciniis calycinis hisque inserta; *stamina* sex cum petalis alternantia, basi calycis inserta; *filamenta* extrorsum munita squama lineari, coalita parum, deinde tota libera; *antherae* rectae, lineari-lanceolatae; *ovarium* tubo calycis adnatum; *stylus* brevis; *stigma* emarginatum; *fructus* . . . ; — (Frutex maxime venenosa; folia alterna, peltata, palmata, petiolo glanduloso; flores in spica fasciculata).
916. APHYLLANTHES, (APHYLLANTHE, *Nonsevillee*, *Bragalou*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 252. (juncinea 1.) — *Calyx* aequalis, persistens, formatus e glumis multis univalvibus, imbricatis; *corollae* petala sex unguiculata, basi conniventia, limbo patente; *stamina* brevia; *stigma* trilobum; *capsula* supera, trilocularis, trivalvis polyspora.
917. PEPLIS, (PÉPLIDE) LINN. JUSS. LAM. tab. 262. GLAUX TOURN. (lythraría 2.) — *Calyx* campanulatus ore dentibus duodecim alternis, recurvatis, minoribus; *corollae* petala sex (aut interdum nulla) calyci inserta, abortiva; *stamina* brevissima; *antherae* rotundatae; *capsula* calyce tecta, bilocularis, polyspora; placenta crassa duobus lateribus dissepimento adnata.
918. FLOSCOPA, (FLOSCOPA) LOUREIR. JUSS. WILLD. (smilacea 1) — *Calyx* exterior trifidus, inferus, pilosus; interior trifidus, laciniis alternantibus cum exterioribus; (*corollae* petala tria exteriora? P.; *corolla* tripetala ovata); *antherae* bilobae, lobis rotunda-

tis; *capsula* oblonga, biloba, bilocularis, monospora; *sporae* duae rotundatae, compressae, substantia cornea, notatae multis striis.

919. FLOERKEA, (FLOERKEA) WILLD. — *Calyx* triphyllus; *corolla* tripetala; *stylus* bifidus; *utriculus* bicoccus.

\*920. AIOVEA, (AIOVEE) AUBL. Guy. t. 120. JUSS. (laurinea 1.) — *Calyx* turbinatus, sexfidus; *stamina* sex; *filamenta* basi biglandulosa; *stigma* sexfidum; *bacca* continens nucem fragilem, monosporam; (Arbor mediae altitudinis; folia integra; flores in paniculis axillaribus et terminalibus).

## II. Flore calyce tecto corollaceo, spathaceo.

921. CORYPHA, (CORYPHE) LINN. JUSS. LAM. tab. 899. (palma 2.) — Hermaphrodita; *Spatha* polyphylla; *calyx* brevis, tripartitus vel triphyllus; *corollae* petala tria concava; *bacca* globosa, magna, drupacea, sphaerica, nucem globulosum continens monosporam; *spora* globosa, ossea, magna, rotundata.

922. LICUALA, (LICUALE) THUNB. RUMPH. JUSS. (palma 2.) — Hermaphrodita; *calyx* tripartitus, laciniis magnis extrorsum barbatis; *corolla* tripartita, laciniis alternantibus cum calycinis; *stamina* coalita, in (nectarolyma) tubum brevem, apice truncatum, septiforme; *drupa* globosa, pisiformis, nucem continens monosporam; *spora* dura.

\*923. RAPATEA, AUBL. JUSS. LAM. tab 226. MNASIUM SCHREB. (juncinea 2.) — *Spatha* compressa, bivalvis, multiflora; *calyx* glumaceus, tripartitus; *corolla* monopetala, trifida, fissuris ovalibus convolutis; tubo brevissimo; circumcirca squamae octo glumaceae, acuminatae, imbricatae, corollam (calycem 1.) cingentes; *antherae* sessiles, elongatae, appendice antheraeformi foliosove terminatae; *stigmata* tria spiraliter torta; fruc-



fructus. — ? (Capsula trilocularis, trivalvis, valvulis septiferis, trispora?)

III. Flore calyce nullo, spatha munito.

924. RAVENALA, (RAVENAL) SONNER. ADANS. JUSS. LAM. tab. 222. URANIA SCHREB. WILLD. (musa-  
cea). — *Spatha universalis* concava, multiflora; *spathae* partiales, bivalves; *calyx* nullus; *corolla* supera, tripetala; *nectarolyma* bipartitum, diphyllum, foliolo uno bifido; (JAUME p. 152. „*Calyx* longissimus, quadrifidus, lacinia inferiori latiori basi ventricosa; *spatha* particularis bifida, infra posita); *stamina* longissima apice curvata; *styli* longissimi, subcylindrici; *stigmata* bidentata); *capsula* infera, magna, coriacea, triangula, trilocularis, polyspora; *sporae* arillo (membrana caerulea) tectae, serie duplici dispositae, umbilico laterali notatae.
925. TACCA, (TACCA) RUMPH. LINN. JUSS. LAM. tab. 232. LEONTICE LINN. (amaryllideis affinis). — *Involucrum* polyphyllum, multiflorum; *corolla* (calyx) supera libera, sexfida; *filamenta* staminum (petala FORST.) sex, basi dilatata, apice convexo-cucullaeformia, inserta medio corollae laciniarum lobis; — (calyx sexpartitus; corolla hexapetala, calyci inserta, antherifera PERS. pag. 382.); *ovaria* infera; *styli* tres; *stigma* (stigmata tria) trilobatum, cordato-stellatum; *bacca* exsucca, ovalis, calyce coronata, striis sex notata, hinc sexangulata, trilocularis, trivalvis, polyspora, infera.
926. HAEMANTHUS, (HÉMANTHE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 228. (amaryllidea 2.) — *Involucrum* spathaceum polyphyllum, campanulatum, multiflorum; *corolla* (calyx) supera, tubo brevi, limbo sexpartito, laciniis aequalibus, linearibus; *stamina* tubo inserta, exserta; *stigma* simplex; *bacca* rotundata, trilocularis, trispora; — (*Spatha* sexpartita; floribus pedun-

dunculatis et coadunatis in umbellas; folia duo radicalia fere opposita.)

927. LEUCOIMUM, (LEUCOIE) LINN. JUSS. LAM. tab. 230. NARCISSO-LEUCOIMUM TOURN. NIVARIA MOENCH. method. (amaryllidea 2.) — *Spatha* monophylla, compressa, latere dehiscens, uni-multiflora; *corolla* (calyx) supera, tubo brevi; limbo campanulato, quinquepartito, laciniis aequalibus, apice parum incrassatis; *stamina* glandulae, quae ovarium tegit, inserta; *antherae* apice dehiscunt; *stigma* clavatum, simplex; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora.

928. STRUMARIA, (STRUMAIRE) JACQ. WILD. LEUCOIMUM THUNB. CRINUM LINN. (amaryllidea 2.) — *Corolla* (calyx petaliformis) supera, petala sex, potentia; *stylus* infra medium incrassatus, cum filamentis staminum cohaerens; *stigma* trifidum; *capsula* infera, fere rotundata, (certe infra) trilocularis.

929. GALANTHUS, (GALANTHE, *Galantine*, *Perceneige*) LINN. JUSS. LAM. tab. 230. NARCISSO-LEUCOIMUM TOURN. (amaryllidea). — *Spatha* monophylla, compressa, latere dehiscens, uniflora; *corolla* (calyx 1.) supera, petala tria, (exteriora) concava, tubo brevi; *nectarolyma* (parapetala) foliola tria (exteriora petala) breviora corollae petalis et marginata; *stigma* simplex, acutum; *capsula* ovato-obtusa, trilocularis, trivalvis, polyspora.

930. NARCISSUS, (NARCISSE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 229. (amaryllidea 2.) — *Spatha* monophylla, lateraliter sese aperiens, uni-multiflora; *corolla* (calyx) supera, infundibuliformis; petalis sex, aequalibus; limbo patente et duplo; *nectarolyma* (corollae limbus internus) monophyllum, infundibuliforme, integrum aut divisum; *stamina* ad basin limbi interni inserta, eoque breviora; *stigma* trifidum; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora.

931. PANCRATIUM, (PANCRAS) DILL. LINN. LAM. tab. 228. MEDIC. monad. p. 108. NARCISSUS TOURN. (amaryllidea 2.) — *Spatha* monophylla, latere deliſcens, uni-multiflora; *corolla* (calyx) supera, infundibuliformis, tubo longo; limbo duplici: exteriori ſexpartito, laciniis elongatis; interno (*nectarolyma*) breviori, duodecimfido; *stamina* obtusa, limbo corollae interno imposita, in membranâ coalita infundibuliformi dilatata, apice filamentis ſex terminata; filamentis interiacent ſex incisurae; *stylus* longitudine filamentorum; *stigma* obtusum; *capsula* pyriformis, trilocularis, trivalvis, polyspora.
932. AMARYLLIS, (AMARYLLIS) LINN. JUSS. LAM. tab. 227. LILIO-NARCISSUS TOURN. (amaryllidea 2.) — *Spatha* monophylla, latere deliſcens, uni-multiflora; *corolla* (calyx) supera, infundibuliformis, varia, ad faucem munita squamis ſex parvis, limbo aequali vel inaequali, laciniis quibusdam reflexis; *filamenta* declinata (aut recta, aut inaequali proportione vel directione), ſuper tubi faucem inserta; *stigma* trifidum; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora.
933. CRINUM, (CRINOLE) LINN. JUSS. AMARYLLIS LAM. (amaryllidea 1.) — *Spatha* bipartita multiflora; *corolla* (calyx) supera, infundibuliformis, limbo ſubſexfido, laciniis paulo reflexis, ſubulatis, canaliculatis, aequalibus; tubo filiformi; *filamenta* recta, libera vel discreta, ad faucem tubi inserta; *stigma* fere trifidum; *capsula* ovalis, trilocularis, trivalvis, polyspora; (*sporae* ad basin corollae viviparæ ANDREW.)
934. CYRTANTHUS, (CYRTANTHE) AITON. TIMMIA GMEL. CRINUM LINN. AMARYLLIS L'HERET. (amaryllidea) — *Spatha* multiflora; *corolla* supera, incurva, tubulosa, clavata, ſexfida, laciniis ovato oblongis; *filamenta* apice conniventia, calycis tubo inserta; *stigma* trifidum; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora.

## 935. EUSTEPHIA, (EUSTÉPHIE) CAVAN. tab.

238. VENT. (amaryllidea 2.) — *Spatha* quadripartita, multiflora; *corolla* (calyx) supera, tubulosa, quinquespartita, laciniis in cylindrum approximatis bifidis: tubo corollae interne foveis sex notato et undato; *stamina* calyce multo longiora, unoquoque inserto quaque fovea ad ipsius partitionem; *filamenta* tricuspidata versus apicem; laciniis duabus lateralibus brevioribus, media tertia triplo longiori et antherifera; discreta; *stigma* mucronatum, incrassatum; *fructus*. . . ? (Flores colore purpureo in umbellas dispositi ut in plurimis Narcissis).

## 936. AGAPANTHUS, (AGAPANTHE) L'HERET.

VENT. CRINUM LINN. LAM. tab, 234. MAUHLIA THUNB. (amaryllidea). — *Spatha* polyphylla, multiflora; *corolla* (calyx) infera, infundibuliformis, regularis, limbo sexpartito, patente; *filamenta* discreta, superiore tubi parte inserta, cernua; *antherae* peltatae; *stigma* fere capitatum; *capsula* triangulata, trilocularis, trivalvis, polyspora, sporis alatis; — (Flores in umbella).

## 937. PONTEDERIA, (PONTEDÈRE) LINN.

JUSS. LAM. tab. 225. (amaryllideis affinis). — *Spatha* oblonga, multiflora, latere dehiscent; *corolla* (calyx) infundibuliformis, monopetala, limbo saepe bilabiato, sexpartito, laciniis inaequalibus, (interdum sexpartito, laciniis fere aequalibus); *stamina* sex: tria tubo varia altitudine, tria altera ad basin limbi inserta; *ovarium* saepissime inferum; *capsula* carnosa, trilocularis, polyspora, lateraliter dehiscent; (Plantae aquaticae; radicae fibrosae; folia radicalia et caulina elongationem amplexantia, saepe sagittata; flores spathacei, in spicam aut umbellam dispositi, terminales, aut exeuntes e sinu fisso foliorum amplexicaulium; — quaedam huius generis species inter juncineas ponendae videntur.) \*)

## 938. BUL-

\*) Genera LEPTANTHUS, et HETERANTHERA (class. III.) etsi triandra, vix loco naturali disiungi possunt a PONTEDE-



938. BULBOCODIUM, (BULBOCODE) RUD-  
BECK. ELYS. LINN. JUSS. LAM. tab. 230. (amaryllidea 1.)  
— *Corolla* (calyx) infera, infundibuliformis, hexape-  
tala, petalīs unguiculatis, unguibus rectis linearibus, an-  
gustatis, elongatis, conniventibus; *stamina* inserta medio  
corollae (calycis); *stigma* trifidum; *capsula* triangularis  
trivalvis, supera, polyspora; — (Truncus subteraneus  
(radix L.) bulbosus; flores radicales solitarii; Croco  
similis).

939. GETHYLLIDIS, (GETHYLLIS, *Gethylide*)  
LINN. THUNB. JUSS. HYPOXIS LINN. PAPIRIA THUNB.  
(amaryllidea 1.) — *Spatha* simplex, persistens, capsu-  
lam tegens, croco similis, uniflora; *corolla* (calyx) su-  
pera, tubulosa, tubo filiformi, longissimo; limbo bre-  
vi, sexpartito, laciniis aequalibus; (calyx nullus nisi  
vagina oblique truncata THUNB.); *stamina* (secundum  
LINN. duodecim duodeviginti) coalita in sex fasci-  
culos aequales; *antherae* spiraliter tortae; *ovarium* per  
calycis basin cinctum; (inferum?); *stylus* filiformis;  
*stigma* trifidum; *capsula* JUSS. (bacca LINN. P.) radicalis,  
tecta, clavato ventricosa, unilocularis, polyspora; —  
(Truncus subterraneus (radix LINN.) bulbosus; flores  
radicales, solitarii).

940. TULBAGIA, (TULBAGIE) LINN. JUSS.  
THUNB. LAM. tab. 242. (amaryllidea 1.) — *Spatha* bi-  
valvis, multiflora, similis Alliis; *corolla* (calyx) in-  
fera, infundibuliformis, limbo sexpartito vel fisso, la-  
ciniis aequalibus, fauce cincta vel coronata squamis  
tribus (nectarolymate triphyllo foliolis —) parvis bifi-  
dis, magnitudine limbi; *stamina* tria ad introitum co-  
rollae posita, tria tubo inserta; *stigma* turbinatum; *cap-  
sula* supera, triangula, angulis vix distinctis, trilocula-  
ris, trivalvis.

941. SO-

---

RIA, cuius variae species eundem genitalium numerum  
habere videntur. LAUME I. p. 140.

941. SOWERBEA, (SOWERBEE) SMITH. TRANSACT. IV. (asphodelea JUSS.) — *Corolla* infera, hexapetala; *filamenta* tria, biantherifera, sterilibus tribus interstinctis. — *Scapus* nudus; umbella multiflora, bracteis scariosis; *petala* purpurea, persistentia; (Herba inodora, iuncea, radice fibrosa).
942. ALLIUM, (AIL) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 242. CEPA et PORRUM TOURN. (asphodelea 5.) — *Spatha* membranacea bivalvis, multos flores in umbellam laxam vel capitulum reductos comprehendens; *corolla* (calyx) infera, sexpartita, laciniis profundis, patens; *staminum filamenta* interdum dilatata et tripunctata; *capsula* brevis, supera, trilocularis, trivalvis, polyspora; — (Truncus subterraneus bulbosus, bulbus *cepa* TOURN. sphaericus, cylindricus in *Porrum* TOURN., compositus in *Allium* TOURN.; folia plana aut fistulosa):
943. CURCULIGO, (CURCULIGE) ROXB. GAERTN. ORCHIS RUMPH. (iuncinea 4.) — *Spatha* univalvis; *corolla* (calyx) infera, petala sex plana; (limbi lacinae sex planae I.) tubus gracilis et longissimus; *stamina* fauce tubi inserta, fere sessilia; *ovarium* triloculare, trisulcatum; *stylus* brevissimus; *stigmata* tria divergentia; *fructus*: capsula oblonga, triangularis, angulis rotundatis, spongiosa, rostriformis, rostro efformato stylis spiraliter tortis, uni-bilocularis per abortum, tetraspora; *sporae* appendiculatae.
944. MASSONIA, (MASSONE) LINN. THUNB. JUSS. LAM. tab. 233. (asphodelea 3.) — *Corolla* (calyx) infera, ad basin tubulosa, limbo sexpartito laciniis initio recurvis, deinceps applanatis; *filamenta* basi reunita, tubi fauce inserta; *capsula* triquetra alata, trilocularis, trivalvis, polyspora; — (Flores in elongatione aphylla spica brevi dispositi.)
945. HYPOXIS, (HYPOXIS) LINN. JUSS. LAM. tab. 229. ORNITHOGALUM LINN. AMARYLLIS LINN. (amaryllideis affinis). — *Spatha* bivalvis; *corolla* (calyx)

supera, parsistens, infundibuliformis, tubo brevi; limbo sexpartito, laciniis aequalibus; *stamina* brevissima, (inserta super glandulam (calicinalem) corollae ovarium tegentem; *ovarium* inferum; *capsula* basi angustata, elongata, trilocularis, trivalvis, (calyce) corolla coronata, polyspora; *sporae* subrotundae, nudae; — (Radix fibrosa; folia gramineis simillima, radicalia aut alternantia; flores spathacei, terminales, solitarii aut fasciculati, aut corymbiferi).

IV. Flore calyce spathaque denudato.

946. XEROPHYTA, (XEROPHYTE) LINN. JUSS. LAM. tab. 225. (bromelliacea 2) — *Corolla* (calyx) supera, tubulosa, limbo sexpartito, laciniis aequalibus, tribus internis acuminatis angustioribus magisque erectis; *stamina* laciniis corollae inserta; *antherae* longae, fere sessiles, limbo aequales; *stigma* clavatum oblongum, inflatum (simplex?); *capsula* scabra pilis rigidis, infera, corollae (calycis) laciniis tecta, trilocularis, polyspora.

947. ALSTROEMERIA, (ALSTROEMÈRE) *Pélegine* LINN. JUSS. LAM. tab. 231. (amaryllideis affinis). — *Corolla* (calyx) supera, campanulata vel subbilabiata, limbo sexpartito, laciniis tribus exterioribus et superioribus cuneiformibus, interdum mucronatis; tribus interioribus et inferioribus alternis, lanceolatis, quorum duo basi tubulosae aut ad basin involutae; *stamina* inaequali magnitudine, declinata aut erecta, basi corollae inserta; *ovarium* inferum, sexangulum; *stigmata* tria linearia; *capsula* infera, ad summum non tecta, subrotundo-ovalis, tri-hexagona, trilocularis, trivalvis, aut intus pulposa non dehiscens; loculis polysporis; *sporae* globosae, affixae placenta centrali, connatae cum dissepimentis; — (Radix fibrosa; flores terminales, fere solitarii aut umbellati; *spatha* nulla; folia saepius ob petiolos contortos resupinata; elon-

elongatio foliosa, recta aut scandens, foliis alternis sessilibus).

948. ARGOLASIA, (ARGOLASIE) JUSS. LANARIA AIT. HYACINTHUS LINN. (irideis affinis). — *Corolla (calyx)* supera, tubulosa, externe alba et lanata, interne colorata, tubulosa, staminibus longior, limbo quinque — sexpartito, laciniis aequalibus patentibus, basi staminiferis; *stamina* sex fertilia; *filamenta* oblonga; *antherae* versatiles, basi bifidae; *ovarium* inferum; *stigma* leviter trifidum; *capsula* infera corolla coronata, lanata, trivalvis, trilocularis, loculis di — trisporis. — (Planta capensis, maxime lanuginosa, radice fibrosa; folia elongationis sessilia, glabra; flores in paniculam attenuati).

949. HEMEROCALLIS, (HEMERO CALLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 234. LILIO-ASPHODELUS TOURN. (amaryllidea 1.). — *Calyx (corolla)* inferus, basi infundibuliformis, limbo campanulato, laciniis sex apice reflexis, tubo cylindrico; *stamina* declinata; *stigma* parvulum, simplex, triangulum, villosulum; *capsula* calyce tecta, trigona, trilocularis, trivalvis, polyspora. — (Radix (truncus) bulbosa; flores radicales, solitarii; similis Croco).

950. AGAVE, (AGAVÉ) LINN. JUSS. LAM. tab. 235. ALOE TOURN. (bromelliacea 2.). — *Calyx (corolla L.)* supera, erecta, tubuloso infundibuliformis, limbo sexpartito, laciniis magnitudine aequalibus; *stamina* exserta et apice corollae inserta; *filamenta* erecta, corollae longiora; *stigma* trifidum; *capsula* infera, duabus extremitatibus attenuata, obsolete trigona, trilocularis, trivalvis, polyspora. — Capsulae situ ab Aloë genere distinctum. — (Folia radicalia canaliculata, aspera apice et saepe margine spinosa; elongatio trunci aphylla florifera, floribus in panicula pyramidalis).

951. FURCRAEA, (FOURCROYE) VENT. bull. philomat. AGAVE JACQ. (bromelliacea 2.). — *Calyx (corolla L.)* superus, campanulatus, sexpartitus laciniis magnitu-



nitidine aequali; *stamina* inserta glandulae calycinae ovarium tegentis; *filamenta* non striata, infra applanato-compressa, incrassata; supra subulata, non exserta; *stylus* basi incrassatus; *stigma* obsolete trilobum; *capsula* infera, trilocularis, trivalvis, polyspora.\*) — (Planta trunco bulboso et bulbifero; folia radicalia canaliculata, disposita multiplici serie, denticulato-spinosa ad margines; elongatio trunci aphylla, maxime elata, fere per totam longitudinem ramis alternis, saepius divisis, floriferis tecta, basi munita spatha fere foliis conformatione similis).

952. CONANTHERA, (CONANTHERE) RUIZ-PAV. BERMUDIANA TREW. ANTHERICUM WILLD. ECHEANDIA ORTEG. — *Calyx* superus, folia sex reflexa; *antherae* in conum acutum coalitae (hinc Syngenesiae monogamiae L.); *capsula* oblonga, trilocularis, trivalvis; *sporae* paucae, subrotundae.

953. ALOE, (ALOËS) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 236. (asphodelea I.). — *Calyx* (*corolla* L.) inferus, tubulosus, fere cylindricus, limbo subsexfido, laciniis plus minus profundis, rectis ad apicem extrorsum curvatis, nectarifero, patulo; *staminum filamenta* basi calycis ad receptaculum inserta; *stigma* obscure trilobum; *capsula* supera, oblonga, trigona, trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* serie duplici dispositae, margine membranaceae. — (Floris orificium nunc rectum nunc labiatum; radices fibrosae; trunci elongatio frutescens aut foliosa in quibusdam speciebus; flores dispositi in spicam axillarem aut terminalem; folia carnosa, sive succulenta crassa; *sporae* lobis sessilis, et lateraliter affixus prima membranacea expansione inferioris partis germinationis).

954. ALETRIS, (ALETRIS) LINN. JUSS. LAM. tab. 237. (asphodelea I.). — *Calyx* (*corolla* L.) inferus, infundibu-

---

\*) Ob calycem hexapetalum et filamenta basi obovata compressa, omnium crassissima, desinentia in superiorem partem subulatam, a praecedenti genere aliisque notis saepe distinctum,

dibuliformis, rugosus, sexpartitus vel fissus; *staminum* filamenta basi laciniarum inserta; *stigma* trifidum; *capsula* semiinfera, superne calculo marcido vestita, trilocularis, trivalvis, polyspora.

955. VELTHEIMIA (VELTHEIMIE) GLEDISTCH. WILLD. ALETRIS SEB. LINN. JUSS. (*asphodelea* L.). — *Calyx* (*corolla* L.) inferus, tubulosus, margine sexdentatus, (pendulus); *stamina* tubo inserta; *capsula* membranacea, alis tribus ad margines notata, trivalvis, trilocularis, loculis monosporis.

956. POLYANTHES, (TUBÉREUSE) LINN. JUSS. LAM. tab. 243. HYACINTHUS TOURN. (*amaryllideis* affinis). — *Calyx* (*corolla*) inferus, infundibuliformis, limbo sexpartito, laciniis patentibus; tubo arcuatim curvato; *staminum* filamenta ad summum tubi vel faucis inserta, terminata *antheris* elongatis; *ovarium* in fundo calycis simpliciter tectum; *stigma* trifidum; *capsula* trilocularis, trivalvis, loculis polysporis, ad basin tubo calycis cincta; *sporae* planae, duplici serie dispositae, et angulo interno localorum affixae. — (Truncus (radix) tuberoso bulbosus; foliis radicalibus longis, foliis elongationis squamaeformibus; flores dispositi in spicam spathacei, bini binis solitarii).

957. CONVALLARIA, (MUGUET) LINN. JUSS. LAM. tab. 246. LILIUM *convallium*, et POLYGONATUM, et SMILAX TOURN. (*smilacea* L.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, varius: tubulosus in POLYGONATUM TOURN., sexfidus, laciniis patentibus in SMILAX TOURN., aut globosus, sexpartitus in LILIUM *convallium* T.; rarius sexfidus; *stamina* tubo inserta; *stigma* triangulum; *bacca* supera globosa, trilocularis, ante maturitatem maculata; loculis monosporis, (loculo uno abortivo). — Secundum calycem distinxerunt ita: 1. Corollis campanulatis, aut 2. POLYGONATUM corollis infundibuliformibus; aut 3. MAIANTHEMUM corollis rotatis. — (Flores axillares, aut terminales, dispositi in spicam; folia alterna).

958. LAPA-

958. LAPAGERIA, (LAPAGERIA) RUIZ-PAVON.  
 (in honorem JOSEPHINÆ LAPAGERIÆ, sanctissimæ  
 summi NAP. BONAPARTIS feminae). — *Calyx* hexapeta-  
 lus, basi trigonus; *calycis* petala tria interiora latiora,  
 subunguiculata; *antherae* erectae; *stigma* clavatum; *bacca*  
 supera, unilocularis, polyspora; *sporae* receptaculo tri-  
 plici, per parietes decurrenti, adfixae.
959. LUSURIAGA, (LUSURIAGA) RUIZ-PAVON.  
 — *Calyx* (*corolla*) inferus, hexaphyllus, foliolis petali-  
 formibus tribus exterioribus angustioribus; *filamenta* re-  
 ceptaculo inserta; *antherae* erectae, sagittatae; *stigma*  
 triangulare; *bacca* trilocularis, dissepimentum membra-  
 naceum; *sporae* binae, altera passim abortiente.
960. SANSEVIERA, (SANSEVIÈRE) THUNB.  
 SALMIA CAV. ALETRIS LINN. LIRIOPE LOUREIR. —  
*Calyx* (*corolla* L.) inferus, monophyllus, persistens, hex-  
 agonus, tubulosus, tubo filiformi, limbo sexpartito, la-  
 ciniis lanceolatis, patentibus, erectis, deinde deorsum  
 revolutis; *staminum filamenta* sex, subulata, basi laci-  
 niarum limbi inserta, longitudine corollae; *antherae*  
 oblongae, erectae; *ovarium* ovatum; *stylus* subulatus,  
 longitudine staminum; *stigma* trifidum; *pericarpium* bac-  
 ca globosa, pulposa, mono — polyspora.
961. HYACINTHUS, (HYACINTHE, *Jacinthe*)  
 TOURN. LINN. DESFONT. LAM. tab. 258 (asphodelea 3).  
 — *Calyx* (*corolla*) inferus, erectus, campanulatus, glo-  
 boso ventricosus, aut tubulosus, semper fere sexfidus,  
 passim sexpartitus, laciniis aequalibus; — *ovarium* no-  
 tatum poris melliferis tribus, LINN.; — *stamina* recepta-  
 culo inserta, vel calycis laciniarum basi; *capsula* supera,  
 triangularis, trivalvis, trilocularis, loculis saepissime  
 disporis. (— \*) *Calyce* sexpartito: SCILLOIDEA; —  
 \*\*) *calyce* campanulato sexfido); *Truncus* (*radix*) bul-  
 bosus; *flores* in spica; *germinatio* ut in asphodelo.
962. MUSCARI, (MUSCARI) TOURN. DESF. (as-  
 phodelea 5). — (*Corolla*) *calyx* ovoideus, aut cylindricus,  
 inflatus, limbo sexdentato; *capsula* supera, triangularis,  
 tri-

trivalvis, polyspora. — (Truncus bulbosus; flores spicati in elongatione aphylla.

963. ZUCCANGNIA, (ZUCCANGNIE) THUNB. nov. gen. plant. pars nona Ups. 1798. (asphodelea). — *Calyx* (corolla) monophyllus, cylindricus, unguiculatus, sexpartitus vel fissus, lacinae limbi tres exteriores duplo longiores, lanceolato setaceae, saepe reflexae; *filamenta* sex; *antherae* ovatae; *ovarium* superum; *pericarpium*; *capsula* supera, ovata, trilocularis. (LACHENALIA viridis THUNB. prodr. HYACINTHUS viridis LINN.).

964. DRIMIA, (DRIMIE) JACQ. JUSS. mss. (asphodelea 3.). — *Calyx* (corolla) inferus, campanulatus, limbo sexfido, laciniis extrorsum revolutis; *stamina* corollae inserta; *stigma* globoso — capitatum; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora. \*) — (Elongatio trunci herbacea).

965. MILLA, (MILLA) CAV. MILLEA WILLD. (amaryllidea 1.). — *Calyx* (corolla) inferus, infundibuliformis, tubo longo, recto; limbo sexpartito, plano; *antherae* fere sessiles, ad tubi faucem insertae, rectae, oblongae, exsertae; *stylus* exsertus; *stigmata* tria, globosa, maxime villosa; *ovarium* pedicellatum; *capsula* supera, triangularis, trilocularis, trivalvis, polyspora.

966. ASPHODELUS, (ASPHODELE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 241. (asphodelea 2.) — *Calyx* (corolla) inferus, sexpartitus, laciniis profundis, patens; *filamenta* basi dilatata, *ovarium* tegunt forma cupulae valvulis sex; *capsula* globosa, trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* angulosae. — (Truncus (radix L.) fibrosus aut fasciculatus; folia plana; flores in spica interdum ramosa; lobus sporae suspensus in germinatione,

---

\*) PERSONIO enchir. pag. 374. genus non satis ab HYACINTHUS natura et arte distinctum videtur, inprimis quum insertio staminum, varia in variis Hyacinthi speciebus reperitur, auctore WILDENOW.



tionē, ad summum declinatus et attenuatus in modum fili primi folii).

967. **BASILLAEA**, (BASILÉE) JUSS. LAM. tab. 239. **CORONA regalis** DILL. **FRITILLARIA** LINN. **EUCOMIS** L'HERET. (asphodelea 3.). — *Calyx* (corolla) inferus, campanulatus, persistens, sexpartitus (hexaphyllus) laciniis oblongis, supra unguis cavitate nectarifera; staminum *filamenta* dilatata, basi conniventia, longitudine calycis; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* planae, ovaes. — (Flores colore viridi, dispositi in spicam; elongatio florifera aphylla, foliolum infra spicam).
968. **PETILIUM**, (PETILLE) KNORR. LINN. **IMPERIALIS** JUSS. **FRITILLARIA** LINN. **CORONA imperialis** TOURN. (liliacea). — *Scapus* apice foliosus; *calyx* (corolla) campanulatus, laciniis rectis, ad basin foveola rotundata sulcatis; *stamina* stylo breviora; *capsula* angulis sex acutis maxime exsertis notata; *sporae* planae. — (Trunci *bulbus* tuberosus, basi fibrosus).
969. **ANTHERICUM**. (ANTÉRIC) LINN. JUSS. LAM. tab. 240. **ASPHODELUS** TOURN. (asphodelea 2.); *Calyx* (corolla) inferus, hexaphyllus, patens aut connivens, persistens; staminum *filamenta* subulata, filiformia, villosa-barbata; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* angulosae. (Truncus subterraneus fibrosus; folia succulenta, fistulosa, imbricata; flores in spica terminali aut axillari, saepe ramosa, lutei; *Bulbine* L.; lobus *sporae* in germinatione lateri primae expansionis membranaceae folii affixus et suspensus filo).
970. **PHALANGIUM**, (PHALANGERE) TOURN. JUSS. LAM. tab 240. **LILIASTRUM** et **ASPHODELUS** TOURN. **ANTHERICUM** LINN. \*) (asphodelea 2.). — *Calyx* (corolla) inferus, hexaphyllus, foliis patentibus aut conniventibus, persistens; staminum *filamenta* subulata, filiformia, nuda vel glabra; *capsula* ovata, trilocula-

\*) Omnia Antherica prioris sectionis; LINN.

- cularis, trivalvis, polyspora; *sporae* angulatae. — (Truncus fibrosus in PHALANGIUM T., vel fasciculatus in LILIASTRUM T.; folia plana; flores plerumque albi aut purpurascens, dispositi in spicam terminalem, interdum ramosam; germinatio ut in Asphodelo).
971. NARTHECIUM, (NARTECI) HUDS. SMITH  
 engl. bot. tab. 535. JUSS. LAM. t. 268. PHALANGIUM  
 TOURN. ANTHERICUM LINN. WILLD. (iuncinea 4.). —  
*Calycis (corollae)* folia aequalia cincta foliolis minoribus  
 tribus, patentia, persistentia; staminum *filamenta* filiformia,  
 hirsuta; *ovaria* sex aut plura; *stigmata* totidem; *styli*  
 nulli; *capsula* supera, prismatica; *sporae* utrinque  
 appendiculatae.
972. XANTHORRHAEA, (XANTHORRHOEE)  
 SMITH transact. III. (asphodelea 2.). — *Calyx (corolla)*  
 inferus, hexaphyllus, persistens; *filamenta* plana. li-  
 nearia, nuda; *capsula* triquetra; *sporae* binae, compres-  
 sae, marginatae. — (Scapus teres, longissimus, amento  
 terminatus multifloro; floribus abortivis interstinctus  
 squamoso sm.)
973. CALLIXENE, (CALLIXENE) COMMERS.  
 JUSS. LAM. tab. 248. ENARGEA GAERTN. SCHREB. (smi-  
 lacea 1.). — *Calyx (corolla)* inferus, hexaphyllus, foliis  
 aequalibus, tribus alternis basi glandulis duabus muni-  
 tis; staminum *filamenta* basi dilatata latiora; *antherae*  
 oblongae, versatiles; *stigma* trigonum; *bacca* supera,  
 parva, trilocularis, loculis interne pulposis, saepe tri-  
 spora, polyspora.
974. LACHENALIA, (LACHENALE) JACQ.  
 LAM. tab. 237. (asphodelea 3.). — *Calyx (corolla)* infe-  
 rus, campanulato tubulosus, sexfidus; laciniis tubo  
 approximatis; tribus interioribus conniventibus, obtu-  
 sis, alternis, longioribus, tribus exterioribus breviori-  
 bus; *stamina* receptaculo inserta, erecta; *capsula* subova-  
 ta, trilocularis, trilata, trivalvis, polyspora; *sporae*  
 globosae. — (Elongatio trunci herbacea; flores in sca-  
 po aphylo).

975. PHORMIUM, (PHORMIE) FORST. LINN. suppl. JUSS. (asphodelea 3.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, campanulato tubulosus; lacinae sex in tubum coalescentes, tribus interioribus longioribus, exterioribus brevioribus; *stamina* adscendentia, exserta; *capsula* oblonga, triquetra; *sporae* compressae, margine membranaceae. (Genere *Hyacinthi* simile).
976. ORNITHOGALUM, (ORNITHOGALE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 242. (asphodelea 4.) — *Calyx* (*corolla*) inferus, basi connivens, persistens, erectus, sexpartitus (hexaphyllus) laciniis profundis, supra medium patentibus; *filamenta* staminum basi compressa, tria alterna ad basin magis dilatata, subulata; *capsula* subrotunda, leviter trigona, trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* subrotundae, nudaе. — (Germinatio ut in *Asphodelo*; truncus bulbosus).
977. ERIOSPERMUM, (ERIOSPERME) JACQ. ORNITHOGALUM LINN. (asphodelea). — *Calyx* (*corolla*) inferus, persistens, hexaphyllus, campanulatus; *filamenta* basi dilatata; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* lana involutae.
978. SCILLA, (SCILLE) LINN. JUSS. LAM. t. 238. ORNITHOGALUM et LILIO-HYACINTHUS TOURN. (asphodelea 4.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, deciduus, sexpartitus, laciniis profundis (corolla hexapetala P.) interne patentibus; *staminum filamenta* filiformia, compressiuscula, basi aequaliter dilatata petalorumque basi adnexa; *capsula* trilocularis, trivalvis, polyspora. — (Truncus bulbosus; flores spicati; germinatio ut in *Asphodelo*).
979. CYANELLA, (CYANELLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 239. (asphodelea 4.) — *Calyx* (*corolla*) inferus, sexpartitus laciniis oblongis, planis, unguibus cohaerentibus, exterioribus tribus vel inferioribus pro-pendentibus; *staminum filamenta* quinque brevia, conniventia, sextum inferum reliquis longius et declinatum; *stylus* declinatus; *capsula* rotundata, trilocularis,

trivalvis, polyspora; *sporae* oblongae; (stamina etiã tria deflexa PERS. *Scillae* similis).

980. PHILESIA, (PHILESIE) COMMERS. JUSS. LAM. tab. 248. (smilacea I.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, campanulatus, sexpartitus laciniis magnis, regularibus, tribus interioribus obtusis duplo longioribus, tribus exterioribus acuminatis; staminum *filamenta* basi connata; *antherae* oblongae, versatiles; *stigma* trilobum; *bacca* leviter trigona, trilocularis? polyspora.

981. OECHMEA, (OECHMEE) RUIZ-PAV. JUSS. mss. (smilacea I.). — *Calyx* sexfidus, obtectus basi squamis tribus brevibus coriaceis, duabus rotundatis, una mucronata, lacinae interiores (*corolla* auctt.) cum reliquis alternantes, triplo maiores, latae, infundibuliformes, singula quaque duabus squamis parvis ad basin internam adacta; marcescendo cum staminibus spirali-ter convoluta; *stamina* affixa fundo corollae, et eiusdem longitudinis; (*ovarium* inferum?); *stigmata* tria; *capsula* ovoidea, trilocularis, polyspora; *sporae* obovatae, in pulpa molli nidulantes. — (Planta herbacea).

982. LINDERA, (LINDERE) THUNB. JUSS. LAM. tab. 263. (ex ordine plant. sedis incertae). — *Calyx* (*corolla*) hexaphyllus, inferus; *stamina* inserta super ovarium superum; *stigmata* duo; *capsula* bilocularis.

983. DRACAENA, (DRACONIER, Sang-dragon) LINN. JUSS. LAM. tab. 249 (smilacea I.) — VANDELLI. — (*Corolla*) *calyx* inferus, connivens, hexapetalus, petalis rectis, unguibus cohaerentibus; staminum *filamenta* versus medium incrassata aut simplicia; *bacca* trilocularis, loculis monosporis, duobus abortientibus. — (Plantae similes Palmis; elongatio trunci frutescens; flores dispositi in paniculam terminalem).

984. HERRERIA, (HERRERIE) RUIZ ET PAV. JUSS. QUILA-SALSA FEUILL. to. 2. p. 716. icon. VII. (smilacea I.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, sexpartitus; *stamina* in fundo corollae; *antherae* rotundatae; *ovarium* triangulum; *stigma* trigonum; *capsula* triquetra alata, trilocularis,



- laris, trivalvis, valvulis septiferis, di — tetrasporis; *sporae* margine membranaceo cinctae, lenticulares.
985. DIANELLA, (DIANELLE) JUSS. LAM. ENC. t. 250. JACQ. Schoenbr. t. 94. DIANA COMMERS. DRACAENA LINN. WILLD. (smilacea 1.). — *Calyx* (*corolla*) apertus, sexpartitus, laciniis aequalibus, tria alterna introrsum posita; *filamenta* apice tumida vel incrassata; *bacca* oblonga, trilocularis, loculis tetra — pentasporis, amethystina; *sporae* ovales.
986. CORDYLINE, (CORDYLINE) COMMERS. PETIT-THOUARS. DIANELLA LAM. (smilacea 1.). — *Calyx* (*corolla*) externus pubescens; *filamenta* simplicia, basi corollae inserta; *stigma* subincrassatum; *bacca* turbinate, unilocularis.
987. ASPARAGUS, (ASPERGE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 249. (smilacea 1.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, campanaeformis, basi connivens, sexpartitus, laciniis tribus interioribus apice reflexis, erectis; *stigma* triangulum; *bacca* supera, trilocularis, loculis disporis. — (Folia saepe setacea, fasciculata; elongatio trunci herbacea aut frutescens, ramosa; flores saepe axillares et terminales; spatha bivalvis; spina una interdum sub singulo ramo et sub singulo foliorum fasciculo).
988. POLLIA, (POLLIE) THUNB. JUSS. (iuncinea 2.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, sexpartitus, laciniis tribus interioribus reflexis, maxime erectis tribus; exterioribus maioribus et ovalibus; *bacca* globosa, parva, trilocularis? polyspora; *sporae* angulosae.
989. RIPOGONUM, (RIPOGONE) FORST. JUSS. (smilacea 1.). — *Calyx* sexpartitus, laciniis aequalibus, tribus alternis interne positis, minimis; *antherae* elongatae, tetragonae, sessiles; *bacca* globosa, bilocularis? dispora; *sporae* hemisphaericae.
990. METHONICA, (MÉTHONIQUE) HERN. JUSS. VENT. GLORIOSA LINN. LAM. tab. 247. (liliacea).  
*Calyx*

*Calyx (corolla) inferus, patens, sexpartitus, laciniis lanceolatis, longissimis, undulatis, reflexis; stamina stylo breviora; stylus obliquus, apice trifidus; stigmata tria; capsula ovalis, coriacea, turbinata, trilocularis, trivalvis, polyspora, dissepimenta formata per valvularum margines intrantes; sporae globosae. — (Genitalia mascula deflexa).*

991. ERYTHRONIUM, (ERYTRONE, *Vioulte*)

LINN. JUSS. LAM. tab. 244. DENS CANIS TOURN. (liliacea). — *Calyx (corolla) inferus, campanulatus, sexpartitus, laciniis acuminatis, reflexis, quorum tria interiora basi interne munita sunt duobus callosis tuberculis, calycis foliorum alternantium basi adnexa (nectarolyma); capsula globosa, basi attenuata, trilocularis, trivalvis, polyspora; sporae ovaes. — (Folia radicalia, amplexicaulia; elongatio florifera aphylla, uniflora, deflexa).*

992. UVULARIA, (UVULAIRE) LINN. JUSS. LAM.

tab. 247. (liliacea). — *Calyx (corolla) inferus, campanulatus, sexpartitus, laciniis rectis, basi fovea oblonga insignitis (nectarolyma L.); staminum filamenta brevissima; stigma reflexum; capsula ovalis, trigona, trilocularis, trivalvis, polyspora; sporae rotundatae et compressae. — (Flores solitarii in pedunculis bifloris, axillaribus; folia sessilia aut amplexicaulia.*

993. STREPTOPUS, (STREPTOPE) MICHAUX.

UVULARIA LINN. (liliacea). — *Calyx (corolla) campanulatus, profunde sexpartitus; stamina brevissima, stigmata brevissima; bacca subglobosa, laevigata, carthacea, trilocularis; sporae numerosae, aut numero paucae per abortum, ovoideae, hilo umbilicali nudo. MICHAUX. \*)*

994. FRITILLARIA, (FRITILLAIRE) TOURN.

LINN. JUSS. LAM. tab. 245. IMPERIALIS JUSS. (liliacea). — *Calyx (corolla) inferus, campanulatus, laciniis sex,*  
basi

---

\*) Genera UVULARIA et STREPTOPUS multum analogiae cum smilaceis habent, et imprimis cum *Convallariis*.

basi fovea rotunda aut oblonga munitis (*nectarolyma*); *stigmata* obtusa aut emarginata; *capsula* oblonga, leviter tri — sexangula, trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* planae.

995. LILIUM, (LIS) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 246. (liliacea). — *Calyx* (*corolla*) inferus, campanulatus, laciniis sex rectis aut extrorsum revolutis, ad basin conniventibus, linea longitudinali nectarifera; fovea longitudinali nuda aut ciliata ad basin cuiusque petali (*nectarolyma*); *stamina* stylo breviora; *capsula* oblonga, striis sex sulcata, triangula, trilocularis, trivalvis, valvulis saepe connexis pilis cancellaeformibus, polyspora; *sporae* planae. — (Truncus subterraneus, tuberosus, imbricatus per basin foliorum; elongatio trunci adscendens simplex, foliosæ; foliis alternis aut verticillatis; floribus spatha munitis, spicatis aut fere paniculatis, saepe declinatis vel cernuis).

996. TULIPA, (TULIPE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 244. (liliacea). — *Calyx* (*corolla*) inferus, campanulatus, laciniis sex rectis; *stylus* nullus; *stigma* sessile, trilobum; *capsula* oblonga, trigona, angulis obtusis, trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporae* planae. — (Folia radicalia, amplexicaulia; elongatio florifera aphylla, uniflora, recta.

997. YUCCA, (YUCCA) LINN. JUSS. LAM. tab. 243. (liliacea). — *Calyx* (*corolla*) inferus, campanulatus, sexpartitus, laciniis profundis non nectariferis; staminum *filamenta* ad apicem dilatata; *antherae* minimae; *stylus* nullus; *stigma* tribus striis sulcatum, sessile; *capsula* oblonga, notata leviter angulis tribus obtusis, tri — sexloocularis, apice pertusa, trivalvis, polyspora; *sporae* planae. — (Elongatio trunci nulla aut suffrutescens; flores in spica aut panicula terminali).

998. ALBUCA, (ALBUCA) LINN. JUSS. LAM. tab. 241. (asphodelea 4.). — *Calyx* (*corolla*) inferus, sexpartitus, laciniis tribus interioribus conniventibus, parum ad apicem incrassatis; tribus exterioribus patentibus, dorso

dorso saepius viridi coloratis; his laciniis exterioribus opposita sunt *stamina* sterilia tria, altera tria fertilia; vel ad unum omnia fertilia; *stylus* triquetus, inverse pyramidatus; *stigma* tribus mucronibus cinctum; *capsula* oblonga, trilocularis, trivalvis, polyspora; *sporangia* planae. — (Truncus subterraneus bulbosus; flores spicati; germinatio Asphodeli).

### V. Flore incompleto.

999. ORONTIUM, (ORONCE) LINN. LAM. tab. 251. (aroidæ 2.). — *Spadix* cylindricus, obtectus flosculis sessilibus; *calyx* (*corolla*) persistens, hexapetalus (sexpartitus), nudus; *stamina* cum corollae laciniis alterna; *stylus* nullus; *stigma* bifidum; *folliculus* unus minutus et subtilis, monosporus, corolla tectus, spadiceis quasi inclusus substantiae.
1000. ACORUS, (ACORE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 84. (aroidæ 2.). — *Spadix* cylindricus, floribus sessilibus altero contra alterum attenuatis obtectus; *calyx* (*corolla*) persistens, sexpartitus (hexapetalus P.); *ovarium* oblongum; *stigma* stylo nullo sessile, parum exsertum; *capsula* trigona, pyramidalis, trilocularis, trispora JUSS. (polyspora secundum LINN.) — *Spadix* enascens versus medium trunci elongationis foliis simillimus; — Bernh. d. JUSSIEU hoc genus stare iussit inter familiae *iuncinearum* cives, quibus maximopere analogum).
1001. CALAMUS, (ROTANG) LINN. JUSS. LAM. tab. 770. (palma). — *Spadix* tenellus, ramosus, sexpartitus, squamis imbricatis tectus; *calyx* sexpartitus, (hexaphyllus P.), laciniis tribus exterioribus brevioribus; *stylus* trifidus; *fructus*: *bacca* turbinata aut globosa, squamis retrorsum imbricatis et nitidis tecta, primum pulposa, deinceps exarescens exsiccansque eveniens firma et coriacea; unilocularis, monosporus di- trispora. — (Frutices ramosae, arundine simillimae; folia pinnata, petiolo communi spinoso).

1002. THRI-



1002. THRINAX, (THRINAX) SWARZ. JUSS.  
 CORYPHA BROWN. (palma 2.). — *Hermaphrodita*:  
*Spatha* universalis multipartita; *spadix* ramosus, cin-  
 ctus spathis partialibus imbricatis; *calyx* minimus  
 quinque — sexdentatus; *antherae* a summo ad basin  
 bifidae; *stylus* brevis; *stigma* dilatato infundibuliforme,  
 obliquum, unilabiatum; rarius bilabiatum; *drupa* bac-  
 cata rotundata, pisiformis, exsucca, continens nucem  
 osseam et cassantem; *spora* una.

1003. JUNCUS, (JONC) TOURN. LINN. JUSS. LAM.  
 tab. 250. (juncinea 1.). — *Calyx* hexaphyllus, aequa-  
 lis, persistens; *stamina* brevia; *stigma* trilobum, barba-  
 tum; *capsula* calyce tecta, uni — trilocularis, trivalvis,  
 tri — polyspora. — (Elongatio trunci simplex, no-  
 dis foliisque destituta, sive nodosa et unoquoque  
 nodo foliis vaginando-amplexicaulibus cincto; flores  
 terminales aut laterales, corymbosi aut paniculati, ad  
 basin spathacei).

1004. CAPURA, (CAPURE) LINN. JUSS. (ex ord.  
 plantt. sedis incertae). — *Calyx* tubulosus, sexfidus,  
 laciniis tribus alternis, exterioribus magis erectis et  
 minoribus; *stamina* intra tubum inserta, non exserta;  
*antherae* fere sessiles, tres alternae elatiores; *stylus* bre-  
 vissimus; *stigma* globosum; *ovarium* superum; *bacca*  
 . . . ? (an iuxta LINDERAM hoc ponendum ge-  
 nus?) = Arbor foliis oppositis, integris, ovalibus;  
 flores fasciculati, axillares.

## VI. Flore glumaceo.

1005. EHRHARDTA, (EHRHARDTE) THUNB.  
 LINN. JUSS. LAM. tab. 263. AIRA LINN. TROCHERA  
 RICHARD. (graminea 9.) — *Calycis* gluma bivalvis, uni-  
 flora, abbreviata; *corollae* gluma duplex: utraque bival-  
 vis; exterior maior, compressiuscula, notata rugis sul-  
 cisque transversim striata, acinaciformis; interior lae-  
 vis; *nectarolyma* squamae duae parvae; *styli* duo aut unus  
 bifidus; *spora* una. — (Flores in spica paniculata).

1006. GAH.

1006. GAHNIA, (GAHNIE) FORST. JUSS. LAM. tab. 263. (cyperacea 2.). — *Calycis* gluma uni — bivalvis, valvulis squamaeformibus, bi — quinqueflora; *corollae* gluma bivalvis brevior; staminum *filamenta* persistentia; *stigmata* duo aequaliter bifida; *stylus* dichotomus, persistens; *spora* una triangularis. — (Plantae *Schoeno* facie similes ipsique forsitan congeneres, si observare velis et habere quemque florem quasi spicam compositam squamis, quarum inferiores steriles sunt, superiores fertiles uniflori).

1007. BAMBOS, (BAMBOU) WILLD. BAMBUSA RETZ. SCHREB. BAMBUS GMEL. JUSS. MSS. ARUNDO LINN. (graminea 13.). — *Calycis* gluma quinqueflora, tribus valvulis navicularibus inaequalibus oblecta; duabus oppositis, tertia exteriori; affixa super faciem planam spiculae. — (Squamae tres spiculas subquinquefloras tegentes; *Calyx* nullus; PERS. p. 393.); *corollae* gluma bivalvis, valvula exteriori ventricosa, interiori longiori et ciliata; *nectarolyma* squamae duae internae, parvae, apice barbato villosae; *stylus* superne bifidus; *stigmata* duo plumosa; *spora* una.

### D I G Y N I A.

1008. NASTUS, (NASTE) JUSS. LAM. ill. t. 262. BAMBUSA SCHREB. (graminea 12.). — *Gluma* octo — decemvalvis, uniflora; valvulae per paria imbricatae, glabrae, exteriori minore; *calyx* bivalvis, lateraliter pedicellatus, pedicello villosus; (flore altero abortiente?); *squamae* duae parvae ad interiorem calycis paginam; *stamina* sex; *styli* duo, aut unus et bifidus; *stigma* divisum; *spora* una, interdum abortiens. — (Flores paniculati, habitu arundinis arborescentis).

1009. ATRAPHAXIS, (ATRAPHAXE) LINN. JUSS. LAM. tab. 265. (polygonea). — *Calyx* quadripartitus; laciniis duabus regulariter oppositis minoribus, reflexis (*calyx* diphylus PERS.); *corolla* nulla (*corollae* petala duo sinuata PERS.); *stylus* nullus; *stigmata* duo capitata; *spora* una,

una, plana, calyce tecta; — (Elongatio trunci frutescens; flores axillares aut terminales).

1010. CABOMBA, (CABOMBE) AUBL. JUSS. LAM. tab. 265. NECTRIS SCHREB. WILLD. (juncinea 4.) — *Calyx* coloratus, sexpartitus; laciniis tribus interioribus petaloïdeis, parum minoribus, obtusis; *corolla* nulla; *stamina* inserta margini laciniarum calycinalium; *ovaria* duo; *capsulae* duae ovales, punctatae, subcarnosae, stylis coronatae, uniloculares, mono-di-polysporae; — (Elongatio trunci herbacea; folia non amplexicaulia digitata, foliolis linearibus; — planta habitu *Ranunculi aquatici* et *Myriophylli aquatici*).

1011. ORYZA, (RIZ) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 264. (graminea 9.) — *Calycis* gluma bivalvis, acuminata, uniflora; gluma *corollae* bivalvis, valvulis navicularibus, inaequalibus; exteriori striata et aristata; *ovarium* basi munitum squamis duabus oppositis; *spora* una, oblonga, striata, calyce tecta.

1012. SULAMEA, (SOULAMEA; Bouvati) LAM. JUSS. (sedis incertae). — *Calyx* minimus, trifidus; *corollae* petala hypogyna, numero tria (aut mox quatuor), inserta super discum glandulosum; *ovarium* superum, compressum; *stylus* nullus; *stigmata* duo capitata; *capsula* compressa, fere plana, cordata, margine arguto, ad summum inter stigmata emarginata bilocularis, dispersa; *sporae* oblongae; *albumen* nullum; *radicula* recta; — (Frutex foliis alternis, confertis ad ramorum summum; flores minimi, in racemos terminales aut axillares dispositi. Indiarum incola).

## T R I G Y N I A.

1013. WURMBEA, (WURMBE) TRUNE. diss. I. p. 18. t. I. f. 6. LAM. tab. 270. (juncinea 4.) — *Calyx* (corolla) inferus, tubulosus, tubo sexangulato, usque ad medium sexpartito; *staminum* filamenta faucibus corollae inserta; *styli* subconniventes; *capsula* oblonga, triquetra,

tra, tristriata, trilocularis, polyspora; *sporae* rotundae; — (Elongatio trunci munita foliis amplexicaulis, integerrimis, glabris; floribus spicatis sessilibus).

1014 COLCHICUM, (COLCHIQUE) TOURN.  
LINN. JUSS. LAM. tab. 167. (juncinea 4.) — Spatha: *calyx* (corolla) inferus, tubulosus, longus, limbo campanulato, (corollaeformi. JUSS.) sexpartito; tubo radicali, longissimo; *stamina* summo tubi inserta; *antherae* incumbentes; *ovarium* trigonum; *stigmata* simplicia; *capsulae* (capsula triangularis sutura interna dehiscens) tres, inferne connexae, inflatae, uniloculares, polysporae; *sporae* muricatae, affixae medio marginis suturae internae; (COLCHICUM assimilis *Croco*, sed maiori affinitate accedit *Veratro*; autumno flores immediate e trunco subterraneo emittit (cf. IOH. HEDWIG *Aufsätze I.*); folia vero insequenti prodeunt cum ipsis fructibus sessilibus; tuberculum vel corpus antiqui (praeceuntis anni) trunci persistit, et in sinu posito longitudinalitèr ad latus anterius, novus truncus vel potius trunci elongatio circa basin enascit, aequaliter tuberculo munita; hoc tuberculum novum ex antiquo, quod functiones gerit albuminis aut cotyledonum, originem trahit. I. HEDWIG. JUSS. VENT.)

1015. MERENDERA, (MERENDÈRE) RAMOND  
Bull. soc. philom. no. 41. tab. 12. f. 2. REDOUTE Lil.  
t. 25. BULBOCODIUM DESF. (juncinea 4.? liliacea):  
Spatha *calyx* (corolla) inferus, infundibuliformis, campanulatus, sexpartitus P. (hexapetalus), laciniis erectis, unguiculatis, unguibus linearibus elongatis conniventibus, in tubum approximatis; *antherae* rectae, sagittatae; *ovaria* tria, basi coadunata; *capsulae* tres; basi connexae, uniloculares, univalves, polysporae, latere interiori dehiscentes; *sporae* suspensae duabus placentis linearibus.

1016. SABAL, (SABAL.) GUERNSENT bullet. soc.  
philom. no. 67. tab. 25. JUSS. CORYPHA JACQ. WALTHER.  
CHAMAEROPS MICHAUX; (palma) *Polygama*  
— flores hermaphroditi: spatha universalis nulla: spadix ramosus; spathae partiales membranaceae; *calyx* sexpartitus,



titus, laciniae tres exteriores minimae, persistentes; stamina sex, libera, filamentis basi incrassatis; ovaria tria, coadunata; stigmata tria, sessilia, subpubescentia; baccae tres; duae plerumque abortivae; subsphaericae, pisiformes, monosporae; caro pauca, subamarescens, sporis non adhaerens. Spora ossea, rufescens, punctis aspera, basi area umbilicali depressa notata; papilla exigua lateralis embryonem obtgens. Albumen cartilagineum, album; embryo parvus, conicus, horizontalis: hinc Character essentialis: Flores hermaphroditi: spathae partiales; stamina sex libera, filamentis basi incrassatis; ovaria tria, coadunata; baccae tres, monosporae, duae plerumque abortivae; spora ossea; embryo lateralis.

1017. CHAMAEROPS, (L'ÉVANTAIL) LINN. JUSS. LAM. tab. 500. (palma). — Polygama. Spatha monophylla, compressa, bifida; spadix ramosus; flores hermaphroditi: calyx sexpartitus, laciniis tribus exterioribus minoribus (calyx. P. corolla tripetala — internae laciniae —) — corolla nulla; filamenta connexa in cylindrum, monadelphica, et munita dentibus sex, singulo anthera ornatum; ovaria tria cincta cyatho; styli tres; drupae tres, parvae, globosae, monosporae; flores masculi: calyx, corolla, stamina ut in hermaphroditis, dioici. (Ovarium triloculare, loculis monosporis, duobus abortientibus, MICHAUX; — folia profunde palmata aut digitata, in petiolis utroque latere spinosis.)

1018. TOFIELDIA, (TOFIELDE) HUDS. SMITH. ANTHERICUM LINN. NARTHECIUM JUSS. LAM. tab. 268. HERITIERA Comes de STERNBERG in diariis botanicis I. p. 83. HELONIAS WILLD. (liliacea?) — Calyx trifidus; corolla persistens, infera, petala sex aequalia; capsulae tres, superae, basi connexae, polysporae.

1019. NOLINA, (NOLINEE) MICHAUX amer. bor. t. 241. (asphodelea 2.) — Calyx sexpartitus, patens, brevior; ovarium triangulum; stylus brevissimus; capsula trigona, membranacea tricocularis

ris, oculis monosporis, duobus abortientibus, dissepimentis bipartilibus, dehiscens; *sporae* solitariae hinc convexo incurvae, rectae, basi affixae, superficie inaequales.

1020. MELANTHIUM (MÉLANTHE) LINN. JUSS. LAM. tab. 269. (juncinea 4.) — Polygamum; *calyx* (corolla) inferus, coloratus, rotatus, sexpartitus (hexapetalus) laciniis unguiculatis, basi biglandulosus; *filamenta* inserta unguibus elongatis calycis; *ovaria* tria coadunata; *capsula* ovalis, triquetra, tricocca? (capsulae coalitae), apice subtrifida, trilocularis, polyspora; *sporae* alato membranaceae; — (Folia elongata, debilia omnium huius generis specierum; flores paniculati, rarius spicati).

1021. VERATRUM, (VÉRATRE, *Varaire*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 843. (juncinea 4.) — Polygama; *flores hermaphroditi*: *calyx* (corolla) aequalis hexapetalus (sexpartitus), eglandulosus; *stamina* sex; *ovaria* tria distincta, in nonnullis floribus abortientia; *styli* tres breves; *capsula* triloba, (capsulae tres) dehiscens in unoquoque lobo per suturam internam; polyspora; *sporae* ala membranacea cinctae; *Flores masculi*: *calyx*, corolla, *stamina* ut in hermaphroditis, *pistilli* rudimentum; — (Flores in paniculam dispositi; folia nervis prominentibus sulcata).

1022. ZIGADENUS, (ZIGADÈNE) MICHAUX am. bor. t. 22. — (juncinea 4.) — *Calyx* (corolla) maxime patens, sexpartitus laciniis profundis supra basin angustatam biglandulosus; *stamina* ad contactum ovarii inserta; *ovaria* coalita; *styli* tres, contigui et obtusi; *capsula* calyce! brevior, membranacea, stylis persistentibus arcuata, trilocularis, polyspora; *sporae* numerosae, lineares oblongae, angulosae sive apterae. — (Fructu a Veratro et Melanthio distinctum genus).

1023. MEDEOLA, (MÉDÉOLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 266. (smilacea 1.) — *Calyx* (corolla) inferus, patens, sexpartitus, laciniis extrorsum revolutis, aequalibus;

bus; *bacca* rotundata, trisulca, trilocularis, trispora; — (Elongatio trunci recta aut scandens, simplex aut ramosa; ramis ad basin spatha munitis aequae ac folia; flores solitarii, axillares).

1024. HELONIAS, (HELONIAS) LINN. LAM. tab. 268. (juncinea 4.) — *Calyx* nullus; *corolla* (*calyx* JUSS.) infera, aequalis, colorata, hexapetala, petalis oblongis; *stamina* corolla longiora; *ovarium* triangulum; *styli* tres, breves, distincti; *capsula* rotundata, trilocularis, tricornis, olygospora; — (Folia radicalia, lanceolata, super terram rosulam formantia).

1025 XEROPHYLLUM, (XEROPHYLLE) MICHAUX. HELONIAS PLUK. LINN. — *Corolla* rotata; *filamenta* basi contigua; *stigmata* tria, revoluta, basi subconnata; *capsula* subglobosa, apice triplici rima dehiscens, trilocularis, dispora.

1026. TRILLIUM, (TRILLIE) LINN. JUSS. LAM. tab. 267. (smilacea 1.) — *Calyx* patens, sexfidus, laciniis exterioribus alternis, magis erectis; (*corolla* infera, petalis tribus calyce parum maioribus); *bacca* fere rotundata, trilocularis, loculis polysporis; (Elongatio trunci aphylla, apice uniflora, munita tribus foliis versus medium).

1027. TRIGLOCHIN, (TRIGLOCHIN, TROSCART) LINN. JUSS. LAM. tab. 270. JUNCAGO TOURN. (juncinea 4) — *Calyx* inferus, sexpartitus, laciniis profundis, rotundatis, superioribus cum inferioribus alternantibus; tribus interioribus petaloideis; *corolla* nulla ROTH.; (PERS.: *calyx* triphyllus, *petala* tria calyciformia); *stamina* brevissima; *ovaria* tria aut sex comiventia; *stigmata* tria vel sex; *styli* nulli; *capsulae* ovato oblongae, rectae, arcuatae, basi dehiscentes, tri- aut sexloculares, loculis monosporis.

1028. RUMEX, (OSEILLE, *Patience*) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 271. ACETOSA et LAPATHUM TOURN. (polygonea). — *Calyx* inferus, sexpartitus: laciniis  
uri-

tribus interioribus multo maioribus, approximatis; corolla nulla; (calyx triphyllus: corollae petala tria conniventia PERS.); stamina quinque ad novem; styli duo vel tres; stigmata multifida; spora una, triquetra, nuda aut calyce tecta. — \*) Floribus hermaphroditis; valvulis granulato notatis; \*\*) valvulis nudis granulove destitutis; \*\*\*) LAPATHUM floribus diclinis; — (Flores paniculati axillares aut terminales.

1029. SCHEUCHZERIA, (SCHEUCHZÈRE)

LINN. JUSS. LAM. ill. t. 270. (juncinea 4.) — Calyx inferus, aequalis, sexpartitus; corolla nulla; (corolla sexpartita; calyx nullus PERS.); staminum filamenta brevissima; antherae lineares, oblongae; stigmata sessilia, lateralia ad externum ovarii; capsulae tres, compresso inflatae, distinctae, bivalves, mono-disporae.

1030. FLAGELLARIA, (FLAGELLAIRE)

LINN. JUSS. LAM. tab. 266. (smilacea 1.) — Calyx inferus, campanulatus, sexpartitus laciniis aequalibus, patens; corolla nulla; stylus trifidus, persistens; bacca (drupa) rotundata, trispora aut per abortum monospora; — (Elongatio herbacea; folia arundinacea, amplexicaulia, cirrho spiraliter se involvente terminata; flores paniculati terminales).

\* 1031. HYDROGETON, (HYDROGETON) PERS.

OUVIRANDRA AUBL. JUSS. MSS. MIRBEL. (fluvialis). — Calyx coloratus, sexpartitus, laciniis profundis; corolla nulla; filamenta basi delatata; pistilla tria, simplicia; folliculi (capsulae PERS.) tres, quisque unilocularis, membranaceus, introrsum dehiscens, dispori; spora basi parietis capsulae adnatae; lobus embryonis plicatus; albumen nullum, (Scapus radicalis; corolla tripetala PERSOON. p. 400.)

1032. APONOGETON, (APONOGETON)

LINN. suppl. JUSS. LAM. tab. 276. (fluvialis). — Flores dispositi circum receptaculum commune, lineare, singulo squama laterali tecto, amentacei; calyx formatus squama una laterali simplici aut bipartita; corolla nulla;



la; *stamina* sex-duodecim secundum LAMARK; undecim-undeviginti sec. LINN., lateralia aut exteriora; *ovaria* tria, quatuor; totidem *styli* et *stigmata*; *capsulae* tres, quatuor, trisporae, ad basin affixae; — (Folia radicalia; flores in spica attenuata et terminali).

H E X A G Y N I A .

1033. WENDLANDIA, (WENDLANDIE) WILLD. ANDROPHYLAX WENDL. hort. Herrenh. fasc. III. t. 16. — *Calyx* hexaphyllus; *corollae* petala sex succulenta; *stylus* reclinatus; *capsulae* sex, uniloculares, monosporae.

1034. OTTELLIA, (OTTELIE) N. — STRATIOTES LINN. DAMASONIUM SCHREB. WILLD. (hydrocharioïdea). — *Spatha* monophylla, quinquealata, uniflora; *calyx* superus, tripartitus; *corollae* petala tria; *bacca* decemlocularis, polyspora. — (*Scapus* uniflorus).

1035. DAMASONIUM, (FLUTEAU) DALECH. TOURN. JUSS. LAM. ill. t. 272. ALISMA LINN. WILLD. (juncinea 3.) — *Calyx* inferus, triphyllus, foliolis petaloïdeis? concavis; *corolla* tripetala; *ovaria* sex; *styli* sex; *capsulae* (nucis?) sex, acuminatae, evalves, stelatim positae, patentés, mono-di-trisporae.

P O L Y G Y N I A .

1036. ALISMA, (ALISME, plantain 'd'eau) LINN. JUSS. LAM. tab. 272. RANUNCULUS TOURN. (juncinea 3.) — *Calyx* inferus, triphyllus, foliolis concavis, petaloïdeis; *corolla* tripetala; *stamina* sex, interdum plura; *ovaria* numero plura, coadunata; totidem *styli*; *capsulae* numero plures, evalves, in capitulum parvum congestae, monosporae.

---

 CLASSIS SEPTIMA
 

---

## HEPTANDRIA.

## M O N O G Y N I A.

I. *Flore completo.*

1037. TRIENTALIS, (TRIENTALE) TOURN.  
 LINN. JUSS. LAM. tab. 275. (primulacea I.) — *Calyx*  
 heptaphyllus (septempartitus?); *corolla* rotata, septem-  
 fida, laciniis aequalibus, plana; *bacca* sicca, globosa,  
 evalvis, unilocularis, polyspora, angulis dehiscens. —  
*Stamina* quinque, sex, septem.
1038. TOVARIA, (TOVARIE) RUIZ. et PAV. (pri-  
 nulacea?) — *Calyx* heptaphyllus; *corolla* heptapetala;  
*discus* planus, heptagonus, stellaeformis, cui *stamina*  
 insident; *stigma* peltatum; *bacca* unilocularis, pulposa;  
*sporae* compressae. — (Numerus partium interdum oc-  
 tonarius.) — \*)

1039. DI-

---

\*) a TRIENTALI differt hoc genus *calyce* caduco; *stamini-*  
*bus* disco plano stellaeformi insertis incurvis, ovarium  
 ambientibus; *stylo* columnari; *stigmote* peltato, septem-  
 fido; *bacca* coronata; *sporis* reniformibus, nidulan-  
 tibus.

## 1039. DISANDRA, (DISANDRE) LINN. JUSS.

LAM. tab. 275. (rhinanthacea 1.) — *Calyx* quinque-septem-oc-topartitus vel fissus; *corolla* rotata, quinque-oc-toloba; laciniis lobisve aequalibus; *stamina* quinque-octo; *capsula* ovalis, trilocularis, polyspora; — (Plan-ta herbacea, procumbens, repens; folia alterna, rotun-data, crenulata et pubescentia; flores axillares).

## 1040. AESCULUS, (MARRONIER) LINN. HIP-

POCASTANUM TOURN. VENT. LAM. tab. 273. (aceracea 1.) — *Calyx* campanulatus, monophyllus, parvus,

quinquedentatus, ventricosus; *corollae* petala quinque inaequalia, patentia, calyci inserta, pubescentia, limbo rotundato et undulato; *filamenta* subulata, declinata, inaequalia; *antherae* fere versatiles; *stylus* subulatus; *stigma* simplex; *capsula* rotundata, coriacea, processibus rigidis echinata, trilocularis, trivalvis; dissepimentis medio valvularum adnatis; *sporae* duae in loculo quoque (una abortiens; tunc loculi monospori), fere globosae; *embryo* curvus; *radicula* declinato pendula super lobos maxime incrassatos, et adhaerentes maturitatis statu fructui; *plumula* magna, efformata duobus foliolis digitatis. (Arbores primae altitudinis; foliis digitatis; floribus pyramidalibus, terminalibus, interdum tantum masculis abortu pistilli rudimentum relinquentis).

## 1041. PAVIA, (PAVIA) BOERH. VENT. LAM. tab. 273.

AESCULUS LINN (aceracea 1.) — a praecedenti genere differentia haec: *calyx* tubulosus, quinquedentatus; *corollae* petala quatuor, quinque, inaequalia, approximato-conniventia, calyci inserta, duo superiora magis erecta; sex ad octo *stamina* maxime exserta; *filamenta* capillaria, recta; *capsula* pyriformis, laevis et inermis, trilocularis, trivalvis, loculis disporis; (Flores in spicam dispositi).

## 1042. PARINARIUM. (PARINARI) JUSS., PA-

RINARI AUBLET. PETROCARYA SCHREB. WILLD.

(Rosacea 7.) — *Calyx* urceolatus, quinquefidus; *corol-*

lae petala quinque alternantia cum laciniis calycinis; *stamina* quatuordecim, quorum septem in eadem serie et fasciculo locata connexa, sterilia, septem opposita, fertilia; *ovarium* villosum; *drupa* ovalis, carnosae, differenti magnitudine, fibrosa; (cribrosa P.); continens nucem durissimam, sinuositatibus tectam, bilocularem, loculis monosporis; — (Arbores ramosi, ramis villosis; folia stipulacea.

1043. PANCOVIA, (PANCOVE) WILLD. (planta sedis incertae). — *Calyx* campanulatus, quadripartitus; *corollae* petala quatuor, unguiculata, plicato-crispa, dentata, cucullaeformia; *stamina* ascendendo calyce multa longiora; *fructus*. . . ? — (Arbor Guineae, imperfecte cognita).

1044. IONESIA, (IONÉSIE) ROXB. (leguminosa? sedis incertae). — *Calyx* diphyllus bifidusve; *corolla* infundibuliformis, limbo quadrifido; tubo clauso, carnosae; *nectarolyma*? annulus staminiferus insertus ad tubi faucem corollae; *ovarium* pedicellatum; *legumen* acinaciforme. tetra-ocetosporum; (Arbor; folia alterna, pinnata cum impari; flores in cyma terminali aut axillari).

1045. ANALECTIS, (ANALECTIS) JUSS. MSS. (pl. sedis incertae). — *Calyx* urceolatus, quinque-dentatus; *corolla* hypocrateriformis, calyce multo minor, vix exserta, tubulosa, medio attenuata, limbo septem-lobo *stamina* septem fauci tubi inserta, alterna cum lobis limbi; *filamenta* longa; *antherae* rotundatae; *ovarium* superum; *stylus* tenuis; *stigma* furcatum; *fructus* calyce tectus. —

1046. LAGUNEA, (LAGUNAEAE) LOUR. JUSS. MSS. (aroides 1.) — *Spatha* squamis tri-quadrifloris; *calyx* campanulatus, tubo brevi, limbo quinquefido; *stamina* septem; *filamenta* basi glandulosa; *antherae* ovaes, declinatae; *ovarium* unum; *stylus* furcatus; *stigmata* duo; *spora* una, pericarpio destituta; (Elongatio trunci herbacea;



bacca; rami prostrati; folia integerrima, magna, utrinque villosa; flores terminales.)

## II. Flore incompleto.

1047. PISONIA, (PISONE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 861. (nyctaginea 2.) — *Calyx* parvus, campanulatus aut infundibuliformis, limbo leviter quinquefido, aut integro, basi nudus, involucratus, involucrem compositum quibusdam squamis (duabus-quatuor) minimis, unum-plures flores comitantibus; *corolla* nulla; *stamina* sex, septem, octo, calycina; *bacca* leviter pentagona, unilocularis, monospora; *spora* elongata, basi angulosa calycis, cuius superior pars caduca est, tecta; pars calycis persistens evenit coriacea, et plerumque echinata super angulos pilis aut filis angulosis; — (Elongatio trunci in quibusdam speciebus spinis axillaribus vestita; rami oppositi aut alterni aequae ac folia; pedunculi axillares, ramificati in paniculas aut corymbos, quorum quaeque divisio, basi squama caduca vestita, terminatur uno vel pluribus floribus).

1048. PETIVERIA, (PETIVERE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. tab. 272. (atriplicea 2.) — *Calyx* tetraphyllus, foliolis linearibus, obtusis; *corolla* nulla; *stylus* lateralis vel styli quatuor; *stigma* penicilliforme; *capsula* monospora, compressa, calyce tecta, apice aristis quatuor reflexis munita, non dehiscens; (*stamina* sex, septem, octo.) — Folia acuminata; flores terminales, dispositi in spicam laxam.

## D I G Y N I A.

1049. LIMEUM, (LIMEOLE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 275. (portulacea 2.) — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus P.) laciniis margine membranaceis; persistens; *corollae* petala quinque calyce breviora, aequa-

qualia; *stamina* septem, filamentis basi coadunatis; *stylus* bipartitus; *capsula* globosa, bilocularis, polyspora.

## T E T R A G Y N I A.

1050. ASTRANTHUS, (ASTRANTHE) LOUREIR. WILLD. — *Calyx* nullus; *corolla* hypocrateriformis, limbo quatuordecimfido, laciniis linearibus, stellatim positis, septem alternis brevioribus; *spora* una, supera, tubo corollae inclusa, parva.

1051. SAURURUS, (SAURURE) LINN. JUSS. LAM. tab. 276. (fluvialis). — Flores dispositi in amento; *calyx* persistens, amentum monophyllum (squama) laterale, coloratum, squama uniflora; *corolla* nulla; *stamina* sex aut septem, (hypogyna?); *ovaria* quatuor; *stylus* nullus; *stigmata* inserta interiori ovario; *baccae* quatuor, ovoideae, monosporae.

## H E P T A G Y N I A.

1052. SEPTAS, (SEPTAS) LINN. JUSS. LAM. tab. 276. CHASSULA THUNB. (crassulea). — *Calyx* septempartitus; *corolla* heptapetala; *ovaria* septem; *capsulae* septem, parallelae, univalves, polysporae; — (Herbae minutulae: folia radicalia, flores in umbella super elongationem aphyllam).

\* 1053. GILIBERTIA, (GILIBERTA) RUIZ et PAV. — *Calyx* septemdentatus; *corolla* heptapetala; *stigmata* ovata, patentia; *ovarium* ovatum; *capsulae* loculamenta monospora, in stellae formam disposita; *spora*e oblongae. (Numerus partium interdum octonovem, varius. Auctores fructus immaturos offenderunt.)\*

1054. A C.

\* ) Iam in speciebus Plantarum ed. WILLD. II. p. 551. et GMEL. systema I. pag. 682. existit aliud eodem sub nomine genus,

- 1054 ACTINOPHYLLUM, (ACTINOPHYLLE) RUIZ. PAVON. — *Calyx* margo integer; *corolla* calyptraeformis, desiliens; *ovarium* truncatum; *bacca* septemangularis, septemlocularis; *sporae* solitariae, subosseae. (Flores conglomerati; styli quinque ad septem; stamina etiam quinque, sex, octo, novem). \*)

## CLASSIS OCTAVA

### OCTANDRIA.

#### MONOGYNIA.

##### I. Flore completo.

1055. MIMUSOPS, (MIMUSOPE) LINN. JUSS. LAM. tab. 300. BINECTARIA FORSK. (sapotea). — *Calyx* octopartitus laciniis dispositis in duos ordines quadrinarios, alternis maioribus; *corolla* octopartita, laciniis integris aut trifidis; *nectarolyma* appendices octosedecim squamaeformes, circumcirca ovarium ambientes; *drupa* acuminata, mono-dispora.
1056. HONCKENIA, (HONCKENIE) USTERI WILD. — *Calyx* pentaphyllus; *corolla* pentapetala; nec-

\*) Conferri potest praeter florae Peruvianaec prodromum, D. 108. PAVON dissert. botan. sobre los generos TOVARIA, ACTINOPHYLLUM, ARANCARIA, y SALMIA. Madrid, 1797.

*nectarolymata staminifera; capsula echinata, quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora; sporae arillatae.*

1057. SODADA, (SODADE) FORSK. NECTOUX. (caparidea). — *Calyx* tetraphyllus, foliolo superiori maiori et gibbo; *corollae* petala quatuor inaequali magnitudine, superiora duo ovalia et breviora; *stamina* octo inaequalis magnitudinis; *antherae* lanceolatae, recurvatae; *ovarium* sustentatum longo pedicello; *stylus* unus; *stigma* simplex; *fructus* ruber, paulo maior fructu coryli; (Frutex Aegypti, ramo singulari ad basin bispinoso; folia caduca; pedunculi uniflori; a FORSK. primum observata; nuper ab hortulano expeditionis in Aegyptum allata hortis botanicis Parisiensibus).

1058. CUPANIA, (CUPANI) PLUM. LINN. JUSS. SWARZ. GUIOA CAV. MOLINAEA JUSS. \*) (saponacea 2.) — *Calyx* triphyllus vel quinquepartitus, persistens; *flos masculus*: *corollae* petala quinque, parva, apice cucullata, cum calyce alterna; *stamina* quinque; *filamenta* basi villosa coalita; *antherae* rotundatae; *flos femineus*: *corollae* petala tria; *stylus* minimus, trifidus; *stigmata* tria; *capsula* turbinata, trilocularis, (pedicellata, coriacea,) triquetra, loculis mono-disporis, trivalvis; *sporae* oblongae, basi crassiusculo-arillatae. (Arbores: foliis magnis alternis; floribus terminalibus paniculatis).

1059. EU-

---

\*) Scilicet PERSOON in enchir. p. 413. confirmat, secundum diligentiores JUSSIEU, summi viri, observationes genus MOLINAEA ab eo constitutum CUPANIIS inseri debere; nec non PERSOONIUM interrogantem legimus, „ quibus etiam addienda TOULICIA AUBLETII? — MOLINAEAE COMMERS. JUSS. LAM. t. 305. enim char. different. erat: *calyx* quinquepartitus; petala *corollae* quinque parva, cum calyce alternantia, unguibus leviter villosis; *staminum filamenta* basi villosa; *ovarium* super discum positum et fere pedicellatum; *stylus* nullus; *stigma* simplex; *capsula* pedicellata, coriacea, triangula, trilocularis, trivalvis, trispora; valvulis ad medium septiferis; — (Arbores: foliis pinnatis cum impari; floribus in racemo axillari).



## 1059. EUPHORIA, (LITSCHI) COMMERS. JUSS.

LAM. illustr. tab. 306. SCYTALIA GAERTN. DIMOCARPUS WILLD. LITSCHI SONNER et LAM il. l. l. SAPINDUS AIT. (saponacea 2.). — *Calyx* monophyllus, parvus, quinquedentatus aut quinquefidus; *corollae* petala quinque, minima, interne ad mediam partem villosa, reflexa; *stamina* sex, saepius octo JUSS. (septem LAM.); *ovarium* didyminum; *stylus* apice bifidus; *stigmata* simplicia; *bacca* didyma; altera parva abortiens, altera globosa, coriacea, muricata tuberculis, unilocularis, monospora; *sporae* cinctae arillo molli. — (Arbor; folia aequaliter pinnata; flores parvi, dispositi in paniculas terminales, bracteis brevibus muniti, quidam steriles).

## 1060. TROPÆOLUM, (CAPUCINE) LINN.

JUSS. LAM. tab. 277. CARDAMINDUM TOURN. (gerania). — *Calyx* profunde quinquefidus, monophyllus, lacinia superiori ad basin calcarata, coloratus; *corollae* petala quinque inaequalia, calyci inserta, cum calycinis laciniis alternantia, superiora duo sessilia, tria inferiora ungue oblongo ciliato munita; *stamina* in disco collocata; *filamenta* distincta inaequalia, petalis breviora; *antherae* oblongae, erectae, biloculares; *ovarium* disco cinctum, triangulare; *stylus* cylindricus, staminum longitudine; *stigmata* tria acuminata; *fructus* formatus bacis vel nucibus tribus, spongioso coriaceis, fere reniformibus, suberosis, sulcatis, connexis, subrotundis, monosporis affixis ad basin styli persistentis; *embryo* magnus sine albumine; *cotyledones* applanatae, apice bidentatae, maturae adhaerentes; *radicula* supera. — (Plantae herbaceae, exoticae; folia alterna, exstipulacea, peltata aut rarius digitata; pedunculi axillares, uniflori; — hoc genus quodam modo *Geraniis* affine, sive calcare superioris calycis laciniae, tubo superioris laciniae calycis Pelargonii simile, sive sit situ staminum et petalorum; sive stylo unico et stigmate multiplici; sive pericarpis aequaliter basi styli affixis; sive tandem albuminis absentia; sed a *Geraniis* differt defectu stipularum, staminibus distinctis, floribus foliis non oppositis, lobis denique embryonis rectis. JUSS. VENT.)

1061. BAE-

1061. **BAECKEA**, (BACKE) OSB. LINN. JUSS. LAM. tab. 285. (onagrea 4). — *Calyx* turbinatus, quinque-dentatus; *corolla* pentapetala; *stamina* octo; sex aequali magnitudine, duo breviora, solitaria; *antherae* ovales; *capsula* globosa, coronata, tri — quadrivalvis, tri — quadrilocularis, polyspora, calyce tecta; *sporae* numero paucae, minores. — (Removeri ex hac naturali familia debet, quum GAERTNERUS ad sporas observavit albumen carnosum, quod neque in *myrteis* neque in *onagreis* existit).
1062. **MATAIBA**, (MATAYBE) AUBL. JUSS. LAM. tab. 298. EPHIELIS SCHREB. PERS. (saponaceis affinis). *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque, interne ad unguium basin squamis duabus appendiculata, inserta super discum calycinalem; *stamina* octo disco inserta; *filamenta* villosa; *stylus* nullus; *capsula* oblonga, utroque latere compressa, concava, unilocularis, bivalvis, altera valvularum inanis et nuda, altera continens duas sporas reniformes et arillatas. — (Arbor foliis pinnatis sine impari, stipulaceis; flores in panicula axillari aut terminali).
1063. **HAGENIA**, (HAGÈNE, Cusso) LAM. tab. 311. — *Calyx* diphyllus; *corollae* petala quinque plana, appendices (*nectarolymata*) quinque petalis quadruplo minoribus vel brevioribus; *capsula* — ?
1064. **MEMECYLON**, (MEMECYLON) LINN. JUSS. LAM. tab. 284. (onagrea 4). — *Calyx* turbinatus, superus, margine integerrimus, fundo striatus; *corollae* petala quatuor (monopetala P.); *filamenta* dilatata et ad summum truncata; *antherae* his lateraliter insertae; *bacca* infera, calyce cylindrico coronata. — (Frutex foliis oppositis integerrimis; floribus axillaribus, fere capitatis).
1065. **SCUTULA**, (SCUTULE) LOUR. conch. 1. p. 290. JUSS. mss. (onagrea 2.) — *Calyx* carnosus, vasis destitutus, gemmaeformis, margine integer, interne octo poris munitus; *corollae* petala quatuor aut quinque,  
ad

ad summum calycis affixa, in conum approximata; *stamina* octo; *filamenta* curva; *antherae* approximatae poris calycinis mediante filamentorum curvatura; *stylus* unus; *stigma* simplex; *bacca* concava, patellaeformis, octolocularis, octospora. — (Arbores aut frutices foliis oppositis).

1066. COMBRETUM, (COMBRET, CHigonnier)

LOEFL. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 282. (onagrea 3.). — *Calyx* superus, campanulatus, limbo quadri — quinque-dentato et caduco; *corolla* tetra — pentapetala, petalis calyci insertis; *stamina* octo — decem, corolla multa longiora; *antherae* oblongae; *capsula* oblonga, quadri — quinquangularis, angulis quatuor vel quinque alatis, membranaceis, unilocularis, monospora; *spora* oblonga. (Flores quidam decandri, in spicâ terminali aut axillari; folia opposita; frutices sarmentosae).

1067. ROXBURGHIA, (ROXBURGHE) ROXB.

WILLD. (pl. incertae sedis). — *Calyx* tetraphyllus; *corolla* tetrapetala, quatuor appendices (nectarolymata) foliis lanceolatis, conniventibus, medio petalorum insertis; *antherae* geminae e basi cuiusque folioli appendicis suspensae vel dependentes; *capsula* unilocularis, bivalvis, polyspora; *spora*e receptaculo spongioso affixae.

1068. EPILOBIUM, (ÉPILOBE) LINN. JUSS.

LAM. tab. 278. CHAMOENERION TOURN. (onagrea 3.) — *Calyx* oblongus, tubuloso cylindricus, limbo quadripartito, caducus; *corollae* petala quatuor saepe emarginata; *stamina* octo, quatuor alterna breviora; *antherae* ovaes, declinatae; *stigmata* quadrifida; *capsula* infera, longissima, cylindrica, angustata, quadrilocularis, quadrivalvis, polyspora; *spora*e multae comosae, placentae centrali affixae. — (Elongatio trunci plerumque herbacea, rarius frutescens; folia opposita aut alterna; flores solitarii axillares, aut dispositi in spicas terminales, alternas super axin spicae et ad basin bracteatas; filamenta staminum rectae aut declinatae).

1069. GAURA, (GAURE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab.

281. (onagrea 3.). — *Calyx* elongatus, tubuloso cylindri-

dri-

dricus, limbo quadrifido, caduco; *corollae* petala quatuor, adscendentia, solummodo ordinata in latus superius; *antherae* oblongae versatiles; *stigma* quadri—quinquelobum; *nux* (*capsula*) infera, ovalis, tetragona, striata, duobus marginibus punctata, unilocularis, (monospora LINN.), tetraspora SPRENGEL., (polyspora J.), una spora tantum maturescit, reliquae abortiunt. — (Elongatio pubescens; folia alterna, lanceolata, parum splendentia, fere glabra).

1070. OENOTHERA, (ONAGRE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 279. ONAGRA TOURN. (Onagrea 3.). — *Calyx* elongatus, tubuloso cylindricus, limbo quadripartito, laciniis deflexis, caducis; *corollae* petala quatuor calyci inserta; *antherae* oblongae, declinatae; *stigma* quadrifidum; *capsula* infera, cylindrica, elongata, quadrangula, quadrilocularis, quadrivalvis, dissepimentum medio valvularum affixum; polyspora; *sporae* nudaе, receptaculo centrali tetragono affixae. — (Elongatio herbacea).

1071. VITMANNIA, (VITMANNE) VAHL. SAMADERA GAERTN. SAMANDURA LINN. (Onagrea? sedis incertae). — *Calyx* quadrifidus; *corolla* tetrapetala; *filamenta* ad basin squama parva nectarolyomatiformi munita; *antherae* lineares; *ovarium* superum; *stigma* acutum; *nux* semilunulata, compressa, unilocularis, monospora. — (Arbores ramis cylindricis; folia integerrima, alterna, petiolata; flores umbellati ad ramorum summum et in foliorum axillis).

1072. RHEXIA, (RHEXIE) CRON. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 233. MELASTOMA AUBL. (melastomea 2.). — *Calyx* tubuloso urceolatus, quadri—quinquefidus; *corollae* petala quatuor obliqua, calyci inserta; *antherae* arcuatim declinatae; *capsula* setosa, quadrilocularis, quadrivalvis, polyspora, inclusa ad basin calyce ventricoso; *receptaculum* sublunatum; *sporae* cochleatae. — (Stamina etiam decem).

1073. OSBECKIA, (OSBECKE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 283. (melastomea 2.). — *Calyx* campanulatus, limbo



limbó quadripartito, squamae quatuor parvae ciliatae interstingunt fissuram quamlibet calycis; *corollae* petala quatuor, quinque; *stamina* octo vel decem; *antherae* terminatae filo longo, rostrato, filiformi, recurvo; *ovarium* coronatum filis rigidis; *capsula* echinato-villosa apice dehiscens in partes quinque, quadri—quinelocularis, polyspora, limbo calycis truncato coronata; *receptaculum* compressum, semiovatum. GAERTN. (*Stamina* etiam octo, decemque). \*) Elongatio trunci tetragona.

1074. BARBYLUS, (BARBYLLE) BROWN. JUSS. (sedis incertae). — *Calyx* campanulatus, limbo quadri—quinquefido; *corollae* petala quatuor vel quinque margini interiori calycis inserta; *stamina* octo aut decem, ad basin calycis posita; *filamenta* compressa; *antherae* ovales; *ovarium* superum; *capsula* trilocularis, loculis dispersis. — Genus *Trichiliae* affinis.

1075. TETRATHECA, (TETRATHECA) SMITH nov. Hollandiae plantt. — *Calyx* inferus, quadrifidus; *corolla* tetrapetala; *antherae* quadriloculares; *capsula* bilocularis, bivalvis, mono—dispóra, valvularum medio semisepto inserta; *sporae* subbinæ.

1076. GRISLEA, (GRISLÉE) LOEFL. LINN. JUSS. (lythraría 1.). — *Calyx* tubuloso-campanulatus, coloratus, quadridenticulatus, persistens; *corollae* petala quatuor, minima, laciniis calycis innata; *staminum filamenta* longissima, adscendentia; *antherae* rotundatae; *capsula* globosa, fere pedicellata, supera, calyce brevior, unilocularis, polyspora. — (Flores corymbosi; folia fruticis disticha).

1077. KOELREUTERIA, (KOELREUTÈRE) LAXMANN. L'HERET. VENT. LAM. tab. 308. SAPINDUS LINN.

---

\*) OSBECKIAE a RHEXIIIS differre videntur ovario infero, quum capsula RHEXIAE calyce inclusa sec. WILLD. a MELASTOMIS non satis distingui, vel potius cum iis coniungi debere videantur LAMARCKIO ench. bot. 4. pag. 647.

LINN. (saponacea I.). — *Calyx* quinquefidus vel pentaphyllus; *corollae* irregularis petala quinque foliolis calycinis duplo longiora, unguiculata, ad basin munita nectavolymatis squamis quatuor bifidis; *stamina* circum calycis longitudinem; *filamenta* villosa; *antherae* oblongae, rectae, villosae; *ovarium* pedicellatum; *stylus* triangulus; *stigma* trifidum; *capsula* fere ovoïdea, membranacea, inflato-vesiculosa, trilocularis, loculis disporis, spora altera abortiente. — (Frutex foliis pinnatis cum impari; flores in panicula terminali).

1078. CORREA, (CORREA) SMITH ANDREW. \*)  
VENT. jard. de Malm. tab. 13. MAZENTOXYRON LABILL. (rutaceis affinis). — *Calyx* perianthium monophyllum, marginibus quadridentatum, campanulatum, erectum, persistens; *corollae* petala quatuor, oblonga, concava, apice reflexa, marginibus crassis; *stamina* octo, quatuor opposita petalis, quatuor alterna; *filamenta* octo, erecta, filiformia, receptaculo inserta; *ovarium* superum, turbinatum, super discum hypogynum positum; *stylus* cylindricus, filiformis, longitudine staminum, persistens; *stigma* obtusum, quadridentatum; *fructus* compositus quatuor cocculis maxime approximatis, ovalibus, compressis, truncatis, colore brunneis, introrsum dehiscentibus et ad summum: efformatis duabus membranis, altera interiori cartilaginea et elastica, includente duas tresve sporas, altera alteri invicem incumbente; (*capsula* coriacea, lanata, valvulis quatuor dissiliens, loculis mono — disporis; ANDREW. — Frutex).

1079. SASSIA, (SASSIE) MOLIN. JUSS. (planta sedis incertae). — *Calyx* patens, tetraphyllus foliolis patentibus; *corolla* tetrapetala; *stamina* brevia; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* unum; *capsula* ovalis, bilocularis, dispora. — (Plantae herbaceae, foliis radicalibus; flores solitarii aut numero plures circa elongationem; observatae ad Chili).

1080. ANTI-

---

\*) The botanists Repository No. 1. tab. VI.

1080. ANTICHORUS, (ANTICORÉTE, *Antichore*) LINN. JUSS. LAM. tab. 295. JUSSIEUA FORSK. (liliacea 2.). — *Calyx* tetraphyllus, patens, caducus; *corolla* tetrapetala; *antherae* rotundatae; *capsula* supera, oblonga, siliquaeformis, subulata, quadrilocularis, quadrivalvis, polyspora. — (Elongationes declinato prorepentes; flores axillares; folia ovalia, denticulata).

1081. ALLOPHYLLUS, (ALLOPHYLLE) LINN. (guttifera). — *Calyx* quadripartitus, laciniis rotundatis, duabus oppositis minoribus; *corollae* petala quatuor, calyci minora; *ovarium* didymum; *stigma* quadrifidum; *fructus* . . . . ?

1082. ORNITROPHE, (ORNITROPHE) COMMERS. JUSS. LAM. tab. 309. fig. 1. RHUS LINN. ALLOPHYLLUS SWARZ. SCHMIDELIA SWARZ. (saponacea 2.). — *Calyx* quadripartitus; *corollae* petala quatuor barbata ad medium disci; *ovarium* didymum; *stigma* bifidum; *drupa* (alterum duorum ovariorum abortiens) baccata, parva, pisiformis, nuce monospora. \*)

1083. GUIOA, (GUIOA) CAV. ic. 471. t. 373. (saponacea 2.). — *Calyx* pentaphyllus; *corollae* petala quinque calyce minora; *stamina* octo; *ovarium* sustentatum, disco staminifero, subpedicellato; *stylus* brevissimus; *stigma* simplex; *capsulae* tres, affixae receptaculo communi centrali, compressae, uniloculares, bivalves, monosporae. — (Frutex foliis alternis, aequaliter pinnatis; flores paniculati).

1084. TALISIA, (TALISIE) AUBL. Guy. tab. 136. JUSS. (saponacea 1.). — *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque alterna cum laciniis calycinis, interne munita ad unguem squama simplici; *stamina* octo brevissima; *stylus* brevissimus; *stigma* simplex; *fructus* . . . . .  
(Fru-

---

\*) Cum hoc ORNITROPHIS genere PEARSON in enchir. pag. 412. coniunxit praecedens ALLOPHYLLI, natura ut videtur monente.

(Frutex foliis alternis, impari pinnatis; flores pedunculati axillares et terminales).

1085. APORETICA, (APORETICA) FORST. JUSS. (saponacea I.). — *Calyx* tetraphyllus, foliolis duobus exterioribus; *corollae* petala quatuor totidem parvis squamis interioribus munita; *stamina* octo; *antherae* rotundatae; *ovarium* didymum; *styli* duo basi coaliti; *stigmata* duo disiuncta; *fructus* geminatus, singulo monosporo. — (Folia ternata; planta insularum australium maris).

1086. GIROA, (GIROA) CAVAN. — *Calyx* pentaphyllus, minimus; *corolla* pentapetala; *capsulae* tres coriaceae, receptaculo columnari adfixae, forma alarum, uniloculares, bivalves, monosporae.

1087. NIOTIA, (NIOTIE) POIRET. enc. bot. LAM. pag. 299. — *Calyx* quadrifidus; *corollae* petala quatuor, quinque; *antherae* sagittatae; *stigma* acutum; *capsula* lignosa, monospora.

1088. JAMBOLIFERA, (JAMBOLIER) LINN. JUSS. LAM. (onagrea 4.). — *Calyx* quadridentatus; *corolla* tetrapetala, infundibuliformis, petalis basi coalitis; *filamenta* plana; *antherae* ovoides; *ovarium* supra villosum; *stigma* simplex; *fructus* . . . ? (Genus nondum satis cognitum; scilicet eius character diversimode ab auctoribus describitur).

1089. XIMENIA, (XIMENIA) PLUM. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 297. AMYRIS BROWN. (hesperidea I.). — *Calyx* minimus, quadrifidus, persistens; *corollae* petala quatuor, alterna cum laciniis calycinis, interne pilosa, basi approximata aut conniventia, versus apicem extorsum revoluta; *filamenta* brevissima; *antherae* longae, rectae; *fructus*: drupa ovata, includens nucem monosporam. — (Frutices saepissime spinosae; folia simplicia, alterna; pedunculi axillares, uni — biflori).

1090. LAWSONIA, (LAUSONIE, Henné) LINN. JUSS. LAM. tab. 296. CYPRUS, HENNA, ALCANNA  
RAUW.



- RAUW. ALCANNA GAERTN. ACRONYCHIA FORST.  
(lythraia 1.). — *Calyx* quadrifidus; *corolla* tetrapetala; *stamina* per paria petalis opposita; *capsula* infera sub calyce persistente et patente, globosa, stylo acuminata, quadrilocularis, polyspora; *sporae* angulatae, receptaculo centrali affixae.
1091. MELICOCCA, (MELICOCCA, *Knepier*)  
LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 306. (saponacea 2.). — *Calyx* patens, tri — quadripartitus, persistens; *corollae* petala quatuor reflexa inter calycis lacinias; *stamina* brevissima; *stylus* brevis; *stigma* umbilicatum, lateribus prolongatum, peltatum; *drupa* (bacca) corticosa, fere rotundata, laevis aut muricata, regulariter per abortum monospora, interdum di — trispora; *sporae* in pulpa nidulantes, cinctae arillo baccaeiformi. — (Arbores; folia pinnata cum impari; flores dispositi in racemos terminales).
1092. MULLERA. (MULLERA) LINN. suppl. JUSS.  
(leguminosa 4.). — *Calyx* campanulatus, inaequaliter quinquedentatus, persistens; *corollae vexillum* reflexum, *alae* oblongae, conniventes; *carina* brevior, dipetala, recta; *legumen* oblongum, moniliforme aut inflatum; articulo singulo monosporo. — (Arbor foliis impari pinnatis; flores in racemis axillaribus et terminalibus).
1093. AMYRIS. (AMYRIS, *Balsamier*) LINN. JUSS.  
LAM. illustr. tab. 303. (terebintacea 2.). — *Calyx* quadridentatus, persistens; *corollae* petala quatuor oblonga, patentia; *stylus* incrassatus; *stigma* globosum, fere capitatum; *bacca* drupacea, exsucca, fere rotunda, calyce cincta, continens *nucem* globosam, nitidam, per abortum monosporam. — (Arbores et frutices; folia ternata aut pinnata cum impari, quaedam adpersa punctis translucetibus; flores in paniculis axillaribus aut terminalibus).
1094. CLAUSENA, (CLAUSENE) BURM. JUSS.  
(planta sedis incertae). — *Calyx* parvus, quadridentatus, *corollae* petala quatuor sessilia; *staminum* octo filamenta incrassata, dilatata et ad basin sulcata, ovarium cingentia; *antherae* versatiles; *ovarium* superum; *stylus* bre-

brevis; *fructus* . . . — (Frutex foliis alternis, pinnatis, foliolis integerrimis; floribus minimis in racemis paniculatis; Javae incola).

- \* 1095. ICICA, (ICICA) AUBL. JUSS. LAM. illustr. tab. 303. AMYRIS LINN. (terebinthacea 2.). — *Calyx* quadri — quinquedentatus; *corollae* petala quatuor vel quinque oblonga, conniventia, affixa disco ovarium cingente, basi recta, limbo disposita; *stamina* octo, decem, disco inserta; *stylus* brevis; *stigma* capitatum, quatrissulcatum; *drupa* (*capsula*?) coriacea, bi — quadri — valvis, di — tetraspora; *sporae* osseae, pulpa carnosa conditae. — (Arbor resinosa aut balsamifera; folia ternata aut pinnata cum impari, foliolis oppositis duplici vel triplici serie; flores saepe in panicula axillari aut terminali).

1096. MELICOPE, (MÉLICOPE) FORST. tab. 28. JUSS. LAM. illustr. tab. 294. ENTOGANUM GAERTN. t. 59. (ex ord. plantt. sedis incertae). — *Calyx* quadripartitus; *corolla* tetrapetala, basi urceolata, tetragona; *ovaria* quatuor, supera, cincto unoquoque (octo) duabus didymis glandulis vel crenulatis laciniis (*nectarolymata*); *stylus* brevis; *capsulae* quatuor, mono — tetrasporae.

1097. THOUINIA, (THOUINIE) POITEAU. (saponacea 2.). — *Calyx* quadripartitus, laciniis profundis; *corollae* petala quatuor, interne ad medium amicta villorum fasciculo; *stamina* octo libera; *stylus* unus; *stigmata* tria (st. trifidum P.); *capsulae* tres monosporae, ad styli basin coalitae, supra in alam membranaceam terminatae. — (Petala inserta basi exteriori super volvam glandulosam, extra staminum situm: haec volva omnibus saponaceis staminibus liberis propria videtur).

1098. GNIDIA, (GNIDIENNE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 291. NECTANDRA BERG. PASSERINA LINN. (daphnacea). — *Calyx* infundibuliformis, elongatus, tenellus, limbo quadrifido (*corolla* infundibuliformis quadrifida P.); *squamae* quatuor petaliformes, alternae cum laciniis calycinis, fauci calycis insertae; *stylus*

*stylus filiformis, lateralis; stigma capitatum, villosum; nux subdrupacea, calyce tecta, ovalis; (spora subbaccata).* — Folia rarius opposita, flores terminales.

1099. **NECTANDRA**, (NECTANDRE) BERG. Juss. (daphnacea). — *Calyx* infundibuliformis, limbo quadrifido; *squamae* octo, ad summum calycis insertae; *stamina* octo brevissima; *stylus* filiformis; *stigma* incrassatum; *spora* calyce tecta. — (Frutex foliis oppositis, alternis; floribus axillaribus et terminalibus).

1100. **FUCHSIA**, (FUCHSIA) PLUM. t. 133. f. 1. Juss. LAM. illustr. tab. 282. SKINNERA FORST. DORVALLIA COMMERS. (onagrea 4.). — *Calyx* infundibuliformis, coloratus, limbo quadrifido et caduco, superus; *corollae* petala quatuor (nectarolymata LINN.), faucis calycis insidentia, et cum eius laciniis alternantia; *nectarolyma* glandula octosulcata; *stamina* octo filamentis aequae calyci longa aut longiora; *antherae* oblongae, rectae; *ovarium* inferum, ovale-oblongum; *stigma* capitato tetragonum; *bacca* oblonga, obtuse tetragona, infera, quadrilocularis, polyspora; *spora*e numerosae obovatae, dissepimentis adhaerentes. Auctores flor. peruv. (Plantae herbaceae aut lignosae, folia opposita aut verticillata tria; flores axillares aut racemosi terminales, in pedunculis rectis pendulis; corolla calyci concolor, si excipis *F. magellanica* LAM.).

1101. **HEDWIGIA**, (HEDWIGIE, *Rois-cochon*) SWARZ. SCHREB. TETRAGASTIS? GAERTN. (terebinthacea 2.). — *Calyx* urceolatus, quadridentatus; *corolla* monopetala tubulosa, tubo brevi, limbo quadrifido, laciniis approximatis in conum; *stamina* basi corollae affixa, et inferne circa ovarium coalita; *ovarium* superum; *stigma* sessile; *capsula* coriacea, formata tribus lobis qui quasi totidem capsulae apparent, tricocca, trilocularis, nuce una solitaria in quoque loculo. \*) — (Arbor; folia

\*) PERSONII in enchiridio p. 414. haec dicta repetimus. „Species tantummodo generis BURSERAE videtur, a quo solumnico numero partium fructificationis differt. Et ne

folia pinnata, foliolis oppositis; flores in racemis brevibus terminalibus aut axillaribus).

1102. BURSERA, (BURSÈRE, *Gomart.*) JACQ. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 256. (térébintacea 2.). — Polygama. Flores hermaphroditi: calyx plerumque trifidus, rarius quadri — quinquefidus, parvus, caducus; corollae petala tria, interdum quatuor vel quinque, patentia, ovata; stamina sex, quinque aut octo, aut decem sw., corolla breviora; stylus unus brevissimus; stigma capitatum, rarius trifidum; bacca capsulari carnosa, drupacea, coriacea, subtrigona, trilocularis, tri-valvis, continens nucem solitariam unam aut quinque membrana carnosa cinctam. Flores masculi: calyce corolla hermaphroditorum; stamina sex, interdum octo vel decem, corolla multo longiora; ovarium abortiens.\*) (Arbores odoratissimae; folia alterna, ternata, saepissime pinnata cum impari, foliolis duplici vel triplici serie; flores in racemis axillaribus aut terminalibus).

1103. GOUAREA, (GOUARÉ) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 301. MELIA JACQ. (meliacea 2.). — Calyx parvus, quadridentatus; corollae petala quatuor; stamina octo, filamentis in tubum longum cylindricum integrum coalitis, versus summum facie interiori antheriferis; stigma capitatum; capsula subglobosa, quadrilocularis, quadrivalvis; sporae quatuor arillo cinctae. — (Arbor; foliis oppositis, impari pinnatis; flores axillares, in racemis paniculatis).

1104. CARAPA, (CARAPA) AUBL. Guy. tab. 387. LAM. illustr. tab. 301. PERSOONIA WILLD. — Calyx quadripartitus; corolla tetrapetala; stamina in tubum cylindricum, octodentatum coalita; stylus unus; capsula unilocularis, quadrivalvis, polyspora; nuces difformes, angulatae.

1105. XYLO-

---

„men HEDWIGIA inter muscos conservandum, ob viri  
„immortalis merita in illustranda hac harum plantarum  
„familia.“

\*) PERSONIO augurari licuit cum hoc genere genus antecedens esse connectendum, vid. *eachir.* add. p. 524.



1105. XYLOCARPUS, (XYLOCARPE) KOEN. SCHREB. — *Calyx* quadridentatus; *corolla* tetrapetala; *stamina* connata in tubum ovali-inflatum, octofidum (nectarolyma), antheriferum; *drupa* SCHREB. (*bucca*) globosa, magna, exsucca, quadri — quinquestriata, includens nuces octo — decem angulosas. — (Arbor; folia opposita integerrima; flores in racemis).

1106. MICHAUXIA, (MICHAUXIE) L'HERET. VENT. LAM. illustr. tab. 295. MINDIUM ADANS. JUSS. CAMPANULA GRON. (*campanulea* 1.). — *Calyx* octopartitus, laciniis deflexis, persistens; *corolla* campanulata, rotata, laciniis octo vel decem linearibus ad summum revolutis; *nectarolyma* octovalve, staminiferum; *filamenta* brevia, dilatata; *antherae* rectae, lineares; *stylus* cylindricus; *stigma* octofidum, infundibuliforme; *capsula* turbinata, angulosa, octo — decemlocularis, polyspora, laciniis calycinis coronata.

1107. PORTESJA, (PORTESIA) JUSS. (*meliacea* 2.). — *Calyx* parvus, quadridentatus; *corollae* petala quatuor conniventia; *staminum* octo *filamenta* coalita in tubum, apice octofidum, laciniis interna pagina antheriferis; *stigma* capitatum; *capsula* villosa, coriacea, bilocularis, bivalvis; loculi dispori; *spora* una et loculo uno abortiente. — (Frutices foliis impari pinnatis; flores in racemis axillaribus). \*)

1108. CHLORA, (CHLORE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 296. GENTIANA LINN. HALL. CENTAURIUM TOURN. (*gentianea* 1.). — *Calyx* octo — decempartitus; *corolla* monopetala, hypocrateriformis, tubo brevi, limbo octofido; *stamina* brevissima fauci corollae inserta; *stigma* quadrifidum; *capsula* ovato-oblonga, unilocularis, bivalvis, polyspora. — (Flores terminales).

1109. OXYCOCCOS, (OXYCOCCUS) MICHAUX WILLD. SCHOLLERA ROTH. VACCINIUM LINN. — *Calyx*

---

\*) Hoc genus coniungendum esse cum τὸν TRICHILIAE PERSOON ench. p. 463. arbitratus est.

*Calyx* superus, quadrifidus; *corolla* quadripartita, laciniis sublinearibus, revolutis; *filamenta* conniventia; *antherae* tubulosae, bipartitae; *bacca* polyspora.

III0. JEFFERSONIA, (JEFFERSONIE) BARTON. MICHAUX. PODOPHYLLUM LINN. (ranunculea vel incertae sedis). — *Calyx* pentaphyllus, rarius tri—quadrifidus, coloratus, deciduus; *corollae* octo petala conniventia, campanulata, incurvo patentia; *stamina* ovarium ambientia; *filamenta* brevissima; *stylus* brevis; *stigma* peltatum; *capsula* obovata, substipitata, unilocularis, infra apicem dehiscens; *sporae* plures, oblongae, ad basin arillatae.

III1. MENZIESIA, (MENZIÉSIE) SMITH. fasc. 3. t. 56. JUSS. LAM. tab. 285. ANDROMEDA et ERICA LINN. WILD. (rhodorcea 2.). — *Calyx* monophyllus, fasciculatus; *corolla* monopetala, globosa, ovata, quadrifida; *stamina* receptaculo inserta; *stylus* quadrangulus; *stigma* obtusum, quadrilobum; *capsula* supera, recta, externe quadrangula, quadrisulca, quadrilocularis, dissepimenta e marginibus sulcato inflexis valvularum quatuor; *sporae* numerosae oblongae.

III2. ERICA, (BRUYERE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. tab. 287. (erica 1.). — *Calyx* tetraphyllus, interdum duplex, persistens; *corolla* campanulata, persistens, saepe ventricosa, rarius ovalis aut cylindrica, quadrifida, marcescens; *stamina* exserta aut corollae inclusa; *filamenta* receptaculo inserta; *antherae* simpliciter emarginatae aut bifidae; *stigma* tetragonum, interdum quadrifidum; *capsula* membranacea, quadri—octolocularis, quadrivalvis, calyce cincta; *dissepimenta* e valvularum margine *sporae* in singulis loculis plures. — (Suffrutices foliis minimis, oppositis aut verticillatis aut dissitis sparsisve; flores axillares aut terminales, ut plurimum in racemos dispositi).

III3. BORONIA, (BORONIA) SMITH. ap. ROEM. III. ANDREW. VENT. hort. malm. t. 38. (rutacea 2.). — *Calyx* persistens, aequaliter profunde quadripartitus, laciniis

ciniis punctatis; *corollae* petala quatuor aequalia cum calyce alterna et longiora, sessilia, concava, persistentia; *nectarolyma* annulus glandulosus, basin ovarii cingens; *stamina* octo, persistentia, corolla breviora, quatuor caeteris sublongiora; *filamenta* receptaculo inserta, *ovarium* cingentia, complanata, decrescentia, ciliata, varie terminata; *antherae* biloculares, *brevibus pedicellis incumbentes*, *infra apicem lateri inferiori filamentorum insertis*, lateraliter dehiscentes. *Pistillum*: *ovarium* superum, nectarolymati impositum, conicum, ovali rotundatum quadrisulcatum; *stylus* rectus, *brevissimus*, *ex apice ovarii*, vel quatuor approximati; *stigma capitato globosum*, obtusum, glabrum, quadrisulcatum; *capsulae* quatuor, *coaelitae* initio, mox discedentes, compressae, unilaterales, bivalves, continentes arillum bivalvem, elasticum; *spora*e una aut duae in quavis capsula, compressae, glabrae, nitidae.

\* III4. CORRAEA, (CORRAEE) SMITH. transact. III. (rhodorcea). — *Calyx* monophyllus; *corollae* petala quatuor conniventia; *antherae* incumbentes, biloculares, longitudinaliter dehiscentes; *capsula* supera, quadrivalvis, quadrilocularis e valvulis inflexis; *stigma* simplex acutum. \*)

III5. MAGALLANA, (MAGALLANE) CAVAN. tab. 374. — *Calyx* monophyllus, tripartitus, lacinia infima tripartita, postea calcarata; *corollae* petala quinque, irregulariter inaequalia; tria superiora pedicellata, basi cucullata; *ovarium* didymum; *stigma* bifidum; *filamenta* basi breviter coalita; *fructus*: *samarae* duae, trialatae, uniloculares, monosporae (per abortum P.); *spora* oblonga.

III6. ACER, (ÉRABLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 844. (acercea 2.). — Polygama. Flores hermaphroditi: *calyx* coloratus, saepe quinque-rarius quadrifidus,

---

\*) BEIARIA (BEFARIA LINN.) a CORRAEA differt partium numero, praecipue antheris apice biporosis, stigmate incrassato septemfido.

fidus, interdum novemfidus; *corollae* petala quinque (interdum quatuor ad novem) alternantia cum laciniis calycis et ipsi saepe concolara; *stamina* octo (interdum quinque ad duodecim); *stylus* unus simplex aut interdum bipartitus; *stigmata* duo reflexa; *samarae* (GAERTN.) duae, tres, apice ala membranacea munitae, basi coalitae, uniloculares, mono — disporae; *embryo* curvus; *radicula* pendula super lobos *asperos* in *Acer tataricum* vel *plicatos* in *A. campestre*, vel *replicatos super sese invicem* in *A. rubro* et pseudo-platano. *Flores masculi*: calyce, petalis, staminibus hermaphroditorum; ovarium et stylus nullus; stigma bifidum. = interdum flores dioici. (Arbores indigenae aut exoticae; folia saepe lobata, rarius pinnata cum impari aut ternata; petiolo dilatato basi et semiamplexicauli; flores axillares et terminales, dispositi in racemos aut fasciculos corymbiformes; pedunculi ad basin bracteati).

## II. Flore incompleto.

III7. OPHIRA, (OPHIRE) BURM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 293. (onagrea 4.). — *Involucrum* bivalve, triflorum persistens; *corolla* supera, tetrapetala, petalis conniventibus; *antherae* ovales; *stigma* emarginatum; *bacca* unilocularis, dispora. — (Frutex gongylosus: folia opposita, lineari lanceolata, parum acuminata; flores sessiles, laterales involucriati).

III8. GRUBBIA, (GRUBBIE) BERG. cap. tab. 2. EMPETRUM JUSS. (erica 3.). — *Involucrum* (calyx) diphylum foliolis ovalibus, bivalve, bi — triflorum; *corolla* infera petalis quatuor rotundatis, externe lanuginosis; *filamenta* subulata; *antherae* rotundatae; *stigma* simplex; *bacca* . . . ? — (Frutex foliis linearibus extrorsum revolutis; flores axillares glomerati).

III9. BUGINVILLEA, (BOUGAINVILLE) COMMERS. JUSS. LAM. illustr. tab. 294. (nyctaginea 10.). — *Involucrum* triphyllum foliis ovali rotundatis, triflorum; *calyx* involucri brevior, inferus, tubulosus, basi levi-



leviter ventricosus, ad medium leviter coarctatus, limbo fere integro vel subquadridentato; *stamina* inserta disco squamarum ovarium cingentium, receptaculo insidentia; *fructus* . . . ? *spora* per calycis basin tecta, et cincta involucri persistente. — (Flos tubulosus, bractee maiusculae, sive involucri insidens. Elongatio spinis axillaribus notata; folia alterna; pedunculi axillares, duobus vel tribus involucri onustati).

1120 NECA, (NECA) RUIZ-PAVON. JUSS. (nyctagenea 2.). — *Involucrum* di—triphyllum foliolis parvis, squamaeformibus, uniflorum; *calyx* tubulosus, quinque-dentatus; *stamina* octo, quatuor alternis longioribus; *spora* ovoidea, tecta basi calycis inflati et carnosi, drupacei, forma et magnitudine olivae, limbo persistente coronata. — (Frutices foliis verticillatis aut oppositis).

1121. SCOPOLIA, (SCOPOLIA) LINN. suppl. JUSS. (sedis incertae). — Flores in involucri communi diphylo foliolis concavis; *calyx* proprius inferus, infundibuliformis, quinquefidus; *antherae* octo oblongae duas series constituentes, in quaque serie quatuor; coalitae aut conniventes in unum ordinem lineamve interruptam, applicatae super quatuor filamenta epigyna; *ovarium* superum, superatum pilis filamentis mixtis; *stylus* nullus; *stigma* unum; *fructus* . . . ? — (Planta acaulis foliis coniugatis, pedunculis e truncó subterraneo crescentibus unifloris).

1122. LACHNAEA, (LACHNÉE) LINN. JUSS. LAM. tab. 292. GNIDIA LINN. (daphnacea). — Flores capitato glomerati; *calyx* (*corolla* L.) infundibuliformis, longus, tenuis, limbo inaequaliter quadrifido, tubo basi inflato; *stamina* fere exserta; *filamenta* situ inaequalia; *stylus* filiformis, lateralis; *stigma* capitatum, villosum; *nux* subdrupacea PERS. (*spora* una, fere baccaeformis M.) calyce tecta. — (Flores aggregati et terminales; frutex).

1123. DIRCA, (DIRCA) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 293. (daphnacea). — *Calyx* nullus; *corolla* (*calyx* JUSS.) tubulosus, turbinatus, margine inaequali, colora-

loratus, limbo obsoleto; *stamina* tubo longiora, inaequalia; *bacca* drupacea, monospora. — (Frutices; flores axillares, excedentes e gemma terni).

1124. DAPHNE, (DAPHNÉ, *Lauréole*) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 290. THYMELAEA TOURN. SCOP. (daphnacea). — *Calyx* nullus; *corolla* (*calyx* JUSS.) inferus, coloratus, infundibuliformis, marcescens, quadridus (*corollaceus*); *stamina* non exserta, sed inclusa; *stylus* brevis; *stigma* capitatum; *drupa* globosa, nucem monosporam continens. — (Flores axillares aut terminales, solitarii aut glomerati in fruticibus formae selectae. Gemmae in D. MEZEREUM tri— quadri— quinqueflorae).

1125. LAGETTA, (LAGET, *Lagetto*) JUSS. LAM. illustr. tab. 289. *bois-dentelle* incolis st. Domingo. (daphnacea). — *Calyx* JUSS. (*corolla* P.) superus, coriaceus, tubulosus, ad faucem attenuatus et munitus glandulis quatuor, caducus, limbo quadridentato vel quadridido; *glandulae* quatuor petaliformes calyci insertae; *stamina* sessilia; *drupa* (*nux*) globosa, pilosa, pisiformis, monospora, non dehiscens, infera, calyce persistente ad basin sese horizontaliter aperiente tecta. LAM. encycl. pag. 376. \*) — (Arbor cuius corticis interna pars finissimum praebet reticulum; flores spicati terminales, spica geniculata, in geniculo quoque uniflora.

1126. PASSERINA, (PASSERINE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 291. (daphnacea). — *Calyx* nullus; *corolla* (*calyx* JUSS.) tubulosa, medio ventricosa, limbo quadridido, laciniis patentibus, nuda; *stamina* ad summum tubo imposita; *stylus* lateralis, filiformis, longus; *stigma* capitatum, villosum; *nux* una, calyce tecta. — (Flores axillares aut terminales; folia opposita in quibusdam speciebus; frutices habitu *Daphne* similes).

1127. STEL-

---

\*) Genere et familia a *Daphne* distinctum; est enim e familia Elaeagni.

1127. STELLERA, (STELLÈRE) LINN. JUSS.  
LAM. illustr. tab. 293. ALSINE TOURN. (daphnacea). —  
*Calyx* nullus; *corolla* (calyx JUSS.) infundibuliformis,  
elongata, filiformis, limbo quadri-quinquefido; medio  
ventricosa; *stamina* brevissima, quatuor inserta ad sum-  
mum tubi, quatuor ad tubi medium; *stylus* brevis;  
*stigma* capitatum; *nux* una, rostro terminata, calyce  
tecta.

1128. DODONEA, (DODONEE) LINN. JUSS.  
LAM. illustr. tab. 304. (terebinthacea 5.) — *Calyx* qua-  
drupartitus (tetraphyllus P.) interdum tri-quinque-  
fidus, caducus; *corolla* nulla; *filamenta* brevissima; *an-  
therae* oblongae, fere sessiles; *stigma* leviter trifidum;  
*capsula* triquetra, trialata, trilocularis, loculis disporia,  
trivalvis, valvulis compressis, dorso ala membranacea  
munitis; *sporae* rotundatae, nigrescentes; (Frutices foliis  
simplicibus, alternis; flores dispositi in racemum ter-  
minalem et axillarem; interdum stamina septem).

1129. VALENTINA, (VALENTINE) PLUK.  
PLUM. SWARZ. — *Calyx* inferus, coloratus, quinquepar-  
titus, patens; *corolla* nulla; *capsula* baccata, interne pul-  
posa, tri-quadrivalvis, tri-tetraspora.

1130. ANIBA, (ANIBE) AUBL. JUSS. LAM. tab. 298;  
CEDROTA SCHREB. WILLD. (ex ordine plantarum se-  
dis insertae). — *Calyx* sexpartitus laciniis profundis,  
obtusis, concavis; *corolla* nulla; *stamina* super ovarium  
posita; *ovarium* superum, stylo brevi superatum, glandu-  
la cinctum; *fructus*. . . . ? Secundum RICHARDI ob-  
servata species est *Lauri*; quae si veritati et naturae re-  
spondent, fructus erit bacca spora una repleta; — (Ar-  
bor ligno citrino aromatico; foliis oppositis aut ver-  
ticillatis; floribus minimis, axillaribus in paniculis  
maxime laxis, pedunculo longo tenui.)

## D I G Y N I A.

1131. CODIA, (CODIE) FORST. LINN. suppl. JUSS. LAM. illustr. tab. 314. (ex ord. plantt. sedis incertae) — Flores in capitalum globose congesti super receptaculum commune barbato villosum, globosum, involucre tetraphyllo cinctum; calyx tetraphyllus: corollae petala quatuor linearia, petalo quoque ad basin munito duabus antheris; ovarium superum, parvum; styli duo; totidemque stigmata; fructus. . . . ? (sporae quatuor?)

1132. WEINMANNIA, (WEINMANNE, Tanager) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 313. WINDMANNIA BROWN. jam. tab. 212. (saxifrageis affinis). — Calyx quadripartitus (tetraphyllus P.); corollae petala quatuor maiora; stamina breviter; ovarium superum, inferne ad basin cinctum disco octo glandularum; capsula ovalis, bistrotris, rostris subulatis, bilocularis, hexa-octospora; valvularum membranae introitus dissepimentum efformat; — (Arbores aut frutices, foliis oppositis; flores in racemis axillaribus).

1133. MOEHRINGIA, (MERINGINE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 314. ALSINE TOURN. HALL. SCHEUCHZ. (caryophyllea 3.) — Calyx tetraphyllus vel quadripartitus; corolla tetrapetala; capsula unilocularis, quadrivalvis, polyspora; — (Flores fere solitarii axillares aut terminales, sustentati pedunculis longissimis).

1134. SCHMIEDELIA, (SCHMIEDÉLE) LINN. JUSS. LAM. tab. 312. USUBIS BURM. ALLOPHYLLUS SWARZ RHUS SLOAN. — (saponacea 2.) — Calyx diphyllus, coloratus; corollae petala quatuor, calyce multo minora; antherae rotundatae; ovarium didymum, pedicellatum; fructus duo, monospori; . . . (Frutex foliis ternatis) \*)

1135. GA-

---

\*) ap. PERS. ench. p. 412, ad monogynias pentandriae relatum est hoc genus, et militat sub ORNITROPHE, no. 4. 5. 6.



1135. GALENIA, (GALIÈNE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 314. (atriplicea 2.) — *Calyx* minimus, quadrifidus; *corolla* nulla; *capsula* rotundata, bilocularis, dispora; — (Frutex ramis viscidis; folia linearia, recta; flores in panícula terminali). \*)

## T R I G Y N I A.

1136. SERIANA, (SERIANE) SCHUMACHER act. Hafniens. WILLD. PAULLINIA LINN. JACQ. WILLD. (saponacea I.) — *Calyx* tetra-pentaphyllus; *corolla* tetrapetala: *nectarolyma* quatuor corollae appendices tetraphyllae et glandulae quatuor ad basin petalorum positae; *Samarae* tres, globosae, longitudinaliter connatae, inferne in alam membranaceam dilatatae, monosporae.

1137. PAULLINIA, (PAULLINE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 318. (saponacea I.) — *Calyx* tetrapentaphyllus; *corollae* petala quatuor basi glandulosa; *nectarolyma* quatuor corollae appendices foliolis quatuor inaequalibus, et glandulae quatuor ad petalorum basin; *capsula* pisiformis, turbinata, interdum alis tribus exsertis trigona, trilocularis, loculis monosporis, trivalvis dissepimenta in valvularum suturis (*seriania*) aut opposita valvulis (*cururu*); *receptaculum* centrale; *sporae* fere ovaes, ad dimidium arillatae; — (Frutices sarmentosae; folia uno-bi-tri-ternata, aut pinnata cum impari, aut supradecomposita; pedunculi solitarii, axillares, ad medium duobus filis cyrrhisve multifloris muniti; flores racemosi).

- \* 1138. SEMARILLARIA, (SEMARILLARIA) RUIZ. CURURU PLUM. gen. plant. p. 34. tab. 35. — *Calyx* tetraphyllus; *corolla* tetrapetala; *capsula* unilocularis,

---

\*) Ad hunc locum pertinere videtur genus KATARSIS MERIC. vel *Gypsophylla arborea*.

laris, trispora; sporae arillatae; receptaculum centrale, trigonum. \*)

1139. **CARDIOSPERMUM**. (CARDIOSPERME) LINN. LAM. tab 317. **CORINDUM** Tourn. \*\*) (saponacea .). — Calyx tetraphyllus, foliolis duobus maioribus; corolla tetrapetala, nectarolyma appendices foliolis quatuor inaequalibus ad basin petalorum; capsulae tres (vel capsula una triloba, trilocularis et quasi triplex) connatae, inflatae, membranaceae, monosporae; sporae globosae, ad umbilicum notatae cicatrice cordata, — (Elongatio trunci herbaceae foliis biternatis; pedunculis solitariis axillaribus).

1140. **TOULICIA**, (TOULICI) AUBL. JUSS. LAM. illustr. tab. 317. **PONAEA** SCHREB. WILLD. (saponacea 2.) — Calyx quinquepartitus; corollae petala quatuor, ad summum cinctis tribus vel quatuor glandulis pilosis; filamenta alterna breviora; ovarium triangulum, super discum staminiferum positum; styli breves; capsula trilobata; alis membranaceis bivalvibus; trilocularis, loculis monosporis; (Arbor foliis aequaliter pinnatis, floribus in spicis paniculatis axillaribus aut terminalibus),

1141. **CORNIDIA**, (CORNIDIE) RUIZ. PAV. syst. flor. peruv. tab. 35. JUSS. mss. (Saxifrageis affinis). — Calyx campanulatus, obtuse trigonus, semisuperus, ovario adhaerens, margine integer; corollae petala quatuor caly-

---

\*) Differre a PAULLINIA LINN. fructus tantum partibus dicitur, caeteris cum illa convenire.

\*\*) Disiunxit MEDIC. monad. p. 110. genus **CORINDUM** Tourn. 246. calyce tetraphyllo, foliolis duobus maioribus, duobus minoribus; corollae petalis octo basi paria connatis; exterioribus duobus dilatato patentibus, quatuor internis erectis, supra conniventibus, tubum singentibus; staminibus basi in tubum brevem coalitis, tubi margine filamentis octo distinctis et erectis, posterioribus longioribus notato; stylis tribus; capsula triloculari, inflata, triangula; loculis monosporis; sporis cicatrice obcordata notatis.

calycis margini affixa; ovarium trifidum; styli divergentes et persistentes; stigmata acuminata; capsula tricorniculata, trifida, trilocularis, trivalvis, polyspora; interdum partium numerus uno augmentatus.

1142. SAPINDUS, (SAVONNIER) TOURN. LINN.

JUSS. LAM. illustr. tab. 307 (*Saponacea* 1.) — *Calyx* coloratus, tetraphyllus, foliolis duobus exterioribus; *corolla* tetrapetala; *nectarolytra* appendices quatuor corollae et ad basin petalorum glandulae quatuor; *capsulae* tres connatae, carnosae, globosae, ventricosae; duae abortientes, monosporae; *spora* sphaericae; — (Arbores foliis pinnatis aut ternatis, floribus dispositis in paniculas terminales).

1143. BRUNNICHIA, (BRUNICHE) BANKS.

POLYGONUM claviculatum GAERTN. — SCHREB. (*polygonea*). — *Calyx* monophyllus, coriaceus, angulatus, apice angustato elongatus in pedunculum planum, arcuatum, basi attenuatum, ventricosus, quinquefidus, laciniis revolutis; *corolla* nulla; *stamina* octo vel decem; *stigmata* bifida; *capsula* supera, unilocularis, trigona, monospora; *spora* inversa, sexlobata.

1144. COCCOLOBA, (RAISINIER) LINN. JUSS.

LAM. illustr. tab. 316. (*polygonea*). — *Calyx* coloratus, quinquepartitus, demum baccatus; *corolla* nulla; *bacca* (nux) calycina h. e. calyce succulento facto tecta, unilocularis; *spora* una; — (Frutex elongatione recta; foliis alternis, orbiculatis, parum cordatis, stipulis vaginantibus ad basin munitis; flores in racemis axillaribus.)

1145. POLYGONUM, (PERSICAIRE, *Renouée*)

TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 315. FAGOPYRUM, BISTORTA, PERSICARIA TOURN. (*polygonea*). — *Calyx* coloratus, quinquepartitus; *corolla* nulla. — (*calyx* nullus; *corolla* quinquepartita, calycina PERS.) —; *stamina* quinque ad novem; *styli* duo vel tres; totidem *stigmata*; *spora* una, ovalis aut triangularis,

ris, certe angulata, calyce tecta. (Stamina et styli numero incerto).

## TETRAGYNIA.

1146. KALANCHOE, (KALANCHOE) ADANS. DECAND. COTYLEDON LINN. VERA WILD. CRASSUVIA COMMERS. LAM. (crassulea); *Calyx* quadripartitus; (tetraphyllus P.) *corolla* hypocrateriformis, quadripartita, laciniis acutis; *ovaria* quatuor, unumquodque basi squama nectarifera lineari cinctum; *capsulae* superae quatuor, uniloculares, interne quadrivalves, polysporae. \*)

1147. ADOXA, (ADOXE, MOSCATELLINE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 320. MOSCATELLINA TOURN. (saxifragea 2.) — *Calyx* bi-trifidus, inferus, squamaeformis; *corolla* (calyx JUSS.) quadri-quinque-fida, supera, munita interne ad basin duabus vel quatuor squamis persistentibus; *antherae* rotundatae; *ovarium* inferum quatuor vel quinque stylis persistentibus terminatum; *baccaglobosa*, quadri-quinque-ocularis (matura unilocularis,) tetra-pentasporea, (loculis monosporis) calyce coalita; *embryo* rectus; *radicula* supera; (Flores laterales ennea-decandri.) \*\*)

\* 1148. VERA, (VEREA) ANDREWS, WILD. — *Calyx* tetraphyllus; *corolla* hypocrateriformis, quadri-fida; *tubus* ventricosus; *ovaria* quatuor basi quatuor squamis munita; *capsulae* quatuor, superae, uniloculares, polysporae.

1149. CERCODIA, (CERCODÉE) SOLAND JUSS. LAM. illustr. tab. 319. HALORAGIS FORST. tab. 31. L'HERET. JACQ. PERS. TETRAGONIA LINN. suppl. sv. (ona-

---

\*) PERSONIUS ench. 445. ad octandriae tetragynias retulit.

\*\*) PERS. ench. l. l. ad tetragynias retulit.



(onagraria 1.) — *Calyx* urceolatus, tetragonus, quadridentatus dentibus rectis (vel tetraphyllus), superus, persistens; *corollae* petala quatuor linearia, dentibus calycis interposita, caduca; *antherae* oblongae, striato-sulcatae, binae petalis oppositae; *ovarium* inferum; *drupa* sicca (capsula dura), tetragona angulis parum proeminentibus, limbo calycis coronata, continere nucem unam quadrilocularem, tetrasporam; — (Suffrutices floribus axillaribus).

1150. ELATINE, (ELATINE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 320. SCHKUHR. ALSINASTRUM VAILL. (Caryophyllea 3.) — *Calyx* tetraphyllus; *corollae* petala quatuor sessilia; *ovarium* orbiculare, depressum; *capsula* orbicularis depressa, quadrilocularis, quadrivalvis, polyspora, dissepimenta suturis opposita; — (Plantae aquatica, diffusae, minimae, foliis verticellatis aut oppositis).

1151. PARIS, (PARISETTE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab 319. HERBA PARIS TOURN. (smilacea 1.) — *Calyx* patens tetraphyllus; *corollae* petala quatuor alterna, angustiora, magis erecta; *antherae* filamentorum medio adnexae; *bacca* globosa, quadrilocularis, loculis olygosporis; — (Elongatio ad medium quatuor foliis verticillatis munita, ad summum uniflora; interdum pars quinta adest, interdum quarta pars deficit).

1152. GALVEZIA, (GALVÈZE) RUIZ. PAVON. — *Calyx* quadripartitus (tetraphyllus?) *Corollae* petala quatuor sessilia: *stamina* inaequalia, quatuor alternantia breviora; *corpus* glandulosum sub ovario; *drupae* quatuor. \*)

1153. P O R.

---

\*) Ab hoc genere differre videtur GALVEZIA (GALVEZE) DOMBEY. et JUS. *calyx* quinquefidus parvus; *corolla* leviter tubulosa, leviter ad basin ventricosa, limbo bilabiato, labio superiori bilobo, inferiori tripartito; *stamina* intra tubum (quatuor?); *capsula* tubulosa; — (Frutex ramosus, foliis alternis; floribus solitariis axillaribus).

1153. PORLIERA, (PORLIERIE —, TURUCASA) RUIZ. et PAVON. — *Calyx* tetraphyllus aequalis; *corollae* petala quatuor obovata, conniventia, unguiculata; *squamae* octo nectariferae; *stamina* aequalia, dorso nectarolymatis inserta; *drupae* quatuor connatae. \*)

1154. FRANCOA, (FRANCOA) CAVAN. — *Calyx* quadripartitus, persistens; *corolla* tetrapetala; *stylus* nullus; *stigmata* plana; *capsulae* quatuor, basi connatae, carinatae; *sporae* numerosae, suturis carinarum adfixae (a genere PANKE distinctum cf. PERS. ench. p. 445.)

1155. POLYSCIAS, (POLYSCIAS) FORST. austr. t. 32. JUSS. (araliacea). — *Calyx* quinque ad octo dentibus parvis munitus; *corollae* petala numero octo, rarius quinque ad septem, patentia; *stamina* octo, rarius quinque vel septem; *antherae* quadristriatae; *stylus* nullus; *stigmata* saepissime quatuor; rarius tria aut quinque; *bacca* globosa, calyce et stigmatibus coronata, saepe quadrilocularis; *sporae* triangulae. (Folia alata; umbella magna, verticillata).

---

\*) GUAIACO affine genus; ab antecedente GALVEZIA genere calyce tetraphyllo, nectarolymatis squamis octo, petalis obovatis unguiculatis, staminibus aequalibus, drupis connexis, differre auctores gravissimi iubent.

---

## C L A S S I S N O N A

## E N N E A N D R I A .

## M O N O G Y N I A .

1156. LAURUS, (LAURIER) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab 321. (laurinea). — *Calyx* quadri-sexpartitus aut fissus, laciniis aequalibus; caducus aut persistens; *corolla* nulla; staminum *filamenta* duodecim, calyci multo breviora, duplici serie concentrica posita, sex exteriora fertilia, sex interiora, quorum tria fertilia, basi glandulis duabus bisetis, ovarium cingentibus sunt munita (*nectarolyma*), tria cum fertilibus alterna sterilia; *stigma* capitatum; *drupa* monospora, olivaeformis, supera; *nux* unilocularis, monospora. (Staminum numerus varius secundum LINN. tria, quinque, sex, septem, octo, quatuordecim; quo fieri potest quod species exoticæ accuratius observatæ nova genera constituent. Folia alterna, ut plurimum integra; flores axillares interdum terminales, solitarii aut per fasciculos approximati, interdum dispositi in paniculam.)

\* 1157. PANKE, (PANKE) MOLIN. WILLD. — *Calyx* quadrifidus; *corolla* campanulata, quadrifida; *capsula* bivalvis, monospora. \*)

1158. ANA-

\*) PERSOON enchir. pag. 30. in Diandriae digyniis sub GUNNERA militare iussit. ! conferri potest idem auctor libro laudato pag. 445. sub FRANCOA.

1158. ANACARDIUM, (ANACARDE) OFF. LINN. JACQ. CASSUVIUM (ACAIU) LAM. tab. 322. SEMECARPUS LINN. suppl. ACAIUBA GAERTN. (tere-  
bintacea). — *Calyx* inferus, quinquepartitus; *corollae* petala quinque, calyce maiora, reflexa; *staminum filamenta* decem, novem breviora antherifera, antheris rotundatis, decimo longiori, anthera caduca oblonga castrato; *nux* reniformis, monospora, inserta super receptaculum pyriforme, magnum, carnosum, sive pedunculum ampliatum incrassatum \*); *spora* nuci conformis; — (Arbor resinosa, mediae altitudinis; folia alterna magna, simplicia, munita fasciculo ductulorum longitudinali transverse ramificante; flores parvi, albi, in panicula terminali, bracteati; interdum masculi per ovarii abortum; fructus oleosus interne resinosis, affixus super pedunculum crassum, spongiosum, nominatur *Pomme d'Acayou*). \*\*)

1159 PLEGORHIZA, (PLÉGORHIZE, *Guai-curu*) MOL. JUSS. WILLD. (ex ordine plant. sedis incertae). — *Calyx* nullus; *corolla* MOL. (calyx JUSS.) monopetala, infera, limbo integro; *staminum filamenta* brevissima; *antherae* oblongae: *capsula* oblonga, leviter compressa, unilocularis, monospora; *spora*e capsulae conformes; (Frutex foliis radicalibus, petiolatis, confertis; elongationum alternis, sessilibus; flores parvi, fere umbellati).

1160. CAS-

---

\*) Est planta *polygama dioica*; filamentum longius in apertis floribus sterile, in clausis autem antheram gerit magnam, torosam, ROTB. —

\*\*) Haec sub CASSUBIO JUSS. LAM. cum generis definitione extant: sed ANACARDII characterem essentialem LAM. ill. t. 208. encycl. et JUSS. hunc alias proposuerunt: *calyx* campanulatus, quinquefidus; *corollae* petala quinque magna; *stamina* quinque; *antherae* oblongae; *styli* tres; *stigmata* tria; *nux* compressa, cordiformis, basi multo latior, sustentata pedunculo incrassato, cupulaeformis aut turbinata; — (Arbores; folia simplicia, flores fructusque CASSUVII). IAUME, II. p. 249.



1160. CASSYTHA, (CASSYTHE, *Cassuta*) LINN.

JUSS. LAM. illustr. tab. 323. CALODIUM LOUREIR. VOLUTELLA FORSK. (ex ordine plantt. sedis incertae.)—*Calyx* inferus, monophyllus, globosus, limbo attenuato et sexfido, vel partito, laciniis conniventibus, tribus interioribus alternis, petaloïdeis (petala LINN.) parum maioribus; ad basin bractee tres parvae; *corolla* nulla; (calyx nullus: *corolla* calycina, sexpartita PERS.); *staminum* duodecim *filamenta* duplici ordine ad summum calycis disposita, quorum sex externe collocata antherifera laciniis calycinis opposita sunt; alia sex extra illa collocata habent tria fertilia antherifera, ad basin duabus glandulis minutis munita, tria reliqua sterilia, truncata, tuberculiformia (nectarolyma LINN.); *antherae* filamentorum fertilium antrorsum affixae longitudine filamentorum; *ovarium* superum, cinctum (tribus tuberculis glandulosis truncatis) staminibus sterilibus JUSS.; *stylus* incrassatus; *stigma* obtusum; *capsula* drupacea, globosa, monospora, calyce grossificato tecta, — baccae — vel drupaeformis.

## 1161. ERIOGONUM, (ERIOGONE) MICHAUX

fl. amer. bor. I. p. 246. tab. 24. PERS. (polygoneis affinis). — *Calyx* subcampanulatus, sexpartitus, laciniis tribus interioribus minoribus; *corolla* nulla; *antherae* ovaes; *ovarium* triangulum; *stylus* brevis; *stigmata* tria; *spora* una, triquetra, calyce tecta; — (Flores multi pedicellati e communi involucro campanulato prodeuntes; elongatio herbacea, dichotoma; folia ternata, verticillata, sessilia).

## 1162. OCOTEA, (OCOTEE). AUBL. Guy. t. 310.

JUSS. (laurinea). — *Calyx* sexpartitus, lacinae tres interiores alternae et minores; *staminum filamenta* novem, membranacea, lata, ad summum truncata; sex exteriora laciniis calycinis opposita, tria interiora basi biglandulosa; *antherae* quatuor insertae interne singulo filamentum, e basi ad summum dehiscentes, duae inferiores, duae superiores; *stigma* concavum; *drupa* basi calyce persistente et urceolato cincta, ovalis, monospora; (Arbor:

bor: folia alterna, integerrima; flores in paniculis axillaribus et terminalibus).

### T R I G Y N I A.

1163. RHEUM, (RHUBARBE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 324. RHABBARBARUM TOURN. (polygonea). — *Calyx* nullus; *corolla* (calyx JUSS.) sexfida, persistens; *stylus* nullus; *stigmata* tria; *spora* una, triquetra, laevis, margine membranaceo; (Flores paniculati terminales).

1164. PLAEA, (PLAÉE) MICHAUX amer. bor. tab. 25. PERS. — *Corolla* (calyx JUSS.) sexpartita, patentissima; *ovarium* triangulum; *stigmata* sessilia; *capsula* subrotundo-trigona; (tres coniunctae?) calyce persistente cincta trilocularis, septo nullo manifesto; *spora*e numero plures, oblongae, cylindricae, margini valvularum adnexae. Spica in spathis unifloris\*); (Plantae iunciformes, elongationibus foliisque glabris, maxime erectis, acuminatis; flores in spica terminali).

### H E X A G Y N I A.

1165. BUTOMUS, (BUTOME, Ionc-fleuri) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 324. (juncinea 3.) — *Calyx* nullus; *corollae* (calyx JUSS.) petala sex, fere aequalia, tribus interioribus minoribus; *capsulae*, ut ovaria, sex oblongae, univalves, polysporae; *spora*e ad parietes capsularum; — (Flores umbellati; folia ut in gramineis).

---

\*) An genus potius cum TOFFIELDIA coniungendum, a qua staminum numero solummodo differre videtur. PERS.

CLASSIS DECIMA.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

I. Flore polypetalo, irregulari.

1166. SOPHORA, (SOPHORA) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 325. (leguminosa 4.) — *Calyx* monophyllus limbo quinquentato, campanulatus, superne gibbus; *corolla* papilionacea; vexillo, versus medium vix dilatato, magno sed alis multo breviori; *carina* dipetala; *legumen* moniliforme, articulatum, articulis distinctis et reunitis invicem processibus plus minus elongatis, inflatum ad sporarum insertiones; — (Arbores et frutices floribus ut plurimum flavescens colore; folia pinnata cum impari; foliola plerumque numerosa).

1167. VIRGILIA, (VIRGILIA) LAM. tab. 326. SOPHORA LINN. PODALYRIA WILLD. BROUSSENETIA ORTEG. decad. V. (leguminosa 4.) — *Calyx* quinquentatus, gibbus; *corolla* papilionacea; *vexillum* alis longius; *carina* dipetala; *legumen* non articulatum, compressum aut subteres, polysporum (Folia pinnata).

1168. PODALYRIA, (PODALYRIA) LAM. illustr. tab. 327. WILLD. SOPHORA LINN. JUSS. PALL. CROTA-

TA-

TALARIA LINN. (leguminosa 4.) — *Calyx* subbilabiatus, quinquefidus; *corolla* papilionacea; *vexillum* et *alae* eadem invicem longitudine, *carina* dipetala; *legumen* non articulatum, laeve, breve, inflato ventricosum aut planum, polysporum; — (Arbores aut frutices foliis pinnatis aut ternatis, rarissime simplicibus; floribus axillaribus aut terminalibus).

1169. PULTENAEA, (PULTÈNE) SMITH. nov. holl. 1. p. 35. t. 12.) WILLD. (leguminosa 4.) — *Calyx* quinqueidentatus, utrinque appendiculatus; *corolla* papilionacea, alis *vexillo* brevioribus; *legumen* uniloculare, disporum; (Flores capitati terminales; folia linearia).

1170. GOMPHOLOBIUM, (GOMPHOLOBIE) SMITH. transact. IV. (leguminosa 4.) — *Calyx* campanulatus, simplex, quinquepartitus; *corolla* papilionacea; *stigma* simplex, acutum; *legumen* ventricosum, uniloculare, polysporum.

1171. DAVIESIA, (DAVIESIA) SMITH. transact. IV. SOPHORA sert. Hannover. PULTENAEA WILLD. VENTEN. (leguminosa 4.) — *Calyx* angulatus, simplex aut nudus, quinquefidus; *corolla* papilionacea; *stigma* simplex, acutum; *legumen* compressum, monosporum. \*)

1172. ANAGYRIS, (ANAGYRE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 328. (leguminosa 4.) — *Calyx* urceolatus, quinqueidentatus, persistens; *corolla* papilionacea; *vexillum* obcordatum, brevissimum; *alae* paulo *vexillo* longiores; *carina* dipetala, longitudine *vexillum* et *alae* superans; *stamina* distincta; *legumen* elongatum, compressum, parum incurvum, fere gibbum, polysporum; *sporae* reniformes, maturae caerulescentes. (Frutex foliis ternatis, foliis bractea amplexicauli opposita munitis; flores spicati axillares).

1173. CER-

---

\*) Hoc et praecedens genus ex auctoritate gravissimi SMITHII post SOPHORAM ponenda sunt.



1173. **CERCIS**, (GAINIER) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 328. **SILICUASTRUM** TURB. (leguminosa 4.) — *Calyx* urceolatus, quinque-dentatus, basi gibbus; *corolla* papilionacea; *petala* unguiculata; *vexillum* alis brevius, et sub alis positum; *carinae* *petala* duo approximata, aequalia; *stamina* distincta, inaequalia; *ovarium* substipitatum; *legumen* oblongum, polysporum, compressum, gibbum per sporarum affixarum proëminentiam, marginatum ala membranacea; — (Arbores mediae altitudinis; folia simplicia; inflorescentia ante foliationem; flores thyrsoides vel fasciculati per longitudinem elongationum, purpurascens, interdum albi).

1174. **BAUHINIA**, (BAUHINE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 329. (leguminosa 3.) — *Calyx* irregularis, apice quinquefidus, dehiscens longitudinaliter latere inferiori, fissuris quinque ad basin, caducus; *corollae* *petala* quinque, patula, oblonga, unguiculata, undulata, subaequalia, superiori magis distante, calyci inserta; *stamina* distincta inaequalia, novem corolla breviora et interdum sterilia, decimo libero, caeteris multo longiori semper fertili; *ovarium* pedicellatum; *legumen* pedicellatum, elongatum, sublanceolatum, compressum, polysporum; *sporae* planae, reniformes aut ellipticae; — (Arbores vel frutices interdum prostratae; folia simplicia, biloba; flores in racemos axillares aut terminales dispositi).

1175. **PAULETIA**, (PAULETIA) CAVAN. (leguminosa 3) — *Calyx* laciniis quinque longissimis revolutis; *corollae* *petala* quinque angusta, undulata; *stamina* decem basi connexa, in corpus crassum connata; *stigma* ovatum; *legumen* lineare, bivalve, polysporum.\*)

1176. **PALOVEA**, (PALOVÉ) JUSS. LAM. t. 323. PALOUE AUBL. Guy t. 141. GINANNIA SCHREB. (leguminosa 3.) — *Calyx* duplex: exterior urceolatus, bilo-

---

\*) PERS. ench. p. 455. cum BAUHINIA hoc genus coniungi suasit.

bilobus: interior infundibuliformis, coriaceus, quadri-  
 quinelobus lobo altero maiori; *corollae* petala tria  
 (saepe quinque, duobus caducis), alterna cum laciniis  
 calycinis; *filamenta* longa, fertilia; *antherae* oblongae,  
 versatiles; *ovarium* sustentatum pedunculo altero latere  
 alato; *stylus* longissimus; *legumen* longum polyspo-  
 rum: . . . \*) (Frutex floribus spicatis terminalibus;  
 foliis simplicibus).

II77. HYMENAEA, (COURBARIL) LINN. JUSS.  
 LAM. illustr. tab. 330 f. 1. COURBARIL PLUM. (legu-  
 minosa 3.) — *Calyx* turbinatus, coriaceus, limbo quin-  
 quepartito, obtuso; caducus; *corollae* petala quinque,  
 subaequalia; *filamenta* distincta, ad medium incurva;  
*antherae* magnae, versatiles; *stylus* intortus; *legumen*  
 magnum, lignosum, ovali oblongum, parum compres-  
 sum, interne pulpa farinosa repletum, dilatatum, poly-  
 sporum; *sporangia* ovoïdeae, leviter compressae, cinctae te-  
 la cellulosa fibrosa, pulpa infusae; (Arbores resinosae;  
 folia coniugata; flores in corymbum terminalem dispo-  
 siti).

II78. AFZELIA, (AFZELIE) SMITH. transact. IV.  
 (leguminosa 1.) — *Calyx* tubulosus, limbo quadrifido,  
 deciduo; *corollae* petala quatuor unguiculata, summo  
 maximo; *stamina* distincta decem, octo fertilia; *fila-  
 menta* duo suprema sterilia; *ovarium* stylo et stigmatate  
 superatum; *legumen* lignosum, multiloculare; *sporangia*  
 basi arillatae, arillo nigro, hinc nigrae \*\*); (Arbores  
 Africae, foliis alternis et pinnatis sine impari; flores in  
 racemis colore atrorubente).

II79. MYROSPERMUM, (MYROSPERME)  
 JACQ. JUSS. LAM. illustr. tab. 341. MYROXYLON LINN.  
 (legu-

---

\*) Secundum JUSSIEU (gen. pl.) auctoritatem ex Ennean-  
 driae monogyniis decimo filamento sterili ad hanc clas-  
 sem revocandum genus; vid. PERS. pag. 450, et JAUME  
 II p. 210.

\*\*) AFZELIA *Gmelini* nimis incerta est, ut tanto condecor-  
 tur nomine.

(leguminosa). — *Calyx* campanulatus, limbo leviter quinquedentato, dentibus fere obsoletis; *corollae* petala quinque, papilionacea; *alae* et *carina* diphylla foliis fere aequalibus unguiculatis, rectis; *vexillum* maximum, obcordatum, unguiculatum; *stamina* distincta, declinata, continuata in carinam; *filamenta* post petalorum delapsam persistentia; *antherae* oblongae, versatiles; *ovarium* corollae longius, pedicellatum; *legumen* oblongum, alato membranaceum, compressum ad basin, uniloculare, apice inflatum, mono — disporum, non dehiscens. \*)

1180. PARKINSONIA, (PARKINSONE, SIGALINE, *Parkinset*) PLUM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 336. (leguminosa). — *Calyx* urceolatus, limbo quinquefido, laciniis reflexis caducis; *corollae* petala quinque, ovata, unguiculata, fere aequalia; inferiori latiori, superiori ovato subrotundo, ungue erecto longissimo; *legumen* elongatum, cylindricum, acuminatum, moniliforme, torulosum, tectum duabus tunicis bivalvibus, polysporum, ad sporarum insertionem inflatum. — (Arbor mediae altitudinis spinosa; folia pinnata, foliolis numerosis; flores in racemis axillaribus aut terminalibus).

1181. HOFFMANSEGGIA, (HOFFMANSEG-GIE) CAVAN. tab. 392. LARREA ORTEG. (leguminosa). — *Calyx* tubulosus, quinquepartitus, inferus, persistens; *corollae* petala quinque unguiculata, patentia, superiori latiore, basi glandulosa; *filamenta* duplici ordine calyci inserta, piloso glandulosa; *stigma* clavatum; legu-

---

\*) Ad hoc genus SAUMERIUM JOSEPHI DE JUSSIEU referri debet, quod est LAMARKI *Myros. pedicellatum*; haec nova species a *Myr. frutescente* leguminibus super pedicellum longissimum distinguitur; nec non vera est Quina-quina incolarum de Peru, Cinchona officinalis LINN., cui Europaei nomen Quinaquina aut Quinquina dare solent. Atque adeo haec nominum confusio inde derivanda videtur, quod cortex *Cascarae de Loxa*, Cinchona officinalis L., fuerit substituta verae Quina-quinae peruvianae, h. e. SAUMERIO JOS. DE JUSS.; usus Saumerii remedii loco comprobavit summam utilitatem.

*legumen* lineare, compressum, bivalve, polysporum. — (Petioli axillares in glandulis pedicellatis).

1182. CAESALPINIA, (BRESILLET, *Sapan*)

PLUM LINN JUSS. LAM. illustr. tab. 335 (leguminosa 2.)

*Calyx* urceolatus, quinquefidus vel partitus, lacinia infima longiori maiorque subfornicata; *corollae* petala quinque fere aequalia, inferiori amoenius colorato; *filamenta* distincta, arcuata, basi lanata, vix corolla longiora, omnia foecunda; *ovarium* oblongum; *legumen* oblongum, compressum, bivalve, polysporum, ad summum interdum oblique acuminatum. — (Arbores aut frutices utiles ad tingendum, inermes aut saepissime munitae processibus spinosis ad elongationes petiolosque; folia bipinnata, foliolis oppositis; flores in racemos simplices aut paniculas axillares et terminales dispositi).

1183. POMARIA, (POMARIE) CAVAN. tab. 402.

(leguminosa). — *Calyx* turbinatus, quinquepartitus, caducus; *corollae* petala quinque, subunguiculata, superiori concavo, breviori; *stamina* declinata, filamentis inferne hirsutis; *stigma* capitatum; *legumen* uniloculare, disporum.

1184. TOLUIFERA, (BEAUMIER DE TOLUS)

LINN. JUSS. (terebintacea 2.). — *Calyx* campanulatus,

quinquedentatus; *corollae* petala quinque, quatuor linearia, aequalia, quinto et infimo maximo, cordato; *stamina* decem brevissima; *stylus* nullus; *fructus* . . . . ?

(pisiformis, quadrilocularis, tetrasporus secundum MILLER.). — (Arbor quae supeditat balsamum de Toulut nominatum; folia pinnata cum impari; flores in racemis axillaribus).

1185. CASSIA, (CASSE) TOURN. LINN. JUSS. LAM.

illustr. tab. 332. SENNA TOURN. (leguminosa 1.). —

*Calyx* coloratus, caducus, quinquepartitus (pentaphyllus *v.*); *corollae* petala quinque, aequalia, distantia, inferiori reliquis maiori; *filamenta* arcuata, tria superiora antheris sterilibus, inferiora tria longiora antheris arcuatis fertilibus onustata; lateralia quatuor brevia et

aequa-



aequaliter fertilia; *ovarium* pedicellatum; *legumen* elongatum, membranaceum, plus minusve compressum, polysporum, bivalve dissepimentis transversalibus, aut lignosum cylindricum, e valve et saepe pulposum. — (Frutices aut suffrutices; folia pinnata, foliola opposita una vel serie multiplici; glandulae parvae ad basin petioli communis et inter foliola; flores axillares, dispositi in spicam, rarius fere solitarii).

1186. CATHARTOCARPUS, (CATHARTOCARPE) LAM. tab. 332. CASSIA LINN. VAHL. (leguminosa). — *Calyx* quinquepartitus, deciduus; *corolla* pentapetala, regularis; *filamenta* inferiora arcuata; *legumen* longum, teres, lignosum, multiloculare, loculis pulpa farctis.

1187. TACHYGALIA, (TACHIGALI) AUBL. JUSS. LAM. illustr. tab. 339. TACHIA PERS. AMASONIA LINN. suppl. CUBAEA SCHREB. (leguminosa). — *Calyx* turbinatus, quinquelobus, lobis inaequalibus, persistens; *corollae* petala quinque, vix aequalia; *staminum filamenta* distincta, calyci inserta, villosa, exserta, omnia antherifera, tria superiora breviora; *ovarium* subpedicellatum; *stylus* longus; *legumen* coriaceum, longum, compressum, villosum, hexa — heptasporum, ad insertionem sporarum inflatum. — (Arbor ramis triangularibus; foliis pinnatis).

1188. GYMNOCLADUS, (CHICOT) JUSS. LAM. tab. 336. GUILANDINA LINN. WILLD. (leguminosa l.). — *Calyx* monophyllus, infundibuli — vel hypocrateriformis, quinquefidus; *corollae* petala quinque, inserta calycis collo, brevia; *stamina* non exserta, quibusdam interdum sterilibus; *legumen* glabrum, oblongum, latum, leviter compressum, interne pulposum, fere semper multiloculare, rarius uniloculare, dissepimentis transversalibus; loculis monosporis; *sporae* osseae, fere globosae. — (Arbores mediae altitudinis, non spinosae; folia uni — bipinnata, foliolis alternis; flores dispositi in spicas paniculatas et terminales).

1189. GUI-

1189. GUILANDINA, (BONDUC, *Queniquier*)

LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 336. BONDUC PLUM.  
 HYPERANTHERA VAHL. WILLD. (leguminosa 2.). —  
*Calyx* urceolatus, quinquepartitus, laciniis profundis,  
 fere aequalibus; *corollae* petala quinque, sessilia, sub-  
 aequalia; *filamenta* non exserta, basi lanata; *ovarium* ob-  
 longum; *stylus* brevis; *legumen* breve, ovoideum, muc-  
 ricatum aut glabrum, ventricosum compressum, mono-  
 trisporum; *sporae* osseae, fere globosae. — (Arbores  
 aut frutices spinosae ad trunci elongationem et ad petio-  
 los; folia bipinnata, foliolis oppositis; flores dispo-  
 siti in racemos aut in paniculas axillares aut terminales).

## 1190. MORINGA, (BEN) LAM. tab. 337. JUSS.

GUILANDINA LINN. HYPERANTHERA VAHL. WILLD.  
 ANOMA LOUREIR. (leguminosa 2.). — *Calyx* quinque-  
 partitus, laciniis profundis, caducus; *corollae* petala  
 quinque sessilia, aequalia, altero superiori attenuato re-  
 curvato, quatuor inferiora; calyci inserta; *stamina* bre-  
 via, inaequalia, (quaedam sterilia aut antheris minimis  
 donata?); *legumen* longissimum, capsulaeforme, subu-  
 latum, trigonum, dehiscens in valvulas tres valvulis  
 exsulcatis alternatim foveola, qua continentur *sporae*  
 nunc alis tribus distinctae nunc non alatae. — (Arbo-  
 res inermes).

## 1191. GOMPHIA, (GOMPHIE) VAHL. WILLD.

OCHNA PLUM. LINN. (tulipifera). — *Calyx* penta-  
 phyllus; *corolla* pentapetala; *antherae* fere sessiles; *drupae*  
 duae vel quinque, monosporae, disco carnoso su-  
 perpositae; receptaculum subrotundum.

## 1192. DICTAMNUS, (FRAXINELLE) LINN.

JUSS. LAM. illustr. tab. 344. FRAXINELLA TOURN.  
 GAERTN. RENEALM. (rutacea 2.). — *Calyx* quinquepar-  
 titus (pentaphyllus P.), minimus, caducus; *corollae* pe-  
 tala quinque patula, lanceolata, inaequalia, unguicu-  
 lata; *filamenta* inaequalia, subulata, declinata, punctis  
 glandulosis tecta; *ovarium* leviter pedicellatum; *stylus*  
 declinatus, staminibus brevior; *stigma* simplex; *capsu-  
 lae* quinque, interno margine connexae, radiatim dispo-  
 sitae,

sitae, compressae, externa apice acuminatae, introrsum dehiscentes, continens quaeque capsularum arillum cartilagineum, bivalves, disporae — (Planta herbacea, glandulis atrorubentibus viscosis tecta; folia pinnata; foliolis serrulatis; flores in spica terminali).

1193. RHODORA, (RHODORE) LINN. L'HERET. tab. 68. JUSS. LAM. illustr. tab. 364. (rhodorea 2.). — *Calyx* minimus, quinque-dentatus; *corolla* tubulosa, tripartita aut bilabiata, disco calyci adnato inserta, tubo inflato, brevissimo; labio superiori oblongo-obtusum, bi-trifido in superiori sua parte, recto; inferiori bipartito laciniis oblongo-obtusis pendulis, longitudine superiori aequalibus; *stamina* declinata; *filamenta* emarginata; *capsula* oblongo-obtusum, stylo persistente superata, quinesulcata, quinelocularis, quinquevalvis, polyspora. — (Frutex foliis alternis, ellipticis, integerrimis; flores terminales fasciculati).

1194. TREMANTHUS, (TREMANTHE) PERS. FOVEOLARIA RUIZ et PAVON. STRIGILIA CAV. TINUS JUSS. (meliacea). \*) — *Calyx* campanulatus, inferus; *corollae* perala revoluta; *nectarolyta* tubulosum; *antherae* post impraegnationem punctis setaceis stellatis asperae; *drupa* obovata. — (In drupa tria quasi apparent dissepimentorum rudimenta, quae fere exhibent tria loculamenta, ubi ovarium transverse dissecatur; quod curiose auctores, erroris evidandi causa, notarunt). —

1195. STRIGILIA, (STRIGILIE) CAVAN. diss. 7. JUSS. LAM. illustr. tab. 349. TINUS JUSS. (meliacea). — *Calyx* quinque-dentatus; *corolla* urceolata, profunde quinquefida; *staminum* decem *filamenta* basi connata in tubum brevem, interna pagina antheriferum; *antherae* ex uno latere villosae echinorum in modum; *ovarium* superum; *stigmata* in *stylo* simplici tria; *fructus* . . . forsan trilocularis et trisporus. — (Frutex foliis alternis, floribus in spica axillari).

1196 QUI-

\*) Sane ad hoc genus STRIGILIA CAVAN. diss. 7. p. 358. tab. 201. ipso RUIZIO auctore deferri debere videtur.

1196. QUIVISIA, (QUIVI) COMMERS. JUSS. GILBERTIA Gmel. (meliacea 1.). — *Calyx* urceolatus, quadri — vel quinquedentatus; *corollae* petala quatuor aut quinque, calyce breviora; *staminum* octo vel decem filamenta connata in tubum brevem, octo — decemantheriferum; *stigma* capitatum; *capsula* coriacea, quadri — quinquelocularis, apice dehiscendo quadri — quinquevalvis; dissepimenta affixa super medium valvularum; loculi dispori. — (Frutices; folia simplicia; pedunculi axillares et uniflori, aut multiflori spicati).

1197. TURRAEA, (TURRAEA) LINN. SMITH. JUSS. LAM. illustr. tab. 351. (meliacea 1.). — *Calyx* quinquefidus; *corollae* petala quinque, longissima, ligulata; *staminum* decem filamenta connata in tubum longum, apice decempartitum, lacinia quaque anthera una gerente; *stigma* parum incrassatum; *capsula* pentacocca, coccis disporis. — (Frutices; folia simplicia; flores axillares).

1198. SANDORICUM, (SANTOL) RHUMPH. JUSS. LAM. ill. tab. 350. WILLD. (meliacea 2.). — *Calyx* brevis, quinquefidus; *corollae* petala quinque linearia; *staminum* decem filamenta connata in tubum, margine decempartitum, laciniarum apices antheriferae; *stigmata* in *stylo* simplici quinque bifida; *bacca* pomiformis, interne pulposa, externe parum villosa, infra in duas valvulas dehiscens, tetra — pentaspora; *sporae* arillatae, arillo coriaceo, compresso. — (Arbor foliis ternatis, floribus in corymbo paniculato et axillari; fructus acidus).

1199. TRICHILIA, (TRICHILIE) LINN. JUSS. (meliacea 2.). — *Calyx* brevis tubulosus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque, lanceolata; *staminum* decem filamenta coalita in tubum terminatum quinque dentibus facie interna antheriferis; *stigma* in *stylo* simplici tridentatum; *capsula* rotundata, trilocularis, trivalvis, trispora; *sporae* arillatae et solitariae in loculo quoque. (Arbores foliis impari pinnatis aut ternatis; floribus in racemis aut paniculis saepe axillaribus).



1200. ELCAIA, (ELCAIA) FORSK. JUSS. (meliacea 2.). — *Calyx* campanulatus, quinquepartitus, laciniis rotundatis; *corollae* petala quinque, calyce longiora, basi plana, linearia, villosa; *staminum* decem *filamenta* usque ad medium coalita in tubum prismaticum quadrangulum, prolongata in formam squamarum pagina interna antheriferarum; *stigma* capitatum; *capsula* ovoidea, tomentosa, trilocularis, trivalvis, valvulis ad medium striatis; loculi dispori. — (Arbor foliis impari pinnatis, foliolis quadruplici serie; flores simillimi citri floribus, in corymbo axillares aut terminales).\*)

1201. EKEBERGIA, (EKÉBERGIE) SPARM. act. holm. 1779. t. 9. JUSS. (meliacea 2.). — *Calyx* quadrididus; *corolla* tetrapetala; *staminum* decem *filamenta* in tubum coalita brevem, integrum, interna facie antheriferum; *stigma* capitatum; *bacca* globosa, pentaspora; ...; (Arbor; folia impari pinnata aut sine impari; petiolii communes compressi; flores in paniculis axillaribus).

1202. MELIA, (AZÉDARACH) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 352. AZEDARACH TOURN. MEDIC. monadelph. p. 115. (meliacea 2.). — *Calyx* parvus, quinquefidus; *corollae* petala quinque oblonga; *staminum* decem *filamenta* connata in tubum cylindricum, terminatum quinque dentibus; *anthera* singula affixa facie interna denti singulo tubi; *stigma* capitatum; *drupa* globosa; *nux* quinquelocularis, pentaspora. — (Frutex; folia impari pinnata, aut bipinnata; flores in paniculis axillaribus).

1203. SWIETENIA, (MAHOGON) JACQ. LINN. JUSS. (meliaceis affinis). — *Calyx* minor, quinquefidus, laciniis caducis; *corolla* pentapetala; *staminum* decem *filamenta* coalita in tubum terminatum decem dentibus pagina interna antheriferis; *stylus* simplex; *stigma* capitatum;

---

\*) Plantam, quae hoc constituit genus, FORSK. auctore in Arabia detectam, b. VAHL arbitratus est referri debere ad *Trichiliae* genus et nominari voluit *Trichuia emetica*; folia tenet pinnata, foliola elliptica, inferiori pagina villosa.

tum; *capsula* ovoïdea, lignosa, quinquelocularis, longitudinaliter inde a basi ad summum usque dehiscens in quinque valvulas affixas marginibus placentae pentagonae angulis, obtectae penitus *sporis*, compressis, imbricatis, et ad apicem in alam prolongatis. — (Arbores; folia pari pinnata; flores in paniculis terminalibus aut axillaribus).

1204. GAERTNERA, (GAERTNERE) SCHREB. MOLINA CAVAN. HIPTAGE GAERTN. SONNER VOY 2. t. 135. VENT. BANISTERIA LINN. LAM. (malpighiaceae 2.). — *Calyx* quinquefidus, unica glandula munitus; *corollae* petala quinque, lacerato-ciliata, crenulata, ungue lineari; *staminum* decem filamenta subcoalita, uno caeteris longiori, corolla breviora; *stylus* unus; *ovarium* simplex; *samara* quadrialata, alis aequalibus; monospora. — (Arbor humilis; folia opposita; flores in paniculis laxis).

## II. Flore polypetalo aequali.

1205. CYNOMORA, (CYNOMÈTRE) LINN. LAM. tab. 331. LINN. WILLD. LAM. tab. 331. (leguminosa). — *Calyx* quadripartitus, laciniis reflexis; *corollae* petala quinque lanceolata, aequalia; *antherae* apice bifidae; *legumen* breve, lunatum, interne carnosum, externe tuberculosum, mono — disporum. — (Folia coniugata).
1206. PROSOPIS, (PROSOPIS) BURM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 340. (leguminosa 2.). — *Calyx* hemisphaericus, quadri — quinquecostatus; *corollae* petala quinque sessilia, aequalia, lineari lanceolata, apice recurva; *stamina* distincta, aequalia; *filamenta* basi petalorum adnata, capillacea; *stigma* simplex; *legumen* longum, inflatum, uniloculare, polysporum. — (Arbor foliis alternis, coniugatis; flores parvi in spicis terminalibus aut axillaribus).
1207. SCHOTIA, (SCHOTIE) JACQ. JUSS. LAM. tab. 331. GUAIAECUM LINN. THEODORA MEDICUS, SCO-

SCOTIA THUNB. nov. gen. IX. (leguminosa 1.). — *Calyx* coloratus, turbinatus, ad limbum quinquelobus, lobis caducis; *corollae* petala quinque, approximata, calyci inserta eoque longiora, in tubum ventricosum conniventia, lateribus invicem incumbentibus clausa; *filamenta* subulata, recta, parum corolla longiora; *antherae* versatiles; *ovarium* pedicellatum; *legumen* compressum, mucronatum pedicellatum, longitudine digitis, glabrum; *sporae* oblongae, colore brunneae, munitae umbilico albente. — (Frutex foliis pinnatis, rigidis super petiolum communem striatum; flores fasciculati aut spicati, rubri).

1208. CADIA, (CADIE) FORSK. L'HERET. VENT. SPAENDONCEA DESFONT. PANCIATICA PICCIVOLI (leguminosa 2.). — *Calyx* campanulatus, quinquefidus; *corollae* petala quinque (rarius sex, septem) aequalia, disposita in campanulam; obcordata, fere sessilia; *stamina* decem, rarius duodecim vel quatuordecim, in circulum collocata, petalis approximata; *filamenta* subulata, leviter arcuata, basi interne gibba; longitudine corollae, inter se aequalia; *antherae* oblongae, versatiles; *ovarium* pedicellatum; *legumen* lineare, compressum, membranaceum, polysporum; *sporae* octo, decem, ovali-oblongae, nitidae — (Frutex habitu simillima Tamarindo; folia pinnata cum impari; flores in racemis axillaribus aut terminalibus).

1209. ADENANTHERA, (ADENANTHERE, Condori) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 334. (leguminosa 2.). — *Calyx* minimus, quinqueidentatus; *corollae* petala quinque vix aequalia; *stamina* distincta; *antherae* declinato-pendulae, apice exteriori glandula globosa adfixa munitae; *legumen* longum, compressum, membranaceum, polysporum; *sporae* remotae. — (Arbores non spinosae; folia bipinnata; flores in spicis laxis axillaribus aut terminalibus).

1210. HAEMATXYLUM, (HÉMATOXYLE, Campêche) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 340. (leguminosa 2.). — *Calyx* turbinatus, quinquepartitus; *corollae*

petala quinque aequalia, vix calyce longiora vel maiora; *filamenta* distincta, basi interne barbata; *stigma* truncatum aut emarginatum; *legumen* capsulare, lanceolatum, parum compressum, uniloculare, sese dividens ad mediam partem in duas vel tres valvulas, valvulis navicularibus, di — trisporis; *sporae* oblongae, applanatae. — (Arbor spinosa; foliis oppositis triplici vel quatriplici serie, obcordatis; flores dispositi in racemos simplices et axillares).

1211. ZUCCAGNIA, (ZUCCAGNIE) CAVAN. (leguminosa 2). — *Calyx* inferus, quinquepartitus, persistens; *corollae* petala quinque, ovata, superiori latiore concavo; *filamenta* inferne pilosa; *stylus* curvus; *stigma* infundibuliforme; *legumen* subovatum compressum, uniloculare, bivalve; *spora* una, affixa apici valvularum.

\* 1212. HIPPOMANICA, (HIPPOMANICA) MOLIN. JUSS. (ex ord. plantt. sedis incertae). — *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque ovalia; *stamina* decem; *ovarium* unum; *stylus* unus; *stigma* unum; *capsula* quadrilocularis, polyspora; *sporae* reniformes. — (Planta herbacea, elongationes trunci quadrangulares; folia opposita, simplicia, integra, parum incrassata; flores flavi, terminales; incola Chili).

1213. GUAJACUM, (GAYAC) PLUM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 342. (rutacea I.). — *Calyx* quinquepartitus vel fissus; inaequalis; *corollae* petala quinque, inserta calyci; *filamenta* nuda; *capsula* fere pedicellata, turbinata, angulosa, angulis compressis, bi — tri — quinquelocularis, loculis monosporis; *sporae* ad apicem funiculi umbilicalis brevis, inserti angulo loculorum centrali. — (Arbores ligno duro; folia pinnata sine impari; pedunculi axillares, uniflori).

1214. RUTA, (RUE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 345. (rutacea 2.). — *Calyx* quadri — quinquepartitus, parvus, persistens; *corollae* petala quatuor, quinque, unguiculata, concava; *filamenta* basi dilatata; *receptaculum* circa ovarium octo — decem poris melliferis  
cin-



cinctum; *stigma* simplex; *capsula* quadri — quinqueloba, quadri — quinquelocularis, intra lobos dehiscens, polyspora; *sporae* reniformes. — (Stamina quibusdam speciebus octo; elongatio trunci herbacea aut, suffrutescens, odore gravi; folia simplicia, saepius unum, bipinnata; flores terminales, dispositi in corymbos aut in cymam).

1215. **ERIOSTEMON**, (ERIOSTEMON) SMITH transact. III. (rutacea). — *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque, sessilia; staminum *filamenta* plana, ciliata; *antherae* pedicellatae, terminales; *stylus* e basi ovarii; *capsulae* quinque coalitae, nectarolymati toruloso insidentes; *sporae* arillatae. \*)

1216. **CROWEA**, (CROWEA) SMITH transact. III. ANDREW. tab. 79. VENT. jard. de Malm. tab. 7. (rutacea?). — *Calyx* quinquepartitus, laciniis unguiculatis et in tubum approximatis; petala *corollae* quinque hypogyna, sessilia; staminum *filamenta* inserta super discum, plana, subulata, apice dilatata et dissita pilis ciliatis intertextis basi in tubum connexa; *antherae* longitudinaliter filamentis e parte interiori adnatae; *ovarium* rotundatum, quinesulcatum, stipitatum, disco glanduloso cinctum; *stylus* e basi ovarii cylindricus *stigma* obtusum; *capsulae* (cocci) quinque coalitae vel conniventes, ovals compressae, introrsum dehiscentes; *sporae* arillatae. \*\*) — (Frutex elongatione trunci triquetra; folia alterna, integerrima; flores solitarii, axillares).

1217. **TRIBULUS**, (TRIBULE, *Herse*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 346. (rutacea I.). — *Calyx* quin-

---

\*) A genere DIOSMA differt defectu squamarum cum petalis alternantium; staminibus non exsertis, ciliatis non glabris; defectu nectarolyomatis ovarium coronantis; staminum numero. Ad genus ERIOSTEMON pertinet autem *Diosma uniflora* LINN. cui stamina quinque abortiva. SMITH.

\*\*) Antherarum praecipuis forma et situ ab antecedenti genere distinguitur.

quinquepartitus; *corollae* petala quinque, oblonga, patentia; *stylus* nullus; *stigma* fere quinquefidum; *fructus* formatus saepissime quinque *capsulis* aut decem, approximatis, hinc gibbis, extrorsum dilatatis et armatis spinis; sed contractis et coalitis rectissime introrsum; capsula quaeque bi — tri — quadrilocularis, loculis transversalibus, di — tetraspora. — (Elongatio trunci herbacea, saepe disposita; folia opposita, pari pinnata, foliolo uno ut plurimum minori et abortiente; flores solitarii alterni, in axilla folii brevissimi collocati, flavi).

1218. FAGONIA, (FAGONE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 346. (rutacea I.). — *Calyx* quinquepartitus, caducus; *corollae* petala quinque unguiculata; cordata; *capsula* rotundata, acuminata, pentagona aut quinqueloba, quinquelocularis, loculis bivalvibus, monosporis; *sporae* compressae, insertae parva corda umbilicali super placentam pentagonam, subulatam, centram. — (Plantae herbaceae, liguosae ad basin; folia opposita, simplicia aut ternata; flores solitarii, axillares; stipulae spinescentes in quibusdam speciebus).

1219. ZYGOPHYLLUM, (ZYGOPHYLLE, *Fabagelle*) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 345. FABAGO TOURN. (rutacea I.). — *Calyx* quinquepartitus, (pentaphylus P.); *corolla* pentapetala, petalis unguiculatis; *filamenta* ad basin internam munita squamulis conniventibus; *capsula* ovato oblonga, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, dissepimenta longitudinaliter adnata medio valvularum; loculi monospori; *sporae* affixae margini dissepimentorum centrali, duplici serie in singulo loculo dispositae. — (Frutices aut suffrutices; folia coniugata, rarissime simplicia; flores solitarii, axillares).

1220. LARREA, (LARREA) CAVAN. icon. 6. p. 40. t. 559. (rutacea I.). — *Calyx* quinquefidus, laciniis concavis, inferus, deciduus; *corollae* petala quinque unguiculata; *filamentorum* quodque ad basin internam squama, ovarium cingente, munitum; *antherae* apice acuminatae

natae ad basin cordatae; *stigma* simplex: *ovarium* profunde quinesulcatum; *stylus* subulatus, pentagonus; *nucis* quinque, ovali-oblongae, monosporae; *albumen* carnosum. \*). — (Frutices; folia simplicia aut pinnata; pedunculi saepissime solitarii).

1221. SIMABA, (SIMABE) AUBLET. JUSS. ZWINGERA SCHREB. WILLD. (terebinthacea 3.). — *Calyx* quadri — quinquepartitus; *corollae* petala quatuor, quinque, inserta super discum carnosum; *filamenta* inserta disco, basi dilatata et pilosa; *ovaria* quatuor aut quinque coalita; *stylus* unus (saepe quinque styli coaliti?); *stigmata* quatuor, quinque; *capsulae* quatuor, quinque (numero ovariorum) ovatae, coriaceae, disiunctae, monosporae, receptaculo carnosum insertae. — (Frutex; folia alterna, ternata aut pinnata cum impari, foliolis duplici serie; flores axillares, in corymbum dispositi; pedicelli ad basin squama una notati).

1222. CERATOPE TALUM, (CÉRATOPÉTALE) SMITH WILLD. — *Calyx* persistens, quinquepartitus, staminiferus; *corollae* petala quinque pinnatifida; *stamina* calyci inserta; *antherae* calcaratae; *capsula* in fundo calycis calyce tecta, bilocularis.

1223. THRYALLIS, (THRYALLE) LINN. JUSS. (aceracea 2.). — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corolla* pentapetala; *antherae* rotundatae; *ovarium* simplex; *capsula* triangularis, tricocca, trilocularis, in tres partes se dividens; *loculis* monosporis, angulo interiori dehiscentibus; *sporae* mucronato-incurvae, glaberrimae. — (Frutex Brasiliae, ramis articulatis; folia opposita, stipulacea; flores in racemis terminalibus).

1224. GUIERA, (GUERA) JUSS. LAM. tab. 360. (onagraria 3.). — *Calyx* oblongus, fere cylindricus, gracilis, quadridentatus; *corollae* petala quinque; *stamina* exserta, corollae alterna longiora; *antherae* globosae;

---

\*) Distinctum est hoc genus a genere LARREA ARTEGI quod supra sub HOFFMANSEGGIA positum habemus.

sae; *capsula* oblonga, angusta, quinquangula, angulis parum exsertis, pilis longissimis tecta, dentibus calycis coronata, unilocularis, subquinespora; *spora*e minimae, filo affixae. — (Frutex foliis oppositis, integerrimis, ovalibus; flores terminales super ramos, numerosi, sessiles, involucro polyphyllo cincti).

1225. CACUCIA, (CACOUCIER) CACOUCIA AUBL. JUSS. LAM. ill. tab. 359. SCHOUSBOEA WILLD. (onagraria 3.). — *Calyx* campanulatus, limbo dilatato, patentissimo, quinquefido, caduco, *corolla* pentapetala; *stamina* saepe longissima; *antherae* ovales; *capsula* subbaccata, ovata, pentagona, fusiformis, intus pulposa, unilocularis, monospora; *spora* arillata. — (Elongatio sarmentosa; folia alterna, integerrima; flores alterni super spicam terminalem).

1226. MOURIRIA, (MOURIRI) AUBL. LAM. ill. tab. 360. PETALOMA SWARZ. WILLD. PERS. (melastomea 1.). — *Calyx* urceolatus, quinquedentatus, ad basin squamis quinque munitus; *corollae* petala quinque inferne dilatata, calyci inserta; *stamina* margini calycis insidentia, magnitudine inaequalia; *antherae* oblongae; *bacca* coronata ad summum dentibus calycinis, globosa, unilocularis, tetraspora. — (Arbores Americae meridionalis).

1227. LIMONIA (LIMONELLIER) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 353. (hesperidea 2.). — *Calyx* parvus, quinquepartitus; *corolla* pentapetala; *bacca* globosa, trilocularis, loculis monosporis. — (Arbores aut frutices: folia simplicia, ternata aut pinnata, glandulis confertis tecta, spinis axillaribus geminis aut solitariis munita).

1228. FERONIA, (FERONIE) ROXB. tab. 191. CORREA transact. Linn. V. (hesperidea 2.). — *Calyx* quinquepartitus, planus; *corollae* petala quinque, oblonga; *filamenta* basi dilatata, villosa, disco hypogynio elevato inserta; *bacca* corticosa, multilocularis, loculis carne spongiosa obvolutis.



1229. **COOKIA**, (WAMPI) SONNER. JUSS. LAM. illustr. tab. 354. **QUINARIA** LOUREIR. (hesperidea 2). — *Calyx* minimus, inferus, quinquepartitus; *corollae* petala quinque patentia, aequalia; *stamina* libera; *antherae* subrotundae; *ovarium* leviter pedicellatum, villosum; *stigma* inflatum; *bacca* (pomum P.) parva, ovalis, punctata, quinque — multilocularis, loculis monosporis, spora abortu obnoxia. — (Arbores; folia alterna, impari pinnata, punctis translucetibus obsita; flores in racemo paniculato terminales).
1230. **HEISTERIA**, (HEISTÈRE, *Bois-perdrix*) LINN. JACQ. amer. tab. 81. et pict. tab. 122. JUSS. LAM. illustr. t. 534. (hesperidea 1.). — *Calyx* subquinquefidus, primum viridis et minimus, deinceps coloratus et magnificatus; *corollae* petala quinque concava; *staminum filamenta* plana, alternatim breviora; *antherae* fere rotundae; *stylus* brevis; *stigma* subquadrifidum; *drupa* olivaeformis, oblonga, colorata, ad summum evasa, quinqueloba, lobis obtusis, ad dimidium calyce amplificato tecta, monospora. — (Arbor habitu Lauri; folia alterna, integerrima; flores parvi, axillares, solitarii).
1231. **QUISQUALIS**, (QUISQUALIS) LINN. LAM. illustr. tab. 357. **MYRODIA** SCHREB. (daphnacea). — *Calyx* tubulosus, longissimus, filiformis, limbo quinquefido vel quinqueidentato; *corolla* pentapetala, tubo longissimo (squamae quinque oblongae J.); *stylus* filiformis; *stigma* obtusum; *drupa* quinquangularis, monospora. — (Rami cylindrici; folia opposita, integerrima).
1232. **MONOTROPA**, (MONOTROPE, *Sucepin*) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 362. (ex ordine plant. sedis incertae). — *Calyx* tetra — pentaphyllus, coloratus (nullus P.); *corollae* petala quinque, hypogyna, conniventia et alterna cum calycis foliolis hisque concolora, in cylindrum coalita, et cum eo decidua, ad basin in duas appendices prolongata, interne concava, externe convexa et gibba (petala decem, quorum quinque exteriora (calycis?) basi excavato mellifera PERS.); *stamina* octo,

octo, decem hypogyna; *antherae* parvae; *ovarium* superum; *stylus* cylindricus; *stigma* dilatatum et fere infundibuliforme; *capsula* quadri — vel quinesulca, quadri — quinquelocularis, quadri — quinquevalvis, polyspora; valvulae dissepimento notatae, applicato versus receptaculum centrale quatri — quinquangulum; *sporae* numero plures, minimae, receptaculo centrali affixae. — (Planta parasitica; elongatio tecta squamis latis, oblongis; flores ad elongationis summum in spica brevi).

1233. CLETHRA, (CLETHRA) GRON. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 369. (erica I.). — *Calyx* quinquepartitus, persistens; *corollae* petala quinque aut corolla formata quinque petalis basi dilatatis; *stamina* non exserta; *stigma* fere trilobum; *stylus* apice trifidus, persistens; *capsula* globosa, trisulca, trilocularis, apice dehiscens in tres valvulas, calyce cincta, polyspora. — (Frutices foliis alternis, floribus dispositis in spicas axillares aut terminales, bracteis linearibus munitis).

1234. CUELLARIA, (CUELLARIE) RUIZ-PAVON. (erica I.). — *Calyx* quinquepartitus; *corollae* petala quinque aequalia; *stylus* trigonus; *stigma* trilobum; *capsula* trigona, trilocularis; *sporae* imbricatae, membranaceae. \*)

1235. PYROLA, (PYROLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 367. (erica I.). — *Calyx* minor, quinquepartitus; *corollae* (quinquepartitae) petala quinque conniventia, basi dilatata; *stamina* non exserta; *stigma* capitatum, bipunctatum aut cinctum quinque crenulationibus; *capsula* pentagona, angulis dehiscens quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora. — (Plantae herbaceae aut suffrutescentes; folia alterna aut fere verticil-

---

\*) A CLETHRA LINN., cui hoc genus valde affine videtur, petalis aequalibus, filamentis compressis, antheris superne bifidis, biperforatis, stylo trigono brevi, stigmate trilobo, capsula trigona depressa, sporis imbricatis, planis margine membranaceo squamoso cinctis, receptaculo denique subrotundo CUELLARIAM differri iubent auctores systematis vegetab. florae peruvianae gravissimi.

cillata, ut plurimum radicalia; flores bracteati, terminales, spicati aut rarissime umbellati).

1236. LEDUM, (LÉDON, LÉDE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 363. (rhodoracea 2.) — *Calyx* minimus, quinque-dentatus vel fissus; *corolla* profunde quinquepartita aut pentapetala, plana; *antherae* rectae oblongae; *capsula* basi dehiscentis, acuminata, quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora; — (pedunculi bracteati; uniflori; suffrutices; flores in corymbis spiciformibus aut umbelliformibus).

\* 1237. LEIOPHYLLUM, LAM. tab. 363. — LEDUM LINN. *Capsula* apice dehiscentis; *folia* utrinque glabra. (Facies a Ledis recedit).

1238. DIONAEA, (DIONÉE) ELLIS. LINN. VENT. jard. de Malm. t. 29. JUSS. LAM. tab. 362. (ex ordine plant. sedis incertae). — *Calyx* pentaphyllus, persistens; *corollae* petala quinque concava, *antherae* rotundatae; *ovarium* superum, rotundatum, decemsulcato-striatum, disco cinctum; *stylus* persistens; *stigma* dilatatum, margine exserto; *capsula* rotundata, membranacea, quinquangula, unilocularis, gibba, polyspora; *receptaculum* centrale; *embryo* rectus; — (Planta herbacea; folia radicalia, duplicata, deinceps in rosulam explicata, marginibus ciliis longis rigidis fimbriatis; flores super elongationem aphyllam in corymbo laxo).

1239. MURRAYA, (MURRAY) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 352. CHALCAS BURM LINN. mant. MARSANA SONNER. (hesperidea 2.) — *Calyx* minimus, persistens, quinquepartitus; *corollae* petala quinque aut sex, basi approximato connata in formam campanae, apice dilatata; *stamina* decem, rarius undecim vel quoddecim; *filamenta* inaequalia, basi parumper coalita; *stigma* capitatum, angulosum; *ovarium* basi cinctum disco urceolato (nectarolyma LINN.); *bacca* parva, sicca, bulbosa globosa, cincta epidermite punctata, acuminata, mono-dispora; *sporangia* cartilagineae; — (Frutex ramis alternis, folia alterna, impari pinnata, punctis translucen-

centibus tecta; flores in corymbis terminalibus; embryo sporae rectus). \*)

1140. BERGERA, (BERGERA) RUMPH. LINN. JUSS. ROXB. (hesperidea 2.) — *Calyx* minimus, quinquepartitus; *corollae* petala quinque, plana, patentia; *stamina* alternantia breviora; *stigma* turbinatum, transverse sulcatum; *bacca* fere globosa, dispora; — (Arbor; folia pinnata cum impari; flores terminales, in corymbo paniculato; pedicelli bracteati).

1241. MELASTOMA, (MELASTOME) BURM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 361. GROSSULARIA TOURN. TIBOUCHINA AUBL. FOTHERGILLA AUBL. (melastomea 1.) — *Calyx* quinquefidus aut quinque-dentatus, aut fere integer campanulatus; *corollae* petala quinque, ad summum calyci inserta; *antherae* longae, arcuatae; *capsula* baccaeformis, interne pulposa, tri-quinquelocularis, calyce obvoluta; *sporae* minutae, in pulpa nidulantes; (stamina etiam octo et tredecim; folia eleganter in plerisque nervoso-venosa; arbores mediae altitudinis, aut frutices).

1242. TRISTEMMA, (TRISTEMME) JUSS. MELASTOMA COMMERS. (melastomea 1.) — *Calyx* limbo quinquefido, prope limbum extrorsum triplici ciliarum villorumque corona membranacea cinctus; *corollae* petala quinque unguiculata; *ovarium* semiinferum; *bacca* ovalis, compressa, subangulata, ad summum solummodo supera, quinquelocularis, interne pulposa, quin-quangularis; — (Elongatio herbacea, tetragona; flores capitati).

1243. MICONIA, (MICONIE) RUIZ-PAV. syst. veget. flor. peruv. (melastomea 1.) — *Calyx* quinque-  
den-

---

\*) CHALCAS LINN. JUSS. (hesperidea 2.) — *Calyx* parvus persistens, quinquefidus; *petala* quinque, sex, recta, in ungues angustata; *stigma* inflatum et verrucosum; *bacca* oblonga, dispora; — (Frutex floribus terminalibus, paniculatis).



dentatus; corolla pentapetala; stamina bina semper munita per squamam unam bifidam ovarium tegentem (*nectarolyma*); antherae subulatae, rectae, plicatae, retrorsum calcare notatae; stigma simplex; capsula decemstriata, quinquelocularis, limbo calycis et squamis internis floris coronata; sporae numero plures, scrobiformes. (Frutices).

1244. MERIANIA, (MÉRIANIE) SWARZ. WILLD. RHEXIA SWARZ. (melastomea). — *Calyx* quinquefidus campanulatus; corollae petala quinque inserta calyci; stamina declinata; capsula quinquelocularis, polyspora.

1245. ACISANTHERA, (ACISANTHÈRE) BROWN. JUSS. RHEXIA LINN. WILLD. (lythriaria). — *Calyx* ventricosus, quinquefidus; corollae petala quinque calyci affixa; antherae sagittatae, versatiles; capsula calyce tecta et coronata, rotundata, bilocularis, polyspora; sporae insertae in quoque loculo placentae propriae; hinc placentae duae; — (Elongatio herbacea, folia opposita, flores solitarii, axillares).

1246. AXINAEA, (AXINEE) RUIZ. PAV. JUSS. MSS. (melastomea 2.) — *Calyx* concavus, evasus, integer, quinque-sexdentatus; corollae petala quinque aut sex dolabriformia; stamina decem vel duodecim, alterna breviora; antherae curvatae, calcaratae; ovarium quinque-sexangulum, truncatum; capsula calyce cincta, truncata, et corniculis coronata, quinque-sexlocularis; (Arbores).

1247. TIBUCHINA, (TIBOUCHINA) AUBL. GUY. t. 177. JUSS. (melastomea 2.) — *Calyx* obiectus superficie squamis parvis; limbus quinquefidus, basi cinctus quatuor aut decem glandulis magnis imbricatis et in crucem dispositis; corolla pentapetala; stamina decem; antherae basi bicornes; capsula quinquelocularis, quinquevalvis, calyce cincta; (Elongatio tetragona; flores solitarii axillares, aut in corymbo terminales).

1248. MA.

1248. **MAYETA**, (MAYETA) AUBL. Guy. t. 176. JUSS. (melastomea 2.) — *Calyx* villosus, apice quinquefidus, externe quinque squamis munitus; *corolla* pentapetala; *antherae* basi bicornes, apice membranaceae; *stylus* brevis; *bacca* quinquelocularis, coronata et cincta calyce carnosio; (Elongatio tetragona, gongylosa; folia opposita, inaequali magnitudine; flores axillares, subsessiles).

1249. **TOCOCA**, (TOCOCA) AUBL. Guy. t. 174. JUSS. (melastomea 2.) — *Calyx* limbo quinquefidus, margine villosus; *corollae* petala quinque rotundata; *stamina* decem; *stylus* brevis; *stigma* peltatum; *bacca* coronata, trilocularis, calyce carnosio cincta, subadhaerens; (Elongatio tetragona; petiolus vesiculosus brevis; folia ovalia).

1250. **JUSSIEUA**, (JUSSIEUE, JUSSIÈ) LINN. JUSS. LAM. tab. 280. ONAGRA PLUM. (onagra 1.) — *Calyx* superus, longus, cylindricus, limbo quadri-quinquepartito, persistens, patens; *corollae* petala quatuor, quinque, ovata, patentia; *antherae* ovales aut oblongae, versatiles; *stigma* capitatum, quadri vel quinquestratum; *capsula* oblonga, cylindrica aut angulosa, quadri-quinquelocularis, angulis dehiscens, quadri-quinquevalvis, calyce coronata, polyspora; *sporangia* numerosae minutae, receptaculo angulato centrali adnexae; dissepimenta in medio valvularum; — (Elongatio ut plurimum herbacea, rarius frutescens; folia alterna; flores solitarii axillares; ab *Oenothera* differt limbo calycis persistente et fructum coronante).

1251. **STYRAX**, (ALIBOUFIER) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 369. (ebenacea 1.) — *Calyx* urceolatus, inferus, integer aut quinque-dentatus; *corolla* infundibuliformis, ad basin calycis inserta, tubo brevi, limbo tri-vel septempartito; *stamina* sex ad sedecim; *filamenta* basi coalita, tubo corollae inserta; *antherae* rectae, oblongae; *ovarium* superum; *stylus*, *stigma* simplex; *drupa* coriacea, continens nucem monosporam, sphaericam, aut nucas duas uno latere planas altero convexas; radi-

*radicula* supera; (Arbores aut frutices; flores axillares aut terminales, solitarii aut fasciculati).

### III. Flore monopetalo, aequali.

1252. **EPERUÀ**, (ÉPÉRU) AUBL. Guy. t. 142. JUSS. LAM. tab. 338. PANZERA WILLD. (leguminosa 2.) — *Calyx* monophyllus, urceolatus, limbo magno quadripartito; *corollae* petalum unum, orificio calycis insertum basi laterale convolutum, subrotundum; *filamenta* exserta longissima, basi incrassata et villosa barbata, novem fere infra coalita, decimo solitario simplici; quinque sterilia; *ovarium* fere pedicellatum; *stylus* longus; *legumen* longum, compressum, apice falcatum, uniloculare, elastice in duas dehiscens valvulas, quae continent tres quatuorve *sporas* magnas, coriaceas, interdum uno latere emarginatas; (Arbor ramosa; folia tripinnata; flores in paniculis axillatibus et terminalibus, longis et pendulis).

1253. **CODON**, (CODON) ROYEN. LINN. JUSS. (ex ordine plantarum sedis incertae). — *Calyx* decempartitus, laciniis subulatis; *corolla* monopetala, campanulata, basi tubulosa, limbo decemfido, aequali; *filamenta* basi squama munita, *squamae* conniventes; *antherae* incrassatae; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigmata* duo; *fructus*. . . *capsula* bilocularis, polyspora; *sporae* villosae, pulpasiccae circumdatae; (Elongatio herbacea; folia alterna, petiolata, glabra; flores solitarii pedunculati).

1254. **ENKIANTHUS**, (ENKIANTHE) LOUREIR. cochin. 339. (ex ord. plant. sedis incertae.) — *Involucrum commune* quinqueflorum, formatum quatuor foliolis coloratis, concavis, octo interioribus patentibus, planis; *flores* pedunculati; *calyx* quinquefidus, laciniis parvis, coloratis; *corolla* monopetala, campanulata; limbus brevis, quinquelobus; *stamina* decem fundo calycis inserta; *filamenta* basi inflata; *ovarium* superum; *stylus* incrassatus; *bacca* oblonga, pentagona, calyce

lyce associata, quinquelocularis; *sporae* numero plures; — (Arbor humilis; folia conferta, oblonga, integerrima).

1255. POTALIA, (POTALIE) AUBL. Guy. t. 151. JUSS. LAM. tab. 348. NICANDRA SCHREB. (gentianeis affinis). — *Calyx* quadripartitus, rectus, turbinatus, laciniis duabus exterioribus, duabus interioribus squamis duabus munitis; *corolla* tubo brevi, limbo decempartito laciniis longis, rectis, obliquis, lateraliter imbricatis; *stamina* decem; *antherae* longae; *filamenta* brevia, basi connata; *stigma* in *stylo* simplici peltatum; striatum; *capsula* subcarnosa, trilocularis, polyspora; — (Elongatio herbacea, fere lignosa, gongilosa, resinosa; folia gongilorum superiorum opposita, petiolis basi fere amplexicaulibus; flores in corymbo terminali).

1256. INOCARPUS, (INOCARPE) FORST. LINN. LAM. tab. 362. (hilospora). — *Calyx* bifidus; *corolla* tubulosa, infundibuliformis, quinquefida, laciniis longis, linearibus; *stigma* concavum; *stamina* duplici serie coordinata; *drupa* ovalis, apice curva, maxima, nuce una reticulata monospora.

1257. CERATOSTEMA, (CERATOSTEMA) JUSS. (erica 2.) — *Calyx* turbinatus, quinquefidus, laciniis maiusculis; *corolla* coriacea, tubo longo cylindrico, limbo quinquepartito; *stamina* perigyna; *filamenta* brevia; *antherae* longae, erectae, apice bipartitae vel bifurcatae; *bacca* globosa, supra truncata, coronata calyce exsucco, quinquelocularis. (Frutex foliis sessilibus, floribus magnis in spica laxa et pedunculis bracteatis).

1258. ANDROMEDA, (ANDROMÉDE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 365. ERICA TOURN. (erica 1.) — *Calyx* inferus, minimus, quinquepartitus; *corolla* campanulata aut globosa ovata, quinquepartita, laciniis extrorsum flexis; *stamina* non exserta; *capsula* pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, valvulis dissepimento contrariis, polyspora; — (Flores quidam octandri;



dri, axillares aut terminales in fruticibus foliis alternis, rarissime oppositis.

1259. RHODODENDRON, (RHODODENDRON, *Rosage*) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 364. CHAMOERHODODENDROS TOURN. (rhodoracea I.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* fere campanulata aut infundibuliformis limbo patente quinquelobo, subobliqua; *staminum* filamenta declinata; *antherae* oblongae, rectae; *capsula* quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora; *placenta* centralis quinqueloba, lobis in loculos exsertis; — (Flores axillares, aut terminales, in spicis aut subcorymbis).

1260. VACCINIUM, (AIRELLE, *myrtille*.) LINN. JUSS. LAM. tab. 216. VITIS IDAEA et OXICOCOS TOURN. (*erica*.) — *Calyx* superus integer, aut quadridentatus; *corolla* campanulata aut urceolata, quadri-quinquefida, laciniis reflexis; *filamenta* ovario inserta; *antherae* furcato bicornes, aristis duabus in dorso munitis; *bacca* globosa umbilicata, quadri-quinquelocularis, oligospora: — *stamina* quibusdam octo; — (Frutices aut suffrutices; *squamae* gemmarum saepe persistentes ad basin ramorum; *folia* alterna, sempervirentia in quibusdam speciebus; *flores* pedicellati, solitarii axillares, aut approximati et terminales).

1261. KALMIA, (KALMIE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 363. (rhodoracea I.) — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* hypocrateriformis campanulata, patens, limbo recto, fere quinquefido, subtus quinquecorni, interne sulcato decem foveis, et munito externe decem tuberculis exsertis; *stamina* basi corollae inserta; *filamenta* recurva; *antherae* insinuatae ante foecundationem foveis; *capsula* quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora; *placenta* centralis quinqueloba, lobis in loculos proeminentibus; — (Frutices foliis alternis aut oppositis; *floribus* dispositis in spicis aut fere in corymbos, axillares aut terminales).

1262. URATEA, (OURATEA) AUBLET. Guy. t. 152. JUSS. (ex ord. plantt. sedis incertae). — *Calyx* pentaphyl-

phyllus; corollae petala quinque hypogyna, rotundata; stamina hypogyna; antherae oblongae, approximatae in tubum transversalem adiuvaute stylo; ovarium superum; stylus unus; stigma fere quinquefidum; fructus. . . ? (Arbor excelsa; folia alterna, basi stipulacea, integerrima; flores in paniculis laxis terminalibus).

1263. EPIGAEA, (EPIGÉE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 367. (rhodoracea I.) — Calyx duplex; exterior triphyllus: interior campanulatus, quinquepartitus, persistens; corolla hypocrateriformis, inserta disco glanduloso adnato fundo calycis; tubus cylindricus, interne pilis albis rigidus; limbus planus quinquelobus; stamina ad basin tubi inserta, inclusa; filamenta filiformia, recta; antherae lineari oblongae, superiori filamentorum parti adnae; stylus persistens; stigma fere urceolatum, quinquefidum, superatum in centro quatuor vel quinque tuberculis, cylindricis; capsula fere sphaerica, quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora; receptaculum quinquepartitum; placenta centralis quinque lateribus compressis in loculos exsertis notata; (Frutices humiles depressae, sempervirentes, pilis subulatis ubique partium asperae; folia alterna; flores racemosi).

1264. GAULTHERIA, (GAULTHÈRE) KALM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 367. VITIS IDAEA TOURN. (ericà I.) — Calyx duplex; exterior diphyllus; interior campanulatus, quinquefidus, nudus (extorsum munitus duabus squamis in *G. procumbente*) persistens; corolla fere globosa, ovata, limbo quinquefido, laciniis brevibus, extorsum revolutis; stamina inserta basi corollae; filamenta villosa; antherae apice furcatae; ovarium depressum, cinctum decem squamulis mucronatis cum filamentis staminum alternantibus (nec tarolyma); capsula supera, quinquelocularis, quinquevalvis, polyspora, calyce persistente baccaeformi apice patente cincta; — (Suffrutices minimae; folia alterna aut fasciculata; flores axillares, fere solitarii aut in racemos dispositi).

1264. ARBUTUS, (ARBOUSIER) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 366. UVA URSI TOURN. (erica 1.) — *Calyx* minimus, quinquepartitus, persistens; *corolla* ovoïdea aut globosa; limbo parvo quinquefido, laciniis extrorsum revolutis; basi pellucida; *stamina* non exserta; *bacca* supera, quinquelocularis, polyspora in ARBUTUS TOURN.; monospora in UVA URSI TOURN.; *radicula* supera; *cotyledones* foliaceae. — (Frutices aut suffrutices foliis alternis; flores axillares aut terminales, et fere racemosi).

1265. THIBAUDIA, (THIBAUDE) RUIZ-PAV. (erica 2.) — *Calyx* quinquedentatus; *corolla* urceolata; *stamina* decem; *antherae* fissura longitudinali dehiscences; *stylus* simplex; *stigma* quinquangulum; *bacca* truncata, calyce grossificato coronata, quinquelocularis loculis polysporis; (Frutices foliis alternis aut sparsis, sempervirentibus, coriaceis; pedunculi solitarii, axillares aut terminales; flores penduli, saepe laterales; baccae subacidae, edules).

#### IV. Flore apetalò aut incompleto.

1266. DAÏS, (DAÏS) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 368. \*GNIDIA LINN.? (daphnacea). — *Flores* aggregati in fasciculum terminalem, basi involucrati, sessiles; *involucrum* tetra-pentaphyllum; *calyx* tubulosus, elongatus, longissimus, limbo quadri-quinquefido; *corolla* nulla. — (PERS.: *calyx* nullus: *corolla* 4. 5. fida). — *Stamina* octo-decem, inserta ad medium altera super altera; *ovarium* inferne calyci adnatum; *stylus* filiformis; *stigma* capitatum; *bacca* monospora; — (Frutices; folia in quibusdam speciebus opposita.)

1267. GETONIA, (GETONIA) ROXB. CALYCOP-TERIS LAM. ill. tab. 357.? — *Calyx* superus, pentaphyllus, persistens; *filamenta* alternatim latiora, quinque in calycis ore; *spora* crustata, oblonga, quinquestriata, calyce coronata.

1268. ANAVINGA, (ANAVINGUE) RHEED. JUSS. LAM. tab. 355. CASAREA JACQ. IROUCANA AUBL. ATHENAEA SCHREB. MELISTAURUM FORST. PITUMBA AUBL. (ex ordine plantarum sedis incertae). — *Calyx* pentaphyllus vel quinquepartitus; *corolla* nulla; *nectarolyma* tetra-pentaphyllum, vel squamae octo-decem, barbato-villosae, insertae alternatim inter stamina; *stamina* octo, decem, hypogyna?; *ovarium* superum; *stigma* capitatum; *capsula* baccata, coriacea, stylo superata, intus pulposa, unilocularis, trivalvis, valvulis sporiferis polysporis; *spores* nidulantes; — (Frutices aut suffrutices foliis alternis, flores in racemis corymbosis aut aggregati super pedunculum solitarium, saepissime axillares; — hoc genus simile est *Piriquetae*, e familia cistorum).

1269 CRATERIA, (CRATERIE): CHAETOCRATER RUIZ. et PAVON in systemate florae Peruv. et chilensis. — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* nulla; *nectarolyma* crateriforme, setis decem hirtis coronatum; *stamina* breviora alternatim nectarolyomatis setis inserta; *stigmata* tria; *fructus* capsula? unilocularis exsucca? \*)

1270. BUCIDA, (BUCIDA, Grignon) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 356. (terminaliacea). — *Calyx* campanulatus, quinquedentatus; *corolla* nulla; *stamina* calyci longiora; *bacca* exsucca, ovata, unilocularis, monospora, calyce coronata; — (Folia coadunata ad apicem; flores in spicis axillaribus aut terminalibus).

1271. TERMINALIA, (BADAMIER) LINN. LAM. tab. 348. 349. (terminaliacea). — Polygama; *flores* hermaphroditi: *calyx* quinquefidus, interne coloratus et villosus.

---

\*) Auctores gravissimi pericarpium tenerrimum offenderunt, eaque propter, quatenus species pericarpium esset, determinare nullo pacto potuerunt; *ovarium* autem pericarpium uniloculare denotabat, vel potius capsulam diversae speciei. Caeterum ab antecedente genere hoc inprimis nectarolyomatis forma distinctum, fortasse et fructu.



- losus, limbo patente; *corolla* nulla; *appendiculus* (nectarolyma) urceolatus, formatus e corpusculis quinque hispidis in fundo calycis (SCHREB. —); *stamina* decem; *stylus* unus; *drupa* infera, compressa, medio inflata et cincta margine tenello vel carinato; *nux* unilocularis, monospora; — *flores masculi*: calyce, corolla, appendiculo, staminibus ut in hermaphroditis. (Arbores; folia disposita in rosulas circum gongylum ramosum et spinis florum intermixta; flores in spicam dispositi ad basin hermaphroditum, ad apicem masculi.
1272. APALATOA, (APALATOU) AUBL. CRUDIA SCHREB. TOUCHIROA LAM. tab. 339. (leguminosa). — *Calyx* monophyllus, turbinatus, limbo quadridido, basi munitus duabus bracteis; *corolla* nulla; *filamenta* basi dilatata; *legumen* (samara) rotundato orbiculatum, compressum, marginatum ala membranacea et undulata, subdisporum.
1273. CHUNCOA, (CHUNCHOA) JUSS. PAV. PERS. GIMBERNATIA RUIZ-PAV. (terminaliacea). — *Calyx* limbo quinquefido patente campanulatus, deciduus; *corolla* nulla; *capsula* drupacea, quinquangula, angulis inaequaliter alatis, alis duabus oppositis maioribus, non coronata, monospora; — (Arbores).
1274. PAMEA, (PAMIER) AUBL. Guy. t. 359. JUSS. (terminaliacea). — *Calyx* trifidus; *stamina*. . . . ? *drupa* ovalis, triangula; *nux* monospora; — (Arbor foliis confertis in gemmis ramorum oblongorum, integrorum).
1275. TANIBOUCA, (TANIBOUCE) AUBL. Guy. tab. 178. JUSS. (terminaliacea). — *Calyx* urceolatus, quinquefidus, basi bractea munitus; *stamina* decem; *ovarium* inferum; *stylus* unus, *stigma* unum; *fructus*. . . (Folia ovalia, integerrima).
1276. DETARIUM, (DETAR). JUSS. CMEL. (leguminosa 10.) — *Calyx* quadrididus; *corolla* nulla; *filamenta* alterna breviora; *drupa* orbiculata, mollis; rotun-

rotundata, crassa, farinacea, continens *nucem* osseam compressam, monosporam, supra infraque fibris duris multis reticulatam, obtusam et glabram.

1277. COPAÏFERA, (COPAIU, *Copaier*) LINN.

JUSS. LAM. tab. 342. COPAÏVA JACQ. (leguminosa 10.)

— *Calyx* patens, quadripartitus, patens; *corolla* nulla (cal. nullus; corollae petala quatuor P.); *stamina* distincta; *antherae* deflexae; *legumen* ovatum, bivalve, monosporum; *spora* arillo baccaeformi ovato pulposo obtecta; (Arbor foliis alternis, impari pinnatis; flores in racemis paniculatis axillares.

1278 CALPIDIA, (CALPIDIE) AUBERT DE PETIT

THOUARS. (nyctagynae \*.) — Flores apetalii, aggregati, in parvam umbellam dispositi, ad apicem ramorum paniculati. *Calyx* petaloideus, campanulatus, quinquepartitus, diplostemon; *corolla* nulla; *stamina* decem hypogyna, basi calycis inserta; *stigma* villosum; *ovarium* monosporum; *fructus* capsula e calyce elongato formata, prismatica, pentagona, angulis visco indutis; *embryo* rectus; *cotyledones* aequales, foliaceum tipum carnosum involventes; (Arbor humilis; elongatio ramosa, ramis maxime dissitis; folia alterna; flores terminales).

1279. GODOYA, (GODOYE) RUIZ. PAV. GODO-

VIA PERS. — *Calyx* triphyllus, coloratus; *nectarolyma* cilia quinquestriata; *antherae* poris geminis dehiscentes pollen effundentes; *stigma* quinquangulare; *capsula* quinquangularis; *spora*e imbricatae, alatae.

1280. AQUILARIA, (GARO, *bois d'aigle*) JUSS.

LAM. tab. 356. GAV. tab. 224. (ex ord. plant. indeterminato). — *Calyx* turbinato campanulatus, limbo quinquefido, persistens; *corolla* nulla appendiculus (*nectarolyma*) campanulato urceolatus, corollae formam affectans, quinquefidus, interne staminiferus, medio calycis insertus (hinc *stamina* monodelpha videntur);

mar-

---

\*) Certe a nyctagineis non differre videtur nisi staminum numero.

margine inaequaliter decemlobatus; *filamenta* brevissima, inter urceolum posita; *antherae* oblongae, versatiles; *ovarium* superum; *capsula* amygdaliformis, magna, bilocularis loculis monosporis, bivalvis valvulis suberosis, incrassatis, medio septiferis; *sporae* semiarillatae, arillo spongioso.

1281. **AUGEA**, (AUGEA) THUNB. nov. gen. pars IX. — *Calyx* perianthium monophyllum; canaliculatum, persistens, quinquepartitum, laciniis ovatis, obtusis, concavis, flavescentibus, erectis, lineam longis; *corolla* nulla; *nectarolyma* monophyllum, basi calycis insertum, ovarium cingens, decemdentatum, brevissimum; *stamina*: filamenta decem, dentibus nectarii inserta, capillaria, erecta, brevissima; *antherae* subulatae, sulcatae, erectae, flavae, calyce breviores. *Pistillum*: ovarium superum: stylus filiformis, erectus, flavus, brevissimus: stigma simplex, obtusum, flavum; *pericarpium*: capsula baccata, tereti oblonga, obtusa, glabra, decemstriata, pulposa, decemvalvis, decemlocularis, pollicaris; *sporae* tunica propria cinctae alba, plurimae, lenticulares, glabrae, virides. — Hinc differ. char.: calyx quinquepartitus; corolla nulla; nectarolyma decemdentatum; capsula decemlocularis, decemvalvis. — (E monadelphis huc relatam genus). —

1282. **CEODES**, (CEODES) FORST. tab. 71. JUSS. (ex ord. plant. sedis incertae). — *Calyx* nullus; *corolla* monopetala, turbinata, limbo quinquefido; *stamina* decem; quinque alterna cum corollae laciniis hisque magnitudine aequalia; quinque laciniis corollae opposita, minora; *antherae* rotundatae; *ovarium* . . . .; *stylus* unus; *stigma* dilatatum; *fructus* . . . .; — (Flores in umbellas dispositi).

1283. **ADENOSTEMUM**, (ADENOSTEMUM) PERS. ench. p. 467. GOMORTEGA RUIZ. PAV. (ex ord. plant. sedis incertae). — *Calyx* (corolla P.) petaliformis, sex-septempartitus, foliolis basi coalitis; foliola quatuor exteriora; *stamina* decem triplici serie, et totidem breviora (gradatim) quot centro proxima; *antherae*  
op

oblongae, longitudinaliter filamentis affixae; *filamenta* singula ad basin duabus *glandulis* pedicellatis ornata; *ovarium* superum; *stylus* brevis; *stigmata* duo vel tria; *drupa* crassa, ovalis, unilocularis; *nux* durissima, triquadristriata, bi-trilocularis; *nuclei* (spora) compressi, in loculo quoque unus; nucis loculamenta tot, quot *stigmata*; *nux* basi obtusa vel acuminata; *nucleus* unicus saepe adolescit.

1284. SAMYTA, (SAMYDE) JACQ. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 355. (ex ord. plantt. sedis incertae).— *Calyx* monophyllus, tubuloso-campanulatus, decemstriatus, interne coloratus; limbo inaequaliter quinquefido; *corolla* nulla; *stamina* decem ad duodeviginti; *filamenta* medio calycis inserta, in coronam connata, decem vel duodeviginti striis munitam, decem-duodeviginti dentatam dentibus antheriferis; *ovarium* superum; *stylus* et *stigma* numero simplici; *capsula* coriacea, unilocularis, quadri-quinquevalvis, valvulis polysporis; — (Frutices: folia alterna, stipulata; flores axillares, subsolitarii).

### D I G Y N I A.

1285. SCLERANTHUS, (SCLÉRANTHE, *Gnaveille*) LINN. LAM. tab. 374. ALCHEMILLA TOURN. (portulacca 1.) — *Calyx* monophyllus, tubulosus, ore attenuato, extremitate quinquefidus; *corolla* nulla; *stamina* calyci inserta; *capsula* minima, membranacea, mono-dispora, calyce tecta; — (Elongatio herbacea; folia opposita, linearia).
1286. TRIANTHEMA, (TRIANTHÊME) SAUV. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 375. PAPULARIA, RACOMA, GYMNOCARPOS. FORSK. ZALEIA BURM. (portulacca 2.) — *Calyx* quinquefidus, laciniis interne coloratis, sub apice mucronatus, persistens; *corolla* nulla; *stamina* quinque, raro decem, imo duodecim; *antherae* rotundatae *styli* unus, duo; *stigmata* simplicia; *ovarium* retusum; *capsula* oblonga, ad infernam partem calyce



calyce cincta, apice truncatā, circumscissae dehiscens, bilocularis loculis disporis, sporae altera alteri superincumbentes; — (Flores axillares, capitati, sessiles; elongatio herbacea).

1287. **CHRYSO SPLENIUM**, (DORINE)

TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 374. (saxifragea 2.) — *Calyx* superus, quadri-quinquefidus, laciniis aequalibus persistentibus intusque coloratis; *corolla* nulla; *stamina* octo vel decem brevissima; *ovarium* inferum, duobus stylis duobusque stigmatibus terminatum; *capsula* birostrata, unilocularis, bivalvis valvulis polysporis; — (Flores laterales octandri, parvi, sessiles; elongatio herbacea; folia crassiuscula, simplicia, opposita aut alterna).

1288. **ROYENA**, (ROYENE) LINN. JUSS. LAM. il-

lustr. tab. 370. (ebenacea 1.) — *Calyx* urceolatus, quinquedentatus vel fissus, persistens; *corolla* urceolata, monopetala, brevis, quinqueloba limbo revoluta, ad basin calycis inserta; *stamina* brevissima; *ovarium* superum, duobus stylis terminatum; *capsula* baccata, supera, quadrilobata, quadrilocularis, loculis monosporis (quatuor nuce) quadrivalvis; *sporae* arillo cinctae; *radicula* supera; — (Frutices; flores axillares, saepe pedunculati).

1289. **HYDRANGEA**, (HYDRANGÉE) GRON.

LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 380. (saxifragea 2.) — *Calyx* superus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque maiora, caduca; *filamenta* alterna longiora; *ovarium* inferum; *styli* duo; *stigmata* persistentia; *capsula* fere hemisphaerica, bilocularis, calyce coronata, rostris (*styli* persistentes) duobus terminata, dehiscens poro vel foraminulo centrali inter cornua stylorum s. rostra, polyspora; *sporae* minimae; — (Frutex foliis oppositis; flores parvi, oppositi, in corymbum terminalem dispositi).

1290. **SAXIFRAGA**, (SAXIFRAGE) TOURN. LINN.

JUSS. LAM. illustr. tab. 372. GEUM TOURN. (saxifragea 1.) — *Calyx* quinquefidus vel partitus, persistens; *co-*  
*rolla*

*volla* pentapetala; *ovarium* superum aut semiinferum; *capsula* rostris duobus (stylis persistentibus) terminata, unilocularis, polyspora, ad apicem dehiscens poro vel foraminulo rostris interiecto; forma diversa, structura simili; — (Folia alterna, rarius opposita, integra, interdum omnino omnia radicalia; flores diversimode dispositi).

1291. TIARELLA, (TIARELLE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 373. VENTEN. jard. Malm. t. 55. MITELLA TOURN. (saxifragea 1) — *Calyx* quinquefidus vel partitus, persistens; *corollae* petala quinque calyci inserta, integra; *capsula* oblonga, bicornis, unilocularis, bivalvis, valvula altera multo maiori, polyspora; — (Folia saepe radicalia, simplicia aut ternata).

1292. MITELLA, (MITELLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 373. (saxifragea 1) — *Calyx* quinquefidus; *corollae* petala quinque laciniata vel pinnatifida, calyci inserta; *capsula* oblonga, bicornis, unilocularis, bivalvis, valvulis magnitudine aequali, polyspora; — (Folia simplicia, saepe radicalia, flores in elongatione membranacea nuda).

1293. CUNONIA, (CUNONIE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 371. (saxifrageis affinis). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* pentapetala; *stamina* exserta; *ovarium* superum; *capsula* ovalis, acuminata, bilocularis, polyspora; *styli* flore longiores; — (Arbores foliis oppositis, pinnatis; flores in racemis terminalibus).

1294. GYPSOPHILA, (GYPSOPHILE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 375. LYCHNIS TOURN. (caryophyllea 5.) — *Calyx* monophyllus, campanulato tubulosus, angulatus, quinquefidus laciniis profundis, marginibus membranaceis; *corollae* petala quinque, ovata, vix unguiculata, subsessilia; *capsula* globosa, unilocularis, quinquevalvis, polyspora; — (Flores numero plurimi, parvi, in paniculam dispositi).

\*KATARSIS MED. monad. p. III. *calyx* monophyllus, campanulatus, limbo profunde quadrifido;

*corollae* petala quatuor unguiculata, tubo filamentorum affixa; *filamenta* in tubum campanulatum connata, ut in *melochia*; sed in *filamenta* octo divisum *styli* cornua distantia; *fructus* capsula ovalis; E. g. *Gypsophylla arborea*. (Classis octandriae civis).

1295. SAPONARIA, (SAPONAIRE, *Savonniere*)

LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 376. LYCHNIS TOURN. (*caryophyllea* 5.) — *Calyx* monophyllus, tubulosus, quinque-dentatus, basi nudus; *corollae* petala quinque unguiculata; *capsula* oblonga, unilocularis, polyspora; — (Flores axillares, saepissime potius corymbi terminales).

1296. DIANTHUS, OEILLET) LINN. JUSS. LAM.

illustr. tab. 376. CARYOPHYLLUS TOURN. (*caryophyllea* 5.) — *Calyx* monophyllus, tubuloso-cylindraceus, longus, coriaceus, quinque-dentatus, basi squamis quatuor-octo imbricatis munitus; *corollae* petala quinque unguiculata, saepe ad limbum dentata; *styli* duo, ut plurimum reflexi; *capsula* cylindrica, unilocularis, apice quatuor valvulis dehiscens, polyspora; — (Flores terminales, solitarii aut numero plures, et tunc aggregati aut distincti).

1297. ROKEIEKA, (ROKEIEKE) FORSK. JUSS.

(portulacea 1.) — *Calyx* persistens, quinquefidus, laciniis margine membranaceis; *corollae* petala quinque magna, marcescentia; *stamina* decem; *ovarium* superum; *styli* duo disiuncta; *stigmata* duo; *capsula* compressa, laciniis calycinis et petalorum persistentium cincta; — (Planta basi lignosa; rami diffusi et articulati; folia opposita, sessilia, integra).

T R I G Y N I A.

1298. ARENARIA, (SABLINE, *Arénaire*) LINN.

JUSS. LAM. illustr. tab. 378. ALSINE TOURN. (*caryophyllea* 5.). — *Calyx* pentaphyllus vel quinquepartitus laciniis profundis, patens; *corollae* petala quinque, integra;

tegra; *styli* tres; *capsula* unilocularis, apice in valvulas quinque dehiscens, polyspora. \*)

1299. STELLARIA, (STELLAIRE) LINN. LAM. tab. 378. (caryophyllea). — *Calyx* quinquefidus, laciniis profundis (pentaphyllus P.), patens; *corollae* petala quinque, bipartita; *capsula* ovata, unilocularis, polyspora, apice valvulis (vel dentibus) sex dehiscens. — (Flores axillares aut terminales).

1300. DEUTZIA, (DEUTZIE) THUNB. iap. tab. 185. LAM. tab. 380. JUSS. (ex ordine plantt. sedis incertae). — *Calyx* campanulatus, brevis, quinque — rarius sexfidus; *corollae* petala quinque, rarius sex, obtusa, indivisa; *filamenta* sub apice tribus rostris trifida, quinque alterne posita reliquis minora; *ovarium* superum, ad medium concavum; *styli* tres, rarius quatuor; *capsula* globosa, parva, perforata, triaristata stylis persistentibus, basi dehiscens, trilocularis, rarissime quadrilocularis, trivalvis, polyspora; — (Arbor ramosa; folia opposita; flores in panicula).

1301. CUCUBALUS, (CUCUBALE, Behen) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 377. LYCHNIS TOURN. (caryophyllea 5). — *Calyx* tubulosus, plerumque inflatus aut ventricosus, aut campanulatus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque, unguiculata, denudata ad basin, lamina coronata ad faucem saepe bifida; *capsula* trilocularis, in quinque — sex valvulas apice dehiscens, polyspora. — (Flores axillares, saepius terminales, dispositi in spicas terminales).

1302. SILENE, (SILÈNE, Carnillet) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 377. LYCHNIS TOURN. (caryophyllea 5.). — *Calyx* oblongus, teres, cylindricus aut tubuloso conicus, ventricosus, quinquedentatus; *corollae*

---

\*) SPERGULARIA; genus sub ARENARIA, habitu *Spergulae*, floribus *Arenariae*; elongatio trunci ad genicula stipulacea, humifusa. Cf. quae hanc in rem dicta leguntur a PERSOONIO ench. pag. 505.



*lae* petala quinque unguiculata unguibus rectis, longitudine calyci aequalia; lamina plana, saepe bifida, interne ad basin nuda aut coronata duobus appendiculis forma dentium; *capsula* trilocularis, dehiscens apice in quinque vel sexvalvulas, polyspora. — (Pedunculi uni — multiflori, axillares aut terminales, positi interdum in dichotomia elongationis trunci ramorumque).

1303. **CHERLERIA**, (CHERLERIE) HALL. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 379. (caryophyllea 4.). — *Calyx* quadri — quinquefidus (tetraphyllus P.); *corollae* petala quinque, minima, emarginato bifida (nectarolyma bifidum P.); *antherae* alternae steriles; *capsula* trilocularis loculis disporis, trivalvis (polyspora SMITH). — (Planta minima; folia linearia, in rosulas disposita; flores solitarii).

1304. **HORTENSIA**, (HORTENSIE) COMMERS. JUSS. VENT. LAM. illustr. tab. 380. HYDRANGEA SMITH (caprifoliacea). — Flores diffformes; *exteriorum* cymam constituentium *calyx* quadri aut quinquepartitus (phyllus), maximus, coloratus, petaloideus, marcescens; *corollae* petala quatuor, quinque, minima, concava, subglobosa, caduca; *stamina* decem, interdum sex aut octo; *filamenta* cylindrica; rudimentum *ovarii* abortivum; *styli* duo vel tres, incrassati, conniventes; *stigmata* obtusa. *Flores interiores solitarii*: *calyx* superus, quadri — quinquedentatus minutus; *corollae* petala quatuor, quinque, calyce maiora, caduca; *stamina* ut in floribus externis; *ovarium* inferum, triloculare; *styli* duo, tres, quatuor remoti vel disiuncti, emarginati; *stigmata* obtusa; *fructus* triloculares polyspori. — (Flores corymbosi; folia utrinque glabra).

1305. **GARIDELLA**, (GARIDELLE) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 379. (ranunculea 2.). — *Calyx* parvus, pentaphyllus, petaloideus; *corollae* petala quinque magna, bilabiata, bifida (nectarolyma); *capsulae* tres oblongae, acuminatae, approximato-connexae, polysporae. — (Elongatio herbacea; folia composita, laciniata; flores fore solitarii, terminales).

1306. B A.

1306. BANISTERIA, (BANISTÈRE) HOUST.  
LINN. JUSS. LAM. illustr. t. 381. (malpighiacea 1.). — *Calyx* parvus, tri — quadrifidus, basis laciniarum ad-  
aucta duabus glandulis; *corollae* petala quinque, crenu-  
lata, unguibus linearibus; *staminum* decem filamenta co-  
rollae breviora; *styli* tres; *ovarium* trilobum; *squamae*  
tres (una; duae abortivae), ad apicem ala longa mem-  
branacea terminatae, monosporae. — (Arbores et fru-  
tices plurimum sarmentosae; foliorum petioli interdum  
vel ad basin vel ad apicem duabus glandulis muniti).
1307. HIRAEA, (HIRAEE) JACQ. WILLD. FLA-  
BELLARIA CAV. (malpighiacea 1.). — *Calyx* penta-  
phyllus absque poris melliferis; *corollae* petala subro-  
tunda, unguiculata; *filamenta* basi cohaerentia; *samarae*  
tres, monosporae, bialatae. — (Videtur auctoritate  
JUSSIEUI cum TRIOPTERIS genere esse coniungendum).
1308. TRIOPTERIS, (TRIOPTÈRE) LINN. JUSS.  
LAM. tab. 382. (malpighiacea 1.). — *Calyx* minimus,  
quinquefidus; *corollae* petala quinque, unguiculata, un-  
guibus longis; *stamina* alterna breviora; *stigmata* tria  
vel sex; *styli* tres; *samarae* tres, globosae, tribus alis  
munitae, ala una breviori et tenuiori, monosporae. —  
(Frutices aut suffrutices saepe sarmentosae flores in pa-  
niculam dispositi).
1309. TETRAPTERIS, (TETRAPTÈRE) CA-  
VAN. PERS. TRIOPTERIS WILLD. (malpighiacea 1.). —  
*Calyx* quinquepartitus, utrinque biglandulosus; *corol-  
lae* petala quinque fimbriata, unguiculata; *fructus* qua-  
trialatus, alis duabus inferioribus minoribus.
1310. ERYTHROXYLUM, (ERYTHROXYLE)  
BROWN. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 383. (malpighiaceis  
affinis). — *Calyx* turbinatus, quinquedentatus; *corollae*  
petala quinque, non unguiculata, basi squama emargi-  
nata munita; *staminum* decem filamenta basi in urceolum  
coalita; *antherae* rotundatae; *ovarium* simplex; *styli* et  
*stigmata* numero ternis; *drupa* oblonga, cylindrica, an-  
gulososa, nuce monospora; *albumen* nullum; *embryonis*  
lobi

lobi plani, recti. — (Arbores aut frutices ramis alternis, apice compressis, interdum squamosis; folia alterna, integra; flores laterales pedunculati, solitarii aut fasciculati).

1311. MALPIGHIA, (MOUREILLER, *Malpighie*) PLUM. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 381. GALPHINIA CAV.? (malpighiacea 2.). — *Calyx* quinquefidus, laciniarum quibusdam externe duabus glandulis munitae; *corollae* petala quinque, unguiculata unguibus linearibus; staminum *filamenta* aequalia, corolla breviora; *styli* tres; *bacca* drupacea, oblonga, globosa, cylindrica, continens nuces tres oblongas, angulosas, monosporas. — (Arbores aut frutices interdum sarmentosae; folia quarundam specierum sive pagina interiori sive ad margines pilis rigidis centro affixis pungentibus exasperata, extremitate liberis; petioli saepe basi interne appendiculati et dilatati; pedunculi axillares aut terminales, uni aut multiflori). — GALPHINIA CAV. calyce infero quinquepartito, petalorum quinto superiore maiori, fructu triloculari monosporo, inprimis calyce glandulis nudo distinctum esse dicitur a MALPIGHIA. \*)

## T E T R A G Y N I A.

1312. MICROPETALON, (MICROPETALON) PERS. SPERGULASTRUM MICHAUX. (caryophyllea?). — *Calyx* pentaphyllus; *corollae* petala minutissima, integra, aut nulla; *capsula* ovata, calyce longior, quadri-valvis. — (Habitum *Stellariae*).

## P E N T A G Y N I A.

1313. THYSANUS, (THYSANE) LOUR. conch. 1. p. 349. (terebinthacea 4.). — *Calyx* profunde quinquefidus,

---

\*) RUDOLPHIA MED. monad. p. III. MALPIGHIA LINN. *Calyx* pentaphyllus, foliolo singulo biglanduloso; *corollae* petala quinque ovalia, rotundata, singula diversi modo posita et formata, unguiculata, ungue tenui; *stamina* ad medium in tubum connata; *filamenta* quin-

dus, patens, villosus; *corolla* pentapetala; *stamina* decem brevia; *ovaria* quatuor; *styli* quatuor laterales; *stigmata* quatuor, apice parum bifida; *drupae* quatuor, calyce cinctae, oblongae, inflatae, apice reflexae, putamine lanoso tectae, uno tantum latere dehiscentes, monosporae; *spora* arillo imperfecto tecta. — (Frutex excelsa; folia pinnata; pedunculi laterales uniflori).

1314. AVERRHOA, (CARAMBOLIER, *Bilimbi*) LINN. LAM. tab. 385. (terebinthacea 5.). — *Calyx* parvus, quinquepartitus laciniis profundis; *corollae* petala quinque, limbo patente, unguiculata; *filamenta* basi coalita in nectariferum annulum, alternantia breviora, interdum omnia antherifera, interdum alterna antherifera; *ovarium* quinquangulum; *styli* quinque, persistentes; *bacca* magna, carnosa, ovoïdea, pentagona, profunde sulcata inter angulos, pulpa acida repleta, divisa in quinque loculos, loculis mono — di — polysporis. (Frutices; folia alterna, impari pinnata; flores dispositi in racemos paniculatos insertos ad extremitatem elongationum trunci, interdum axillares, parvi, rubri; quidam abortientes).

1315. CNESTIS, (CNESTIS) JUSS. LAM. illustr. tab. 387. (terebinthacea 4). — *Calyx* externe tomentosus, quinquepartitus; *corolla* pentapetala (receptaculo inserta?); *stamina* decem, receptaculo inserta *ovaria* quinque pilis exasperata; *capsulae* quinque (quatuor abortivae), coriaceae, breves, leguminiformes, utrinque villosae, bivalves valvulis extrorsum introrsumque pilis acutis urentibus cinctis, latere dehiscentes, monosporae. — (Frutices interdum prostratae; folia alterna, pinnata cum impari, rarius ternata; flores in spicis axillaribus).

1316. COTYLEDON, (COTYLÉDON, *Cotylet*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 389. UMBILICUS

---

que breviora, quinque longiora, recta, disiuncta; *ovarium* intra tubum; *drupa* externe carnosa, interne nucleis sporis quatuor connatis repleta, monosporis sec. ALUM. SLOANE).



- CUS DECAND. (crassulea). — *Calyx* quinquepartitus; *corolla* monopetala, tubuloso-quinquepartita vel fissa, laciniis rectis aut extrorsum volutis; *stamina* ut plurimum decem, rarius quinque, super corollam inserta; *ovaria* quinque, unoquoque cincto ad basin squama ovali nectarifera (nectarolymata); *capsulae* quinque, uniloculares, interne bivalves, polysporae. — (Elongatio herbacea aut frutescens: folia opposita aut alterna, interdum pinnata; flores terminales).
1317. SEDUM, (SEDUM, *Orpin*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 390. ANACAMPSEROS TOURN. (crassulea). — *Calyx* quinquepartitus vel fissus; *corolla* pentapetala; *ovaria* quinque, unoquoque eorum cincto ad basin squama nectarifera; *capsulae* quinque, uniloculares, interne bivalves, polysporae. — (Elongatio trunci herbacea; folia alterna, plana aut cylindrica; flores in corymbis).
1318. PENTHORUM, (PENTHORE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 390. (crassuleis affine). — *Calyx* quinque — decemfidus; *corollae* petala quinque minima, rarissime nulla; alterna cum laciniis calycinis; *antherae* rotundatae; *ovaria* quinque, basi interne adhaerentia; *fructus* rotundatus, formatus *capsulis* quinque, basi erecto connexis, apice remotis vel liberis, ad summum emarginatis, tricuspidatis; quinquelocularis, polysporus; *spora*e minimae. — (Folia oblonga, non carnosae; flores in spica paniculata et terminali).
1319. BERGIA, (BERGIE) LINN. suppl. THUNE. JUSS. (caryophyllea 4.). — *Calyx* patens monophyllus, caducus, quinquedentatus vel partitus; *corolla* pentapetala; *styli* quinque breves, approximati; *stigmata* persistentia; *capsula* una, globosa, quinquelocularis (quinquetorulosa), quinquelocularis, quinquevalvis valvulis patentibus in formam petalorum; loculis polysporis. (Bacca ovalis, cortice crasso, unilocularis, monospora ROXB. Corom. 2. p. 22. tab. 142.). Flores verticillati; folia lanceolata, ad apicem denticulata).

1320. TAPIRIA, (TAPIRIER) AUBL. I p. 470. tab. 188. JUSS. LAM. illustr. tab. 386. JONCQUETIA SCHREB. WILLD. (terebintacea 2). — *Calyx* (pentaphyllus?) quinquepartitus; *corollae* petala quinque, affixa super discum exsertum, infra ovarium collocatum; *stamina* inserta eodem disco hypogyno, exserto; *stylus* nullus; *capsula* unilocularis, pentacocca, quinquevalvis, ad valvulas striato sulcata, pentaspora; *sporae* arillo tectae. — (Arbor; folia alterna, pinnata cum impari, foliolis tri— quinquetriatis; flores in paniculis axillares aut terminales).
1321. SPERGULA, (SPARGOUTE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 392. ALSINE TOURN. (caryophyllea 4.). — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus); *corollae* petala quinque, integra; *capsula* ovata, unilocularis, quinquevalvis, polyspora; *sporae* emarginatae. — (Folia verticillata, stipulacea aut opposita nudaque; flores axillares et terminales; *stamina* interdum quinque).
1322. CERASTIUM, (CÉRAISTE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 392. MYOSOTIS TOURN. (caryophyllea 4.). — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus); *corollae* petala quinque, bifida aut emarginata, passim integra; *capsula* globosa, magnitudine calycis, aut fere cylindrica et calyce longior; unilocularis, apice dentatum dehiscens, polyspora. — (Flores terminales).
1323. AGROSTEMMA, (AGROSTEMME, Coquelourde) LINN. JUSS. LYCHNIS LAM. et TOURN. (caryophyllea 5.). — *Calyx* monophyllus, tubulosus, angulatus, quinquedentatus; *corollae* petala quinque, unguiculata unguibus longitudine tubi calycis fauce appendiculo arguto coronata; laminae obtusae leviter emarginatae; *stuli* quinque; *capsula* unilocularis, apice in quinque valvulas dehiscens, polyspora.
1324. GITHAGO, (NIELLE) DESFONT. VENT. AGROSTEMMA LINN. LYCHNIS LAM. (caryophyllea 5.). — *Calyx* tubulosus, angulosus, apice quinquepartitus, laciniis terminatis foliolo longo; *corollae* petala quin-

quinque, unguiculata, ungues longitudine tubi calycis; laminae obtusae, leviter emarginatae, appendiculo nullo nudae; *styli* quinque; *capsula* unilocularis, apice in quinque valvas dehiscens, polyspora.

1325. LYCHNIS, (LYCHNIS, *Lychnide, Lampette*)  
TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 391. (caryophyllea 5.). — *Calyx* monophyllus, tubulosus, oblongus, laevis, quinquedentatus; *corollae* petala quinque, unguiculata, limbo saepe bifido; *capsula* uni — rarius tri — quinquelocularis, ad apicem dehiscens in quinque valvas, polyspora. — (Flores saepe in corymbis terminalibus, interdum in spicis paniculatis).

1326 OXALIS, (OXALIDE, SURELLE) LINN.  
JACQ. monogr. JUSS. LAM. tab. 391. OXYS TOURN. MED. monad. p. 113. (geranieis affinis). — *Calyx* quinquepartitus (pentaphyllus), persistens; *corollae* hypogynae petala quinque, leviter lateraliter ad basium unguium connexa; *stamina* hypogyna, inaequalia, alternantia quinque breviora; *filamenta* exteriora basi connata; *antherae* rectae, rotundatae; *ovarium* simplex; *capsula* brevis aut oblonga, pentagona, quinquelocularis, localis mono — polysporis, quinquevalvis valvulis marginibus intrantibus et affixis placentae centrali, externe bipartitis, angulis elastice dehiscens; *sporangia* subarillatae, compressae, striis transversalibus notatae, receptaculo affixae; *albumen* cartilagineum; *embryo* rectus; *cotyledones* foliaceae, ellipticae; *radicula* supera. — (Herbae caulescentes aut scapiformes; radix interdum tuberosa (truncus superficialis); folia alterna, ternata, rarius impari pinnata, circinnata volutae ante expansionem more filicum; pedunculi terminales in elongationibus scapiformibus, axillares aut terminales in elongationibus foliaceis, et tunc uniflori et ad mediam partem cinctae duabus squamis, aut floribus in umbellis involucri, in involucro brevi).

1327. ROUREA, (ROURELLE) AUBL. Guy. I. tab. 467. JUSS. ROBERGIA SCHREB. WILLD. (terebinthacea 1.). — *Calyx* quinquepartitus vel fissus, externe to-

mentosus; *corolla* pentapetala; *drupa* nigra, monospora; *spora* putamine (testa) fragili bivalvi tecta. (Juss. „discrepat a CNESTIS capsula simplici, caeteris forsan abortivis“). — (Frutex tortuosus, ramis sarmentosis; folia alterna, impari pinnata, ad basin duabus stipulis munita; flores in paniculis axillaribus et terminalibus, unoquoque bracteato).

1328. BUCHANANIA, (BUCHANANIE) SPRENGEL. ap. SCHRAD. 1801. p. 234. (terebinthacea). — *Calyx* monophyllus; *corolla* pentapetala; *nectarolyta* orbiculatum, decemsulcum, ovarium involvens; *drupa* nucem monospora, putamine bivalvi.

1329. SPONDIAS, (MONBIN) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 384. MONBIN PLUM. MANGIFERA LINN. suppl. CYTHEREA LAM. tab. 384. (terebinthacea 2.). — *Calyx* parvus, parum campanulatus, quinquedentatus, cum *corolla* caducus; *corollae* petala quinque, patentia; *stamina* decem, interdum octo, inserta disco glanduloso, alterna breviora; *styli* quinque divergentes; *drupa* coronata, apice notata tribus — quinque rostris, stylo-  
rum remanentia enatis; nucleo fibroso quinquangulari, quinquelocularem, interdum tetra et pentasporo. — (Arbores; folia pinnata cum impari, foliolis quinque vel decem seriebus posita; flores in racemis axillaribus et terminalibus; fructus flavus, edulis.

1330. POUPARTJA, (POUPARTIE) COMMERS. JUSS. (terebinthacea 2.). — *Calyx* parvus, quinquefidus; *corolla* pentapetala; *stamina* decem disco crenulato inserta, hypogyna; *styli* quinque approximati; *drupa* continens nucem quinquelocularem; unus vel duo loculorum abortivi. — (Arbor insulae Bourboniensis, ubi ab incolis nominatur Bois de Poupart; folia impari pinnata, (interdum simplicia) foliola quatuor seriebus; flores in racemis axillaribus et terminalibus).

1331. GRIELUM, (GRIEL) LINN. LAM. tab. 388. (geraniis affine). — *Calyx* profunde quinquefidus; *corollae* petala quinque basi angustata; *filamenta* persistentia;  
tia;



tia; glandulae quinque cingunt ovarium; stigma verrucosum; pericarpia capsulae quinque monosporae. — (Frutex; folia auronae vel absinthii, pedunculi uniflori, non bracteati).

1332. SURIANA, (SURIANE) PLUM. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 389. (rosacea 5.). — *Calyx* profunde quinquefidus (pentaphyllus P.); *corolla* pentapetala; *staminum* decem quaedam abortiva; *styli* interiori ovarii latere inserti; *capsulae* quinque, evalves, non dehiscentes, monosporae, hinc *spora*e quinque nudae. — (Frutex foliis simplicibus, spathulatis, exstipulaceis; pedunculi axillares et terminales multiflori; flores bracteati, flavi).

## D E C A G Y N I A.

1333. NEURADA, (NEURADE) LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 393. (rosacea). — *Calyx* parvus, hemisphaericus, quinquefidus vel partitus; *corollae* petala quinque magna, basi dilatata, inserta calycis limbo; *stamina* inserta ut corolla; *ovarium* inferum; *capsula* hemisphaerica, orbiculata, infera, inferne convexa, superne plana, aculeata, munita laciniis calycinis rectis et acuminatis, decemlocularis, decaspora. \*)
1334. PHYTOLACCA, (PHYTOLACCA, *Phytolaque*) TOURN. LINN. JUSS. LAM. illustr. tab. 393. (atriplicea 1.). — *Calyx* petaloideus, quinquepartitus; *corolla* nulla (PENS. calyx nullus; *corollae* calycinae petala quinque!); *stamina* octo, decem; *ovarium* striatum; *styli* octo, decem; *bacca* supera, orbicularis, octo — decemsulcata, octo — decemlocularis, loculis monosporis; *spora*e bifidae. — (Flores in spicis, saepenumero foliis oppositi, quinque-septem-octo-decengyni; et septem — octo — icosandri: elongatio frutescens; folia ad apicem mucrone recurvo terminata).

\*) Spora germinans capsulam perforat, annulo instar in collo radicis, etiam in planta adulta, persistit.

---

G E N E R A I N C E R T A.

---

**ABUTA, (ABUTE) AUBL. JUSS. (menispermea).** —  
*Calyx* —; *petala* —; *stamina* —; *ovarium* —; *bacca* tres,  
 magnae, ovales, exsuccae, parum compressae, fragiles,  
 monosporae. — (Frutices elongatione scandente).

**BAGASSA, (BAGASSE) AUBL. Guy. tab. 376. JUSS.**  
 (urticeis affinis). — *Calyx* —; *stamina* —; *ovarium* —;  
*bacca* sphaerica, cortice granulosa oblecta, interne dura,  
 externe pulposa, polyspora; *sporae* ovales. — (Arbor  
 lactescens, ramis oppositis, stipulis caducis; foliis tri-  
 lobis; fructu citri).

**CUSSAPOA, (COUSSABOE) AUBL. Guy. tab. 362.**  
 JUSS. (urticeis affinis). — *Calyx* —; *stamina* —; *ova-*  
*rium* —; *receptaculum* sphaericum, onustatum sporis pul-  
 pa cinctis. — (Arbor succo flavo; folia alterna, stipu-  
 lis caducis cincta, cicatricem super ramos relinquentia;  
 flores in racemis).

**MACANEA, (MACANEE) JUSS. MACAHANEA**  
 AUBL. Guy. tab. 371. (guttifera 2.). — *Calyx*, *corolla*,  
*stamina*, *stylus*, *stigma* — ignota; *bacca* magna, pyrifo-  
 rmis, irregularis, cortice coriacea, interne pulposa,  
 unilocularis; *sporae* quatuor aut sex, ovaes, coriaceae,  
 nidulantes in pulpa, placentis lateralibus affixae. —  
 (Frutex sarmentosa; flores axillares, solitarii).

MACU-

**MACUBE A**, (MACUBEE) JUSS. MACOUBEA AUBL.

Guy. tab. 378. (guttifera 2.). — *Calyx*, corolla, stamina et ovarium ignota; fructus simillimus fructu citri, parum compressus, cortice tenui amictus, subasper et punctatus, unilocularis, polysporus; sporae oblongae, subarcuatae, uno latere sulcato striatae, arillatae, ad parietes fructus fixae. — (Arbor lactescens, ramis oppositis; folia opposita fasciculis ductulorum transversis; fructus in racemis).

**PAMEA**, (PAMIER) AUBL. Guy. tab. 359. JUSS. (terminaliacea).

— *Calyx* trifidus; stamina . . . ; drupa ovalis, trigona; nux monospora. — (Arbor; folia conferta ad ramorum internodios, oblonga, integra).

**PATIMA**, (PATIME) AUBL. Guy. tab. 77. (rubiacea 9.)

— *Calyx* quinquangulus, limbo integro; corolla —; stamina —; stigma —; bacca infera, sphaerica, coronata, quadri—sexlocularis, polyspora; sporae pulpa cinctae. — (Elongatio herbacea; folia opposita, integerrima; fructus in axillis foliorum).

## ADDENDA ET EMENDANDA.

## CLASSIS PRIMA.

- ad 1. CANN A, (amomea). *Calyx* duplex: exterior — interior (corolla L.); *filamenta* staminum biloba, lobo superiori antherifero; *stylus* petaloideus, ensiformis; *stigma* lineare: *capsula* trisulca, calyce externo coronata, oligospora; *sporae* rotundatae, axi centrali affixae.
- ad 3. CATIMBIUM, (amomea). *Calyx* duplex: exterior —, interior (corolla auctt.) —; *anthera* linearis, sessilis, longitudine lacinae calycis internae; *stigma* peltatum, uno latere perforatum.
- ad 4. AMOMUM, (amomea). *Calyx* duplex: exterior —, interior (corolla L.) tubulosus, limbo quadripartito, —; *stigma* obtusum; *capsula* coriacea, calyce externo coronata — loculis polysporis. — (Flores spica radicalis in gingeris, panicula in cardamomis).
- ad 7. COSTUS, (amomea). *Calyx* duplex: exterior tubulosus tridentatus aut --, persistens; interior (corolla L.) — laciniis aequalibus, tubo inflato, super ovarium posito; *nectarolytra* — labio superiori simplici, lanceolato, breviori, antherifero; *anthera* geminata; *stigma* capitatum, bilobum; *capsula* calyce externo coronata — angulis dehiscens, loculi polyspori. — (Flores maxime conferti, in spicam terminalem dispositi).
- ad 8. ALPINIA, PLUM. JUSS. (amomea). *Calyx* duplex: exterior —, interior (corolla L.) —; *stigma* triangulum; *capsula* carnosa, —; *sporae* super receptaculum pulposum affixae. — (Flores in pyramida terminali).

ad 9.



- ad 9. MYROSSMA, LINN. suppl. JUSS. (amomea). — *tubus calycis interioris* (corollae L.) brevissimus, limbo quinquefido, laciniis duabus magnis emarginatis, tribus minoribus longioribus; *filamenta* staminum inserta medio lacinae inferioris; *anthera* ovalis; *stylus* incrassatus, longitudinaliter fissus; *stigma* valvulaeformis; —.
- ad 10. MARANTA, PLUM. JUSS. LAM. ill. tab. I. (amomea). *Calyx* duplex: exterior parvus —, interior (corolla L.) tubulosus —; *stigma* cernuum, triangulum; — nuce uniloculari —.
- ad 11. CURCUMA, — JUSS. (amomea). — *Calyx* tubulosus, limbo quadrilobo, *filamenta* staminum quinque linearia, — quinto bifido, ad apicem unius fissurae antherifero; *stigma* rostratum.
- ad 12. KAEMPFERIA, — JUSS. — (amomea). *Calyx* duplex: exterior —, interior (corolla L.) tenuis, — limbo magno sexpartito —; *filamentum* membranaceum, bicornae, *stylus* includens; *anthera* geminata, lateralis; *stigma* obtusum —. (Folia radicalia; flores subsolitarii e medio foliorum egredientes).
- ad 13. THALIA, LINN. (amomea). *Calyx* profunde quinquefidus; lacinae tres maiores, crispae; duae minores convolutae, —; *stigma* simplex; — nucem — disporam aut rarius monosporam. — (Elongatio trunci nodosa et geniculata).
- ad 15. LOPEZIA, — VENT. JUSS. ann. mus. no. 17. tab. 30. (onagraria 2.). — *corollae* petala truncata, —, rubra; — *filamentum* antheriferum album, basi *stylus* vaginans; *stigma* capitatum; —; *placenta* centralis. (Elongatio trunci herbacea; flores axillares; pedunculi longissimi, filiformes).
- ad 16. PHYLLIDRUM, — (sedis incertae). —. (Elongatio herbacea recta, simplicissima; folia subulata, crassiuscula; flores in racemis terminalibus).
- ad 17. VOCHISIA, — *filamentum* latum, — apice concavum, in cavitate antherae duae; *ovarium* superum, triangulum; *stylus* longus, carnosus; *stigma* uno latere convexum, applanatum altero; *fructus* trilocularis, polysporus. — (Arbores excelsae; rami oppositi; folia opposita, integerrima).
- ad 18. QUALEA, AUBL. Guy. tab. 1. JUSS. — —; *corolla* —, petalo inferiori maximo; *stamen* hypogynum; *filamentum* oblongum; *anthera* oblonga; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* simplex; *fructus* unilocularis, —; *sporae*

*spora* in pulpa nidulantes. — (Arbores foliis oppositis, integerrimis, nervis (fasciculis ductulorum J. HEDW.) parallelis; petioli ad basin stipulis duabus caducis muniti; flores in paniculis terminalibus; an familiae *Guttiferarum* congener.?).

- ad 20. **BOERHAAVIA**, — JUSS. —; *Involucrum* squamis minimis compositum, flores multos aut rarissime unum circumdantibus, — *stamina* unum, duo; *spora* elongata, basi angulosa (interdum inter angulos muricata). — (Flores in pedunculis solitariis, axillaribus et ramificatis, divisione singula basi squama adhaerente, uni-multiflora) — Jam vero MEDIC. MONAD. pag. 74. s. haec: *Involucrum* conicum, supra subpatens, coriaceum; *calyx* (corolla auct.) involucri insidens, tubo brevi, dein dilatatus, campanulatus, tortus; *stamina* in calycis fundo orta, membrana connata ambiunt ovarium; deinde intra involucrum disiuncta in filamenta duo aut tria, quae cavitates calycis et involucri permeant, latera non attingunt; *ovarium* superum intra involucrum staminumque tubum, parvum, oblongum, terminatum stylo uno, stigmate globoso; involucrum persistens post anthesin clausum, induratum, *sporam* continet unam, putamine proprio tectam involucriformi, spora non replet sporangium, sed apice vacuum remittit. — Caeterum iam gravissimus MEDICUS hoc genus ad *Diandriam* referri debere recte iussit.
- ad 21. **SALMONEA**, — SALMONIA LOUR. (rhinanthacea 1.). —
- ad 22. **POLLICHIA**, — (sedis incertae). —; — (Elongatio cylindrica; folia verticillata; flores sessiles, in capitulum connati).
- ad 23. **SALICORNIA**, TOURN. — JUSS. — (atriplicea 4.). — *stamina* unum, duo; *stylus* bifidus; *stigmata* duo; —. (Elongatio herbacea aut frutescens, aphylla; flores minimi, sessiles aut singulo latere ternati).
- d 24. **HIPPURIS**, — JUSS. — *stamen* unum, epigynum? *filamentum* breve; *anthera* oblonga; *ovarium* inferum; — *spora* nuda. — (Elongatio trunci cylindrica, simplex; folia verticillata; folia sub aqua reversa, supra aquam assurgentia, acuta; flores axillares).
- ad 25. **LACISTEMA**, (sedis incertae). — *Calyx* (corolla) quadridentata; *ovarium* globosum; *stigmata* tria; —; *spora* ovalis.
- ad 26. **CORYSPERMUM**, — JUSS. — (atriplicea 3.). *Stamen* unum, rarius duo, tres, quatuor, quinque; stylis

- styli* duo. — (Flores axillares, solitarii, sessiles; superiores monantheri).
- ad 27. CALLITRICHE, — JUSS. STELLARIA  
 VAILL. — *filamentum* longum; *ovarium* unum; *styli* et  
*stigmata* duo. — (Folia opposita; flores axillares; Di-  
 cotyledo seq. GAERTN.).
- ad 28. BLITUM, (BLÈTE) — JUSS. — (atriplicea 4.)  
 — *styli* duo. — (Flores parvi, sessiles, in capitulos  
 axillares aut terminales conferti).
- ad 29. CINNA, — JUSS. — (Flores in panicula, in-  
 terdum staminibus quinque; unde coniungi cum *ro-*  
*AGROSTIS* posse videtur).
- ad 30. JARAVA, — JUSS. MSS. — — *corollae* (calycis)  
 glumae — arista torta, — pili pappum referunt; stami-  
 nis unius *anthera* oblonga, bifurca.

CLASSIS SECUNDA.

- ad 31. NYCTANTHES, — JUSS. — *Calyx* tubulo-  
 sus —; — *antherae* subsessiles, intra tubum; *capsula*  
 dorso inflata, lateribus compr., —; *spora* una in fundo  
 loculi singuli; *radicula* infera; (Rami tetragoni; pedun-  
 culi axillares et terminales, multiflori; pedicelli triflo-  
 ri et bibracteati, aut quinqueflori et quadribracteati).
- ad 33. JASMINUM, — TOURN. — JUSS. —; (ias-  
 minea 2.) — *stamina* intra tubum; — *spora* una aborti-  
 ens; (Folia ternata, aut subpinnata; pedunculi axilla-  
 res et terminales, multiflori).
- ad 34. SYRINGA, — LILAC. TOURN. JUSS. LAM.  
 — (iasminea 1.) — *stamina* intra tubum; interdum tria,  
 in varietate *S. persicae* LINN.; *capsula* — compressa, — lo-  
 culi dispori; *sporae* — superiori parte dissepimenti,  
 quod in acanthaceis se dividit, affixae; (Flores oppositi  
 in panicula terminali).
- ad 35. FORSYTHIA, — (sedis incertae) *stamina*  
 duo; *filamenta* brevissima; *ovarium* superum, ovale; *sty-*  
*lus* filiformis; — (Elongatio flexuosa; flores solitarii,  
 pedunculati).
- ad 36. LIGUSTRUM, — TOURN. — JUSS. — (ias-  
 minea 2.) — *corolla* tubo brevi, limbo patente, qua-  
 drifido; — (Frutex foliis oppositis, ovalibus, integris,  
 floribus in racemis terminalibus; interdum stamina tria),

- ad 37. **PHYLLIREA**, — TOURN. — JUSS. (jasminea 2') — *albumeu* carnosum; (Folia sempervirentia; flores in fasciculis intra foliorum axilla).
- ad 38. **OLEA**, — TOURN. — JUSS. (jasminea 2.) *Calyx* parvus, —; *corolla* tubo brevi —; *drupa* baccata — ante maturitatem bilocularis et dispora, matura unilocularis et monospora; — (Folia sempervirentia, opposita, rarissime alterna; flores in paniculis axillaribus aut terminalibus).
- ad 39. **ORNUS**, — FRAXINUS TOURN. LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 858. (jasminea 1.) —; *stamina* duo hypogyna; *stigma* bifidum; (*capsula* plana, ala membranacea terminata, monospora). — (Elongatio arborescens; folia alata, impari pinnata, rarissime simplicia; flores in panicula terminali).
- ad 40. **CHIONANTHUS**, — JUSS. (jasminea 2.) *Calyx* quadripartitus; *corolla* tubo brevissimo, limbo —; *antherae* subsessiles, tubo insertae; —; — (Arbores; folia simplicia stamina saepe tria; flores in corymbis axillaribus et terminalibus).
- ad 41. **FONTANESIA**, — JUSS. mss. — (jasminea 1.) — *stamina* basi corollae inserta; *stigmata* duo acuta, inflexa; *capsula* subovalis, — emarginata, — ut plurimum in centro bilocularis —; — (Frutex ramis in iuventute tetragonis; foliis sempervirentibus).
- ad 43. **ERANTHEMUM**, — (verbenacea 3) — LAM. ill. tab. 17. — *corollae* limbus planus, parvus; — *antherae* subsessiles, interdum corollam superantes; — (Plantae herbaceae aut frutescentes; folia opposita aut alterna; flores in spicis terminalibus).
- ad 47. **GALIPAEA**, — AUBL. Guy. tab. 269. JUSS. — *corolla* tubulosa, super discum inserta; — *ovarium* superum —; — (Frutex foliis ternatis integerrimis; flores in corymbis axillaribus et terminalibus).
- ad 49. **PAEDEROTA**, — JUSS. —; (personata 2.) — *corollae* limbus patens, bilabiatus —; *filamenta* filiformia; *stigma* simplex; *capsula* ovalis —; — (Herbae foliis oppositis, floribus axillaribus aut in spicis terminalibus).
- ad 50. **VERONICA**, — TOURN. — JUSS. —; (rhinanthacea 1.) — *corolla* rotata, —; *capsula* cordata, rarius ovalis —; — (Plantae herbaceae, rarissime frutescentes; folia ut plurimum opposita aut verticillata; flores in spicis terminalibus aut axillaribus).



ad 51. GRATIOLOA. — JUSS. — DIGITALIS  
TOURN. MONNIERA BROWN. (personata 3.) — *Calyx*  
quinquepartitus, basi duabus bracteis auctus; *corolla* tu-  
bulosa, tubo rotundato, calyce longiori, striata, subhi-  
labiata; labio superiori bilobo aut emarginato; infe-  
riori aequaliter trifido, interdum interne barbato; *fila-  
menta* — duo fertilia; quinti rudimentum; *stigma* bilo-  
bum; *capsula* ovoïdea, — valvulae saepe ad apicem bi-  
fidae; dissepimentum simplex; — (Elongatio trunci  
herbacea; folia opposita, pedunculi axillares, uniflori).

*Inseratur*: \* CHAETÓCHYLUS, (CHAETO-  
CHYLE) VAHL. (ex ord. plantt. sedis incertae). —  
*Calyx* quinquefidus, subbilabiatus; *corolla* tubulosa;  
limbo quinquefido, laciniis linearibus, duabus brevissi-  
mis; *filamenta* staminum duo ad medium tubi inserta;  
*ovarium* superum; *stigma* obtusum; *capsula* acuminata,  
bilocularis, polyspora; — (Elongatio frutescens; rami  
alterni, cylindrici; folia alterna, integerrima; pedun-  
culi solitarii, uniflori).

ad 53. SARMIENTA, — (sedis incertae). — *cap-  
sula* ovalis, — ; — (Elongatio scandens; folia opposi-  
ta, carnosa; pedunculi terminales, filiformes, uni aut  
biflori).

ad 54. SANCHEZIA, — (sedis incertae) — — *an-  
therae* villosae, — ; *ovarium* oblongum, superum; *stylus*  
filiformis; *capsula* — acuminata, — polyspora; — (Elong-  
atio trunci ramosa; folia subsessilia; bractee lineae-  
res).

ad 55. CYRTANDRA, — FORST. gen. tab. 3. JUSS.  
(personata 3.) *Calyx* — — inaequalis; *corolla* — tubo  
recurvato, ad faucem dilatato, limbo patente, quinque-  
lobo; — *filamenta* curva; *stylus* unus; *stigma* bilamella-  
tum; *bacca* oblonga, — loculi polyspori, dissepimen-  
tum carnosum et utroque latere convexum,

ad 56. SWENKIA, (SCHOUANKE) — ROYEN —  
JUSS. (personatis affinis) — *corollae* fauce clausa pli-  
cis quinque glandulosis, radiatis, — limbo subaequali;  
*stamina* numero quinque; *filamenta* duo magna, fertilia;  
tria parva, setacea, sterilia; *stylus* unus; *stigma* sim-  
plex; *capsula* compressa, orbicularis, calyce persistente  
longior, — — ; *receptaculum* subglobosum; — (Plan-  
ta herbacea; folia alterna; flores axillares; *S. americana*  
LINN.)

*In se-*

*Inseratur*: AXIA, (AXIE) LOUR. JUSS. (nyctaginea 2.) — *Involucrum* triphyllum foliolis inaequalibus et caducis, uniflorum; *calyx* parvus campanulatus, ad summum decemlobus; *stamina* tria; *spora* basi calycis tecta, striata, villosa; — (Elongatio trunci ramosa, nodosa et repens; folia opposita, inaequalia; flores in racemis terminalibus).

ad 57. GLOBIFERA, — MICRANTHEMUM MICH. fl. amer. bor. 1. p. 10. tab. 2. (primulacea 1.) *Calyx* profunde quadrifidus —; *corolla* tubo brevissimo, — limbo inaequaliter quadripartito, lacinia superiori maxima; — *antherae* rotundatae; *ovarium* globosum; *stylus* brevis; *stigma* capitatum; *capsula* calyce persistente cincta, — — —; — (Elongatio herbacea, minima, repens; folia opposita, integra; flores axillares, solitarii, alterni, minimi).

ad 58. JUSTITIA, — LINN. JUSS. — (acanthacea 2.) — *corolla* tubo gibbo; — — *capsula* basi attenuata —; — (Plantae herbaceae aut suffrutescentes; folia raro verticillata, rarissime alterna; in quibusdam speciebus spinae axillares; flores solitarii aut in spicis, axillares aut terminales).

\*DIANTHERA, (DIANTHÈRE) LINN. JUSS. (acanthacea 2.) — *Calyx* quinquepartitus; *corollae* tubus brevis, limbus bilabiatus, labio superiori bifido, inferiori tripartito, lobo medio latiori; *filamenta* duo, utroque duabus antheris munito; *stigma* simplex; *capsula* compressa, loculi monospori, rarius dispori; — (Elongatio herbacea; folia opposita, linearia; flores in spicis axillaribus; *D. americana* LINN. FLUK.)

ad 59. ELYTRARIA, — MICHAUX fl. amer. bor. tab. 1. (acanthacea 2.) *Calyx* — basi bibracteatus; *corollae* tubus rectus, limbus quinquefidus, subbilabiatus; *stamina* non exserta; —; *ovarium* oblongum; *stylus* capillaris; — *capsula* —, subcylindrica, — valvulis versus medium semiseptiferis. — (Elongatio trunci nulla: scapus radicalis longissimus; folia apice integra).

ad 60. CATALPA, — (bignonia 2.). — *corollae* tubus ventricosus; — *stigma* bilamellatum; *capsula* — longa, — bivalvis; dissepimentum valvulis oppositum.

ad 61. PINGUICULA, — TOURN. — (primulaceis affinis). *Calyx* — labio superiori trifido, inferiori bifido; *corolla* irregularis. — fauce attenuata, —; *stamina* duo brevissima; *stylus* brevis; *stigma* bilamellatum, *antherae*

theras obtegens; *capsula unilocularis*, —; *receptaculum centrale, liberum*. — (Folia radicalia, nitida; scapus uniflorus; floris calcar cylindraceus, longitudine corollae).

ad 62. **UTRICULARIA**, — JUSS. — LENTIBULARIA TOURN. VAILL. (primulaceis affinis). — *corolla parum tubulosa, irregularis*, — *labium superius rectum* — *staminiferum*; *inferius* — *integrum, cum tunica cordata extorsum proëminens* —; *filamenta recurva*; *antherae connatae*; *stylus unus*; *stigma simplex*; — *receptaculum centrale liberum*. — (Plantae herbaceae, repantes et marcescentes, aut liberae et in aquarum superficie navigantes; flores ut plurimum in spica super scapum aphyllum).

ad 63. **SCHIZANTHUS**. — (sedis incertae). — (Elongatio herbacea; folia alterna, pinnata; pedunculi sexflori).

ad 64. **CALCEOLARIA**, — FEUILL. — JUSS. —; (personata 2.). — *corolla tubo brevi*, — *labio infero concavum* — et *reflexum*; *filamenta brevissima*; *antherae recurvae*; *stigma simplex*; *capsula conica*. — (Elongatio herbacea; folia saepissime opposita; pedunculi unimultiflori, axillares aut in corymbis terminalibus).

ad 65. **BAEA**, — COMMERS. — — (personata 2.). — *filamenta staminum incrassata, arcuata*; *antherae conniventes*; *stigma simplex*; —. (Folia radicalia; scapi uni- aut multiflori, tenues, foliis breviores; flores in umbellas dispositi, bractea parva muniti ad punctum insertionis).

ad 66. **TAMONEA**, — AUBL. Guy. tab. 268. JUSS. —; (verbenacea 2.). — *filamenta intra tubum*, —; *stigma sec. AUBL. quadrifidum*; —. (Elongatio herbacea; folia opposita; flores alterni in spicis axillaribus, singuli bractea lineari muniti).

ad 67. **RAPUTIA**, — AUBL. Guy. tab. 272. JUSS. — *corolla hypogyna*, —; *stamina* — duo fertilia, basi squamis duabus munita; *ovarium quinquangulum, super discum carnosum positum*; *stylus unus*; *stigma incrassatum, subtrilobum*; —. (Frutex ramis oppositis; folia opposita ternata; flores in spicis axillaribus, bracteati).

ad 68. **VERBENA**, — TOURN. — JUSS. — (verbenacea 2.). *Calyx persistens* —; — *stamina non exserta*, —; *stigma obtusum*; *sporae quatuor, nudaе, calyce tectae*. (Plantae herbaceae, rarius frutescentes; folia opposita; flores bractea una muniti, in spicam brevem et oblongatam dispositi).

- ad 70. ZAPANIA, — — VENT. (verbenacea 2.). *Calyx* quadridentatus, brevis; *corolla* — tubo cylindrico, limbo patente — laciniis inaequalibus; *stamina* — inclusa; *stigma* angulosum; *sporae* — calyce commutato et quasi bivalvi facto tectae. — (Folia spathulata, interdum ternata, elongatio hispida; flores in spicis longissimis, nudis, crassiusculis).
- ad 71. LYCOPUS, — TOURN. — JUSS. —; (labiata 1.). — —. (Flores axillares, verticillati, sessiles).
- ad 72. AMETHYSTEA, — JUSS. —; (labiata 1.). — *corollae* — labio bilobo, lobis patentibus; inferiori trilobo, lobo medio concavo, longiori; —. (Flores in corymbis axillaribus et terminalibus).
- ad 75. ZIZIPHORA, — JUSS. — (labiata 1.). *Calyx* cylindricus, longus, villosus, —. (Flores glomerati, axillares aut terminales).
- ad 76. MONARDA, — JUSS. —; (labiata 1.) —; *corolla* cylindracea, calyce longior, — labio superiori recto, integro, attenuato —, inferiori reflexo, latiori, — lobo medio longiori. — (Flores axillares, verticillati aut in capitulis terminalibus).
- ad 77. ROSMARINUS, — TOURN. — JUSS. — (labiata 1.). — *Calyx* — — labio inferiori bifido; *corolla* tubulosa, tubo calyce longiori, labio inferiori — lacinia media maxima et concava; *stamina* exserta; *filamenta* subulata — —; (Frutex spinescens; rami recti; folia linearia, attenuata, subtus albentia, marginibus revolutis).
- ad 78. SALVIA, — TOURN. — JUSS. — (labiata 1.). *Calyx* striatus, — — labio inferiori bifido; *corolla* — tubulosa, tubo vix dilatato, apice compresso, calyce longiori; — labio superiori convexo, — aut integro; inferiori trilobo, lobis lateralibus, appressis, lobo medio maximo, rotundato; *filamenta* — articulata, et super pedicellum particularem corollae insertum versatilia, basi connata, per omnem longitudinem libera, apice numita *anthera* oblonga, uniloculari. — (Herbae aut suffrutices; flores unus — tres ex axillis folii aut bractee enascentes, saepe in spicam dispositi; saepe duo rudimenta parva staminum sterilium sub forma glandularum pedicellatarum in corolla apparent).
- ad 79. CUNILA, — JUSS. — (labiata 1.). *Calyx* decemstriatus, — —; faux calycis pilis clausa sporas fovet et includit; — (Flores in corymbis aut in verticillis, axillares et terminales).



ad 80. COLINSONIA, — JUSS. — (labiata r.). *Calyx* — labio inferiori bifido; *corolla* calyce longior infundibuliformis —; (Folia rugosa, cordata; flores in panicula pyramidali).

ad 82. LINOCIERA, — SWARZ. — —; (ex ord. plantt. sedis incertae) — —; (Folia petiolata, opposita, integra; — *Chionantho* maxime affine genus; JAUME II. pag. 340 ad Triandriac monogynias retulit).

ad 83. ACAENA; — MUTIS. — — (Apud JAUME II. pag. 185. Ancistrum ab Acaena disjunctum reperitur).

*Inseratur*: STRIGA, (STRIGE) LOUREIR. (ex ord. plantt. sedis incertae). *Calyx* quadrifidus; *corolla* quadrifida, lacinia superiori maxima, emarginata; *filamenta* duo brevissima; *ovarium* oblongum; *stigma* simplex; *capsula* unilocularis, polyspora. — (Elongatio trunci herbacea, simplex; folia sessilia; flores axillares).

ad 85. DIALIUM, — BURM. JUSS. — *stamina* ad latus superius ovarii posita; *antherae* oblongae, quasi didimae; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* simplex; (Genus proximum *Weinmanniae* secundum LAM. — Arbor foliis alternis pinnatis; flores in paniculis declinatis).

ad 86. MORINA, — TOURN. — JUSS. —; (dipsacea 1.). *Calyx* particularis duplex: exterior superus, tubulosus, limbo dentibus spinosis inaequalibus munitus; — interior inferus, — persistens; *corolla* — tubo — parum arcuato, ad summum dilatato; *labium* superius bilobum; *stamina* exserta; *stigma* simplex; *spora* ovoidea, —; (Elongatio herbacea, folia verticillata numero quaterno, sinuato-spinosa; flores dispositi in verticillis, efformantes spicam terminalem).

ad 87. CIRCAEA, — TOURN. — JUSS. — (onagria 2.). *Calyx* caducus —; *capsula* ovalis, — bivalvis —; *spora*e ad summum loculorum affixae; — (Elongatio herbacea, recta; folia opposita; flores in spicis terminalibus).

ad 88. GLOBBA, — JUSS. — GRAMEN, TOURN. — *Calyx* duplex: exterior —; interior (corolla L.) aequalis —; *stamina* duo, altero abortiente; —; (Flores in spicis terminalibus aut lateralibus); forsitan ad primam classem iusta Cannam pertinere videtur?

ad 93. ANTHOXANTHUM, — JUSS. —; (graminea 1.) —; *squamae* duae internae; *stamina* dua; —; (Flores in spica terminali).

ad 94. CRYPISIS, —; (graminea 2.)

GUNNERA, LINN. JUSS. (urticeis affinis). *Calyx* nullus, aut superus et bidentatus; *ovarium* apice bidentatum; *styli* duo dentibus ovarii interpositi; *stigmata* duo; *stamina* epigyna; *antherae* sessiles et oppositae; *spora* calyce crustaceo tecta unica; (Elongatio herbacea; folia radicalia; flores terminales amentiformes, amento ramoso in apice scapi).

ad 95. MNJARUM, — LINN. suppl. —; *Calyx* rectus — —; *stamina* ut plurimum ad calycis medium inserta; *ovarium* inferum, calyce longius; *styli* et *stigmata* duo; *ovarium* maturitate commutatum in fructum calycis incrassatione —; (Planta herbacea, foliis confertis tecta; flores terminales, per paria dispositi).

ad 96. PIPER, — BAUH. — JUSS. — SAURURUS TOURN. (urticea 3.) *Spadix* — — floribus — et appressis; interdum cinctus spathis, ut plurimum nudus; singulus flos squama una munitus; *Calyx* nullus, nisi habeas externum ovarii amictum pro calyce; —; *ovarium* cinctum duobus *antheris* sessilibus; *stylus* — aut subnullus; *stigmata* — aut quatuor villosa; —; *bacca* rotundata —; (Elongatio herbacea aut frutescens, ut plurimum scandens et dichotoma, ramosa; rami nodosi, quasi articulati; folia in petiolis amplexicaulibus, nunc opposita et tunc altero caduco aut abortiente; spadix foliis alternis oppositus, oppositis axillaris, plurimum solitarius et nudus, rarius fasciculatus et bracteatus).

### CLASSIS TERTIA.

ad 98. VALERIANA, — TOURN. JUSS. —; (dipsacea 2.). *Calyx* — — enascens in aristam — et plumosam; *corolla* — limbo aequali aut rarissime inaequali; *stigmata* unum, tria; —; *albumen* nullum. — (Folia simplicia aut pinnata; flores plurimum dispositi in corymbos terminales).

ad 100. FEDIA, — (dipsacea 2.). —; *corolla* regularis aut irregularis, — —; *stamina* duo ad quinque; *stigmata* unum ad tria; — —; *albumen* nullum.

ad 101. MELOTHRIA, — JUSS. —; (cucurbitacea 3.). *Calyx* tubulosus, — filiformis super ovarium, limbo decem-

decemfido; laciniæ quinque exteriores minores, acutæ; quinque interiores (*corolla* L.) alternæ, magnæ, coloratæ, rotundatæ, rotato patentes; *stamina* tria; *filamenta* conica, duo gerunt antheras geminas, tertium monandrum; *stylus* cylindraceus; *stigmata* tria; *bacca* oblonga, —. (Pedunculi uniflori; flores interdum tantum masculi).

- ad 102. **CRŒCUS**, — TOURN. — JUSS. —; (iridea 2.) *Calyx* — — laciniis — rectis: *stigmata* — convoluta; — —. (Truncus subterraneus (radix L.) tunicatus, duplex; spatha uniflora, monophylla; elongatio trunci nulla; flores subsolitarii).
- ad 103. **GALAXIA**, — JUSS. —; (iridea 1.) *Calyx* JUSS. (*corolla* LINN.) tubulosus, rectus, — limbo dilatato, sexlobo, —; —. (Truncus subterraneus (radix L.) bulbosus; folia radicalia: flores inter foliorum medium positi; elongatio subnulla).
- ad 104. **WATSONIA**, — JUSS. — (iridea 2.) *Calyx* (*corolla* LINN.) — tubo filiformi, longissimo; limbo subæqualiter sexpartito et parum labiato; — *stylus* filiformis, trifidus; *stigmata* tria bifida; — (Truncus subterraneus (radix L.), tuberosus, tunicatus, hemisphaericus, margine dentatus; flores in elongatione simplici aut parum ramosa; spathæ unifloræ, bivalves, valvula exteriori maxima).
- ad 105. **ANTHOLIZA**, — JUSS. — (iridea 2.) *Calyx* (*corolla* L.) infundibuliformis —; —. (Truncus subterraneus (radix L.) tuberosus, tunicatus; elongatio simplex; flores in spicis; spathæ unifloræ. Genus adhuc parum a genere *Gladioli* distinctam).
- ad 106. **GLADIOLUS**, — TOURN. — JUSS. —; (iridea 2.) *Calyx* (*corolla* L.) — labii superioris laciniæ tres approximatae aut conniventes; inferioris laciniæ tres plus minus patentes; —; *stamina* sub labio superiori posita; —; *sporæ* arillatae, aut ad margines membranaceae. — (Truncus subterraneus (radix L.) tuberosus, tunicatus; flores in spica; spathæ unifloræ; germinatio subsimilis germinationi *Ixiæ*; lobus *sporæ* absolute sessilis).
- ad 109. **IRIS**, — TOURN. — JUSS. LAM. illustr. tab. 31. **XIPHIUM** et **HERMODACTYLUS** TOURN **SISYRINCHIUM** TOURN. (iridea 2.) — *Calyx* (*corolla* L.) regularis, tubo longitudine ovarii, limbo magno, sexpartito; laciniæ tres alternæ rectæ, tres alternæ reflexæ, introrsum barbatae aut imberbes, basi staminiferae; — *stylus* brevis; *stigmata* — — oblonga, magna, super

super stamina declinata, interne stria longitudinali sulcata; —. (Elongatio trunci saepe compressa; spatha uni-multiflora: truncus superficialis (radix LINN.) XI-PHII TOURN. bulbus simplex, SISYRINCHII TOURN. bulbus duplex, bulbo uno alteri superposito, HERMODACTYLI TOURN. tubulosus; IRIDIS TOURN. carnosus, oblongus, reptans).

ad 110. IXIA, — JUSS — (iridea 2.). *Calyx* (corolla L.) —; *stigma* trifidum, subfiliforme; — —. (Truncus subterraneus (radix LINN.), fibrosus aut tuberoso tunicatus; folia plana, per margines vaginantia, aut canaliculata aut nervosa, et gramineis simillima. Elongatio saepe compressa, saepe subnulla; flores terminales, aut in paniculam, aut in spicam, aut in capitulum congesti; spathae subuniflorae; spora lobus germinatione affixus dorso primae foliorum vaginae, et subsessilis).

ad 113. ARISTEA — AIT. hort. Kew 1. p. 67. (iridea 2.) *Calyx* (corolla L.) — limbo sexpartito, laciniis profundis, aequalibus, patentibus; *stamina* brevia, *stylus* arcuatus et assurgens; *stigma* — marginibus fimbriatis et tribus lateribus parum rotatis; *capsula* oblonga, trigona —; —. (Folia disticha; flores in capitulo; scapus angulosus).

ad 114. MORAEA, — JUSS. (iridea 2.). *Calyx* (corolla L.) — laciniis (petalis L.) — tribus alternis reflexis, interne barbatis aut imberbibus, et basi stamiferis; *stylus* brevis *stigmata* — petaloidea, magna, oblonga, super stamina nutantia, interne stria longitudinali sulcata. — (Flores terminales —; spathae uni aut biflorae folia ensiformia, vaginantia aut canaliculata; truncus subterraneus (radix L.) tuberosus, tunicatus).

ad 115. SISYRINCHIUM, — JUSS. —; BERMU-DIANA TOURN. iridea 2.). — *Calyx* (corolla L.) tubo brevi, — —; *stigma* trifidum; —. (Truncus subterraneus (radix L.) fibrosus; elongatio compressa et ramosa flores terminales aut axillares; spathae carinatae, compressae, —. BERMU-DIANA MEDIC monad. pag. 76. 8. — *Calyx* ovario insidens —; *staminum* tubus ovario innatus, terminatus tribus antheris; *filamenta* nulla; *stylus* intra tubum adsurgens, trifidus *stigmata* tria patentia; *capsula* trigono-rotundata, — dissepimentum longitudinale sporiferum. Cf. et ADANS. famill. de plantes to 2. p. 60. SCHREB. nov. act. nat. curios. Vol. 3. pag. 341.

ad 116. TIGRIDIA, — VENT. REDOUTE liliac. tab. 5. — (iridea 1) *Calyx* (corolla L.) tubo brevi, limbo magno plano, — — interioribus ad unguem et sub



sub apice attenuatis —; *filamenta* connata in tubum longissimum; —. (Elongatio herbacea, cylindracea, leviter flexuosa; folia glabra).

**FERRARIA**, — (iridea 1.). *Calyx* (corolla L.) tubo brevi, limbi — patentes; *filamenta* — basi connata; —. (Planta herbacea; flores spathacei, terminales; folia radicalia, longa; ensiformia, ancipitia) — **MEDIC.** monad. pag. 79. — tubus filamentorum super ovarium, terminatus filis tribus brevissimis, singulo antherifero; — *capsula* conica, triangula, — polyspora.

ad 117. **DILATRIS**, — **BERG. JUSS.** — (irideis affinis). *Calyx* (corolla L.) superus, externe villosus, limbi lacinae sex rectae, aequales, persistentes, oblongae, canaliculatae, basi staminiferae; — *filamenta* sex, tria breviter sterilia, tria longa fertilia; *antherae* tres aequales, unica saepe non decidua; *ovarium* inferum; *stylus* unus; —; *capsula* — villosa — — trivalvis, —. (Folia radicalia vaginantia, elongationis sessilia; flores in corymbo terminali et villosi).

**Inseratur: HERITIERA**, (HERITIERE) **CHEL. MICHAUX** fl. am. bor. t. 4. (iridea 2.). — *Calyx* sexpartitus, laciniis petaloideis, tribus linearibus, tribus alternis lanceolatis; rubens; staminum *filamenta* pilosa; *ovarium* inferum; *stylus* triangulus, exsertus; *capsula* coronata limbo marcescente, trilocularis, oligospora, angulis dehiscens; *sporae* rotundatae, margine tenui munitae. — (Elongatio herbacea; folia iridea, acuta; flores in panicula subcorymbiformi, fasciculati, tomentosi. (PERS. ench. pag. 54. b. cum genere *Dilatris* coniunxit).

**TAPEINA**, (TAPEINE) **COMMERS. JUSS. MORAEA** *magellanica* **WILLD.** (iridea 2.). — *Calyx* tubulosus, limbo profunde in partes sex aequales fesso; *stigma* trifidum. — (Planta herbacea minima; flores minimi, terminales, solitarii, subsessiles in medio foliorum).

ad 118. **WITSENIA**, — **JUSS.** — (iridea 2.). *Calyx* (corolla L.) rectus, — exterioribus villosis — —. (Planta trunco subterraneo (radice LINN.) tuberoso; elongatione trunci angulosa, ramosa aut simplici, ad basin oblecta foliis margine vaginantibus, imbricato flabelliformibus aut per paria dispositis; spatha partialis singuli floris brevis).

ad 119:

- ad 119. CIPURA, — AUBL. Guy. tab. 13. — (iridea 2.). *Calyx* (corolla L.) — basi tubulosus, —; *stamina* tria tubo inserta: — *stylus* — triangulus —. (Truncus subterraneus radix L.) tuberosus, tunicatus, folia quaedam radicalia, vaginantia et ensiformia; flores terminales super elongationem aphyllam).
- ad 120. WACHENDORFIA, — JUSS. — (irideis affinis). *Calyx* (corolla L.) basi tubulosus? — laciniis tribus magnis rectis, tribus parvis patentibus —; *stamina* tria cernua, marginibus laciniarum alternantium inserta; *filamenta* tria (nectarolymata L.) brevissima, sterilia et staminibus intermixta: *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* simplex; *capsula* infra, — trivalvis —; *receptaculum* centrale, trigonum; *sporangia* peltatae. — (Truncus subterraneus radix L.) tuberosus, truncatus; folia radicalia vaginantia, elongationis sessilia; flores in panicula aut corymbo.
- ad 122. XIPHIDIUM, — LOEFL. AUBL. Guy. I. p. 33. tab. 11. JUSS. —; *Calyx* (corolla L.) superus — laciniarum tres alternae interne positae: *stamina* tria — basi laciniarum affixae; *ovarium* superum; *stylus* unus *stigma* simplex —; *capsula* baccaiformis —. (Truncus subterraneus radix L.) reptans, fibrosus folia alterna, subvaginantia, sterilia; flores in panicula terminali, bractea muniti).
- ad 123. LEPTANTHUS, — MICHAUX amer. bor. tab. 5. f. 1. — (amaryllidea 2.) *Calyx* (corolla L.) —; *stamina* tria ad summum inserta, ad officium calycis: —; *ovarium* unum; *stylus* longitudine tubi; *capsula* — oblonga, —; *sporangia* numero plurimae, duplici serie dispositae. (Plantae aquaticae; folia alterna, vaginantia flores solitarii, axillares).
- ad 124. HETERANTHERA, — (amaryllidea 2.) *Calyx* (corolla L.) tubo longo, ad limbum attenuato, —; *stamina* tria; — —; *ovarium* unum; *stylus* filiformis, rectus; *stigma* trifidum; *capsula* oblonga — trivalvis; *sporangia* plurimae, membrana cinctae. (Elongatio herbae, truncus reptante; folia reniformia; flores tres aut quatuor in spatha singula). \*)

ad 125.

---

\*) Etsi LEPTANTHUS et HETERANTHERA tribus staminibus gaudeant, tamen a genere PONTEDERIAE non esse quoddam familiam seiungenda, quum et variae Pontederiae species habere videantur totidem stamina, arbitrantem legimus JAUME I. 149.

- ad 125. **COMMELINA**, — JUSS. —: (juncinea 2.)  
*Calyx* aequalis aut inaequalis, laciniis duabus tribusve interioribus petaloideis (corolla L.); *stamina* sex, interduum cuncta fertilia, ut plurimum tria aut quatuor sterilia (nectarolymata L.) —; *stylus* unus; *stigma* simplex; —; *sporae* valvulis affixae iuxta dissepimento-  
 rum insertionem. — (Elongatio trunci herbacea, nodosa; folia cum nodis alterna; vaginae foliorum longae, fissae; rami ad basin spathacei; pedunculi axillares aut terminales, uni aut multiflori; flues inclusi bracteis cordatis, duplicatis, et quasi spathaceis).
- ad 126. **OXYBAPHUS**, — CAVAN. ic. I. pag. 13. tab. 19. — (nyctaginea .). *Involucrum* (calyx) monophyllum, quinquelobum, uniflorum; *calyx* (corolla L.) brevissimus, vix involucrum sustinens, —. *stamina* tria, rarius quatuor; —. (Flores terminales, axillares et in thyrasis).
- ad 127. **MACROLOBIUM**, — — AUBL. Guy. tab. 7 — (leguminosa 3. — —; *ovarium* pedicellatum; *legumen* — — obtusum; —; *spora* rotundata (Arbores foliis conjugatis; flores in panicula aut in corymbis axillaribus vel terminalibus).
- ad 128. **OUTEA**, — AUBL. Guy. tab. 9 JUSS. —: (leguminosa 1.). *Calyx* — — bracteeae magnae; *corollae* — —, reliqua minora et aequali magnitudine; *filamenta* staminum numero quatuor, unum — breve, — villosum —; tria opposita, longissima, fertilia; *antherae* versatiles; *ovarium* pedicellatum; *legumen* — . . . ; (Arbor foliis pinnatis; flores in spicis axillaribus).
- ad 129. **HIPPOCRATEA**, — JUSS. —; **COA PLUM.** —; *corollae* petala maxima, basi dilatata, cucullata, apice concava; *stamina* tria; *filamenta* basi dilatata; *antherae* apice transversim debiscentes; *ovarium* simplex, ad medium disco tectum aut tubo filamentorum; *stylus* unus; *stigma* simplex; *capsula* —, subovales, magnae, —; *sporae* compressae —. (Arbor sarmentosa, ramis oppositis; folia stipulis minimis aucta, opposita; flores in umbella dichotoma).
- ad 130. **TONSELLA**, — —; *stamina* tria disco (s. nectarolymate) aequaliter affixa; *ovarium* unum (inferum?) —; *stylus* unus; *stigma* simplex; *bacca* — sphaerica, — tetraspora. (Frutex scandens ramis oppositis; folia opposita, integra; flores in paniculis axillaribus et terminalibus, bracteis muniti).
- ad 131. **LOEFLINGIA**, — JUSS. — (caryophyllea 1.). — —; *stylus* unus; *stigmata* tria; —. (Folia oppo-  
 sata,

sita, stipulis appendiculiformibus munita; flores solitarii, axillares, sessiles).

ad 132. **WILLICHIA**, — JUSS. — *Calyx* quinquefidus, persistens; *corolla* —, limbo plano —; *stamina* tria inserta tribus lobis superioribus corollae; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* simplex; —; *dissepimenta* capsulae opposita; *receptaculum* globosum. (Elongatio trunci herbacea, reptans; folia alterna; petioli longissimi; flores parvi, colore rosei).

**CALLISIA**, — JUSS. — (juncinea 2.). *Calycis* lacinae tres interiores (corolla L) petaloideae; *filamenta* tria, singulo duabus antheris onustato, —; *capsula* — loculo tertio abortiente? (Facies Commelinæ; elongatio herbacea, repens; folia alterna, vaginaria).

ad 133. **SYENA**, —; **MAYACA** AUBL. Guy. tab. 15. JUSS. — JAUME (juncinea 2.). *Calyx* — laciniis tribus exterioribus acutis, tribus interioribus (corolla auct.) rotundatis, petaloideis; *stamina* tria; *antherae* — biloculares; *stylus* unus; *stigma* trifidum; *capsula* stylo acuminata — versus medium dispora, (Planta habitu calyptratarum (muscorum LINN.); folia alterna, linearia; flores solitarii et axillares).

ad 134. **TAPURA**, — AUBL. Guy. tab. 48. JUSS. **RORRIA** SCHREB. (sedis incertae) —; *corolla* hypogyna —; labio superiori concavo, recto, inferiori breviori latiori, bilobo; *stamina* quinque\*) epipetala, quatuor didynama, sub labio superiori posita, quinto longissimo ad basin labii inferioris collocati; *ovarium* superum, triangulum; *stylus* longus; *stigma* trilobum; *fructus* . . .; (Genus Bignoniæ affine; frutex ramosus; folia alterna, stipulis caducis munita; pedunculi axillares, solitarii, multiflori).

ad 135. **CALYPSO**, — AUB. PETITTH. plantt. aff. austr. tab. 6. (sedis incertae). *Calyx* minimus —; *corolla* — petala inserta calyci —; *discus* — carnosus: — *antherae* ad summum adnatae filamentis; —; *stylus* brevis; — *bacca* rotundata, acuminata, —. (Frutex ramis rectis, cylindræis; folia opposita; flores fere in umbella —).

ad 136. **RUMPHIA**, — JUSS. — (terebinthacea 2.) —; *stamina* tria, petalis aequalia; *antherae* parvae; *stylus* unus; *stigma* trigonum; —. (Arbor; folia petiolata, alterna, simplicia, Tiliæ foliis similia; flores in racemis axillaribus).

ad 137.

\*) Hinc ad Class. V. monogyniam JAUME II. p. 348. retulit.



- ad 137. **FISSILIA**, — **COMMERS.** — —; (*Hesperidea* 1.). *Calyx* brevis, — —; *corolla* hypogyna, calyce longior, apparens monopetala —, — sed divisa aut partibilis in tria petala conniventia recta, — versus apicem, tertio integro; — *filamenta* petalis affixa: tria fertilia, quinque sterilia, disposita numero duorum sterilium uno fertili intermedio in singuli petali fissi apice; et unum fertile unumque sterile in petalo integro; *stylus* unus; *stigma* truncatum aut trigonum; *nux* — — angustatim cincta fere usque ad summum calyce magnificato, longiori et capsulaeformi reddito. — (*Arbor* habitu *Lauri*, sempervirens: folia alterna, integra; flores in parvis racemis axillaribus, paucifloris, interdum subsolitarii).
- ad 138. **CNEORUM**, — **JUSS.** — (*terebinthacea* 2.). *Calyx* — persistens; *corollae* petala — oblonga; *stamina* tria brevissima: *antherae* minutae; —; *bacca* parva, —; (*Frutex*; folia alterna, foliis *Oleae* simillima; pedunculis axillares uni aut triflori).
- ad 139. **COMOCLADIA**, — **BROWN.** — **JACQ. JUSS.** —; (*terebinthacea* 2.). —; *corolla* — petala calyce majora; *stamina* tria brevissima: *antherae* rotundatae; *stylus* nullus; *stigma* simplex; *drupa* — —, succulenta, ad summum trirostrata; *nux* eiusdem formae, — —. (*Arbores* quae incisuris factis praebent succum lacteum aut aquosum, glutinosum mediante aere nigricantem; folia impari pinnata; foliola opposita, villosa et dentata, aut integra et glabra; flores in racemis paniculatis et axillaribus, numerosi, parvi, conformantes racemos maximos: interdum *stamina* quatuor et *calyx* quadridentatus).
- ad 140. **XYRIS**, — **JUSS.** — (*juncinea* 1.) — *lacinae* calycinae tres basi staminiferae; — *ovarium* unum; *stigma* trifidum; —; — (*Elongatio* trunci simplex, *aphylla*, *enodis*, folia radicalia, vaginantia; flores terminales in spica angustata, squamae imbricatae et uniflorae; habitus *Schoeni*).
- ad 141. **TRIPTERELLA**, — **MICH. AMER. BOR. I.** 19. tab. 13. — (*ex ord. plantt. sedis incertae*) — —; *stamina* tria inclusa, sub dentibus calycinis inserta; *ovarium* inferum; *stylus* unus; *stigmata* — brevissima; *capsula* rudimento floris coronata, membranacea, —; — (*Plantae* minimae herbaccae, fere *aphyllae*).
- ad 142. **OLAX**, — — **JUSS.** (*sapoteis* affinis). — *Calyx* — infundibuliformis; *corolla* tubulosa — *nectaroly-matis* foliola unguiculata; *stamina* super tubum affixa, et cum appendiculis sive *nectaroly-mate* alternis; *stylus* unus;

- unus; *stigma* simplex; —. — (Arbor parum cognita Ceylaniae; folia alterna, integerrima; pedunculi axillares, brevissimi).
- ad 143. **ROTA**, — JUSS. (caryophylleis affinis) —; —; *stylus* unus; *stigmata* tria; *capsula* minima, — —; — (Planta herbacea, ramis articulatis, inferioribus oppositis, superioribus alternis; folia verticillata linearia; flores numero quaterno axillares, sessiles, minimi).
- ad 144. **ORTEGIA**, — LOEFL. — JUSS. — (caryophyllea 1) — —; *stylus* unicus; *stigma* capitatum; — —; *spora* fundo capsulae affixae. — (Folia opposita, stipulis minimis munita; pedunculi saepe multiflori, axillares aut terminales).
- ad 145. **POLYCNUM**, — JUSS. — (atriplicea 2.) —; —; *stylus* bifidus; — —; — (Elongatio herbacea diffusa; folia linearia, mucronata; flores minimi).
- ad 147. **SCHOENUS**, — JUSS. — GRAMEN et SCIRPUS TOURN. (cyperacea 2.) — —, *spora* setis aut pilis brevissimis —, saepissime non pilosa; — (Flores inferiores interdum abortiunt, et squamas vacuas relinquunt. elongatio trunci cylindrica aut triquetra).
- ad 148. **CYPERUS**, — TOURN. — JUSS. — (cyperacea 2.) — (Paleae inferiores quaedam vacuae; elongatio plurimarum specierum triquetra, spiculae approximatae, pedunculatae et in umbellas dispositae).

sub *Cypero* locum teneat:

- IRIA**, (IRIER) RICHARD. PERS. ench. pag. 65. a. **CYPERUS** LINN. WILLD. ROTH. (cyperacea 2.) — *Spica* simplex, squamis subdistiche imbricatis, summis congestis, infimis aristatis; *stamen* unum; *stigmata* duo; *spora* mutica.
- ad 150. **SCIRPUS**, — TOURN. — JUSS. — **CYPERUS** TOURN. (cyperacea 2.)
- ad 152. **ERIOPHORUM**, —; **LINAGROSTIS** TOURN. (cyperacea 2.)
- ad 153. **MAPANIA**, — AUBL. Guy. vol. 1. pag. 47. vol. 3. tab. 17. JUSS. —; (cyperacea 2.) —; *stylus* unus; *stigmata* tria. — (Elongatio trunci simplex, triangularis; flores in capitulo sessili, cincto involucrio maximo triphylo).

ad 154.

ad 154. LIMNETIS, — SPARTINA — SCHREB. Juss. mss (graminea 11.) — *Gluma* bivalvis, uniflora, compressa; *valvula* interior longa, lata, mucronata, dorso striata; *calyx* bivalvis, corolla minor; *stamina* tria; *stylus* filiformis, *staminibus* longior; *stigmata* duo villosa; *spora* calyce inclusa.

ad 155. NARDUS, — JUSS. — GRAMEN TOURN. (graminea 10.) — (setacea, recta; flores unilaterales).

ad 156. REMIREA, — AUBL. Guy. tab. 16. JUSS. — (graminea 11.) — (Elongatio foliis penitus oblecta, flores in panicula densa).

Inseratur: TRYOCEPHALUM, (TRYOCEPHALE) FORST. nov gen. tab. 65. JUSS. (cyperacea 2.) — *Paleae* uniflorae; *stamina* tria; *stigmata* duo; *spora* rotundata; — (Elongatio triquetra; spica conferta, terminalis, involucro triphylo munita; flores unus aut duo inferiores feminei).

ad 157. KYLLINGA, — ROTTE. — JUSS. — (cyperacea 2.) — — ; *spora* — oblonga, glabra. — (Elongatio triangula, filiformis; flores in capitulis glomeratis).

ad 158. LYGEUM, — JUSS. — ; GRAMEN TOURN. (graminea 10.) — *Glumae* — *valvula* magna, — ; *calyces* (corollae L.) duo bivalves, *valvulis* basi coalitis; — ; *ovarium* cum *calycibus* connatum; *stigma* simplex; *fructus*: *nux* bilocularis, dispora, villosissima, non dehiscens. — (Folia filiformia, angustata, juncorum foliis simillima).

ad 159. POMMEREULA, — LINN. suppl. JUSS. — POMMEREULLIA SCHREB. (graminea 11.) — *Gluma* — *valvulis* inaequalibus — ; *calyx* (corolla auctt.) — inaequali magnitudine, *valvula* exterior maxima, quadrifida, aristata, interior minor, integra, non aristata — ; *stylus* unus; *stigmata* duo; *spora* glaberrima; — (Elongatio ramosa; flores omnes hermaphroditi).

ad 160. SACCHARUM, (SUCRE) — JUSS. — ARUNDO TOURN. (graminea 2.) — ; (Flores in panicula).

ad 162. FUIRENA, — JUSS. — ; (cyperacea 2.) — ; *calycis* (corollae auctt.) — *squamis* s. *valvulis* — terminatis barba cyrrhiformi; *stigmata* duo; — , — (Elongatio angulosa, striata.)

ad 166.

ad 166. CHRYSITRIX, — JUSS. — (Cyperacea 2.)  
— Capitulum florum compressum, imbricatum squamis oblongis, coriaceis, formantibus fasciculum densum; — *paleae* multae, setaceae, —; *filamenta* linearia; *ovaria* oblonga obtusa — *stylo* filiformi; *stigma* simplex: JAUME. — (Folia ensiformia, vaginantia, angustata; scapus compressus iuxta summum se disjungens ad emittendum florem unum).

ad 168. CORNUCOPIAE, — JUSS. —: (graminea 11.) — *Involucrum* — marginibus crenulatum aut integrum, —; —; *spora* tecta.

ad 169. PANICUM, — TOURN. — JUSS. —; MILIUM et GRAMEN TOURN. (graminea 2.) — *corollae* (calycis JUSS.) — cartilaginea, persistens; — (Flores dispositi in panicula laxa aut densa, saepe setacei).

ad 170. DIGITARIA, — HALL. —; (graminea 2.) — *Calyc* — valvulis inaequalibus, mucronatis. —; — (Flores unilaterales, dispositi in spicis digitatis).

ad 174. PASPALUM, — JUSS. —; (graminea 2.)

ad 175. ARISTIDA, — JUSS. —; (graminea 2.) (Panicula ramosa, spiculis diffusis;).

*Insevat*ur: BOBARTIA, (BOBARTIE) LINN. JUSS. LAM. ill. tab. 41. (graminea 2.) — *Gluma* (calyx L.) multivalvis, valvulis imbricatis; *calyx* (corolla L.) bivalvis; — (Flores agglomerati, spicae in capitulum coalitae Cyperi in modum).

ad 176. ALOPECURUS, — JUSS. —; GRAMEN TOURN. (graminea 2.)

ad 177. POLYPOGON, — — (graminea 2.)

ad 178. PHLEUM, — JUSS. — GRAMEN TOURN. (graminea 2.) — (Flores sessiles, conferti in spicam ramosam).

ad 179. PHALARIS, — JUSS. — GRAMEN TOURN. (graminea 2.) — (Flores in spicis, aut in spicis paniculatis et ramosis).

ad 180. MILIUM, — JUSS. (graminea 2.) — (Flores in panicula barbati aut nudi).

ad 81. AGROSTIS, — JUSS. — (graminea 2.) —; (Flosculi in panicula).

ad 186.



- ad 186. LAGURUS, — JUSS. — (graminea 2.) —;  
(Flores in spicis).
- ad 188. MÜHLENBERGIA, — JUSS. mss. (graminea 1.)
- ad 189. STEGOSIA, — JUSS. mss. (graminea 2.)  
—; —; valvula interiori — breviorique reliquis, spora rotundata, —;
- ad 191. PEROTIS, — SCHREB. WILLD. — (Elongatio ramosa; folia plana, ad internodia barbata; — LAMARK cum *sacchari* genere coniunxit, a quo vix, nisi arista corollae (calycis JUSS.) differt).
- ad 192. SPINIFEX, — JUSS. —; (graminea 4.) — flos unus hermaphroditus, alter masculus; —; (Flores per paria dispositi in rachi seta terminata).
- ad 195. MANISURIS, — JUSS. LAM. ill. tab. 839. (graminea 4.) Monoïca; —; —; *stigmata* duo plumosa.
- ad 196. AIRA, — LINN. JUSS. —; (graminea 5.) *gluma* — valvulis acutis, membranaceis; —; —; (Flores in panicula; ad unum omnes colore argentea).
- ad 197. MELICA, — JUSS. —; GRAMEN TOURN. (graminea 3.) —; (Flores in spicis paniculatis).
- ad 198. COLLADOA, — CAVAN. ic. tab. 460. (graminea 4.) —; (Spicae per paria dispositae in pedicello communi axillari aut terminali).
- ad 199. AEGILOPS, — JUSS. —; GRAMEN TOURN. (graminea 4.)
- ad 200. HOLCUS, — JUSS. — GRAMEN TOURN. (graminea 3.) — —; *Flores masculi*: calycis (corolla auctr.) et pistillo destituti mixti hermaphroditis et minores; — (Flores in spicis paniculatis).
- ad 205. SEHIMA, — JUSS. mss. (graminea 4.) —; (Spica simplex; spiculae coniugatae, biflorae; flores masculi non aristati, hermaphroditis aristati).
- ad 208. DACTYLIS, — JUSS. GRAMEN TOURN. (graminea 6.)
- ad 209. UNIOLA, — JUSS. — (graminea 8.) — Flores in panicula: —;
- ad 210. BRIZA, (AMOURETTE —) — JUSS. —; GRAMEN TOURN. (graminea 8.) — Panicula florum diffusa.

- ad 211. POA, — JUSS. GRAMEN TOURN. (graminea 8.)
- ad 212. FESTUCA, — JUSS. — GRAMEN TOURN. (graminea 8.) *Gluma* (calyx auctt.) bivalvis, multiflorus; *calyx* (corolla auctt.) — valvulis oblongis, inaequalibus, acuminatis, exteriori longiori et ut plurimum apice aristata. — (Flores in panicula).
- ad 214. BROMUS, — JUSS. — ; GRAMEN TOURN. (graminea 8.) — ;
- ad 215. AVENA, — TOURN. — JUSS. — ; GRAMEN TOURN. (graminea 8.) — *calyx* (corolla auctt.) —, oblongus, valvulis acutis — ; — : (Flores in panicula laxa aut densa).
- ad 216. ARUNDO, — TOURN. — JUSS. — ; GRAMEN TOURN. (graminea 8.) — ; (Flores in spicis terminalibus).
- ad 218. APLUDA, — JUSS. — ; (graminea 10.) — ; (Flores in panicula).
- ad 219. PAPPOPHORUM, — JUSS. mss. (graminea 4.)
- ad 221. CENCHRUS, — JUSS. (graminea 4.) — ; *Gluma* bivalvis, biflora, flore altero hermaphrodito, altero masculino; — : (Flores spicati).
- ad 222. ROTTBOELLIA, — LINN. suppl. JUSS. — ; (graminea 4.) — *Calyx* — univalvis uniflorus flore hermaphrodito, aut bivalvis et biflorus flore altero masculino; *corolla* — maior *gluma* (calyce L.), inaequalis.
- ad 223. SECALE, — TOURN. — JUSS. — (graminea 7.) — ; *corolla* (calyx JUSS.) bivalvis, exteriori valvula aristata.
- ad 224. TRITICUM, — TOURN. — JUSS. — ; GRAMEN TOURN. (graminea 7.) — *gluma* et *flores* rachi oppositi; *calyx* (corolla L.) bivalvis, aristatus aut non aristatus.
- ad 225. HORDEUM, — TOURN. — JUSS. — (graminea 7.) — *Glumae* (calyces auctt.) duae aut tres in singulo axeos dente, bivalves, uniflorae; — .
- ad 226. ELYMUS, — JUSS. — ; GRAMEN TOURN. (graminea 7.) — *Glumae* (calyx) duae vel tres in singulo axeos dente, bivalves, (*Elym. hystrix* valvulae nullae) — aut saepe multifloris.

ad 227.

- ad 227. **LOLIUM**, — JUSS. — ; GRAMEN TOURN.  
(graminea 7.) — Flores oppositi axi aut rachi.
- ad 228. **CYNOSURUS**, — JUSS — ; (graminea 7.)
- ad 229. **ELEUSINE**, — (graminea 7.)
- ad 232. **SESLERIA**, — ARD. — — ; GRAMEN  
TOURN (graminea 7.)
- ad 233. **ANDROPOGON**, — JUSS. — ; GRAMEN  
TOURN. (graminea 3.)
- ad 234. **ANTHISTIRIA**, — JUSS — .
- ad 235. **HOLOSTEUM**, — JUSS. — ; ALSINE  
TOURN. (caryophyllea 1.) — *Calyx* quinquepartitus; — ;  
*corollae* petala — bifida — .
- ad 236. **POLYCARPON**, — JUSS. — ; (caryo-  
phyllea 1.)
- ad 237. **LECHEA**, — KALM. — JUSS. — ; (caryo-  
phylleis affinis) — ; *stamina* tria, interdum quatuor,  
quinque: *styli* nulli — ; *capsula* — placentae tres linea-  
res in centro capsulae positae; — ; *albumen* carno-  
sum; — . (Plantae herbaceae aut suffrutescentes, habitu  
simillimae *Lino*; folia alterna aut opposita; flores axil-  
lares aut dispositi in paniculas terminales.
- \* ad 239. **ERIOCAULON**, — JUSS. — ; (iuncinea  
1) Monoica: *Calyx* glutaceus; — ; — ; *ovarium* unum;  
— ; (Folia graminea; elongatio trunci ut plurimum  
nuda, gracilis, ad summum sustinens capitulum parvum  
squamosum, compositum centro floribus masculis, fe-  
mineis in peripheria, in calyce communi imbricato).
- ad 240. **MONTIA**. — MICH. — JUSS. — ; ALSINOÏ-  
DES VAILL. (portulacea 1.) — *Calyx* bivalvis vel — ;  
— ; *styli* tres; *stigmata* tria; — . (Elongatio herbacea,  
minima; folia opposita, fore connata; flores axillares et  
terminales).
- ad 241. **MOLLUGO**, — JUSS. — ; (caryophyllea 1.)
- ad 243. **QUERIA**, LOEFL. — JUSS. — ; (caryophyllea  
1.) — ; *styli* tres — . (Elongatio tenuis; bractee se-  
taceae, rectae, ad apicem mucrone recurvo hamoso mu-  
nitae).
- ad 244. **KOENIGIA**, — JUSS. — ; (polygonea). — ;  
*stylus* nullus — (Elongatio herbacea, nodosa. folia al-  
terna, basi vaginantia, terminalia et quaterna; flores  
terminales, fasciculati).

ad 245.

- ad 245. DONATIA, — FORST. nov. gen. tab. 5. JUSS.  
—; (caryophyllea I.) —. (Elongatio trunci simplex,  
tecta foliis imbricatis, linearibus).
- ad 246. PROSERPINACA, — JUSS. —; TRI-  
XIS GAERTN. —; (onagraria I.) —; styli nulli, stigmata  
tria —; —; albumem carnosum, —. Genus antea fa-  
miliae *Hydrocharideum* civis; plantae aquaticae; folia al-  
terna, inferiora pinnatifida; flores sessiles, axillares).

## C L A S S I S Q U A R T A.

- Inseratur: PHYLA, (PHYLE) LOUR. I. pag. 83.  
(primulaceis affinis). — Calyx communis polyphyllus,  
imbricatus; proprius diphyllus, foliolis lanceolatis; co-  
rolla monopetala, irregularis; staminum filamenta bre-  
via; ovarium rotundatum; stylus brevis; stigma incre-  
satum; sporae nudaе, solitariae, receptaculo communi  
insertae. — (Elongatio trunci repens; folia opposita;  
pedunculi laterales solitarii).
- ad 247. GLOBULARIA, — TOURN. — JUSS. —;  
(primulaceis affinis) involucrium — hemisphaericum,  
—; — corolla tubulosa, —; ovarium superum; stylus  
unus; stigma simplex; —. (Elongatio trunci herbacea,  
simplex, uniflora; folia radicalia saepe spathulata;  
Globulariae habitu proximae *Dipsaceis* sed dissitae et re-  
motae insertione staminum; differunt etiam a primula-  
ceis sporis nudis et florum dispositione; proteaceae;  
corollis deficientes, nihilominus aliquam similitudi-  
nem intrant cum Globulariis, quae, novam indicare vi-  
dentur familiam naturalem).
- ad 248. DIPSACUS, — TOURN. — JUSS. —; —  
Involucrium (calyx communis) — multiflorum; —; sta-  
mina quatuor exserta stigma simplex; spora oblonga,  
angulosa, — calyce proprio coronata; —. (Elongatio  
trunci herbacea, aspera, aut aculeata; folia interdum  
basi connata; flores terminales, in capitulos conicos  
aut globosos dispositi).
- ad 249. SCABIOSA, — TOURN. — JUSS. —; involu-  
crium — foliolis uno aut multiplici ordine dispositis,  
aequale aut inaequale, hemisphaericum; calyx — exte-  
rior ovarium cingens, —; interior sub ovario; corolla —  
tubo longo, —; stamina quatuor exserta; stigma emar-  
ginatum; —; receptaculum conico —; —. (Folia sim-  
pli-



plia aut pinnatifida; flores saepe terminales; species quaedam suffrutescentes).

- ad 250. **KNAUTIA**, — JUSS. —; **SCABIOSA** VAILL. —: *involucrum* — formatum foliolis rectis, simplici serie dispositis, —; *calyx* — interus, persistens; — —; *corolla* — tubo oblongo, —; *stamina* quatuor inclusa; *stigma* bifidum; *spora* oblonga, —. (Flores terminales).
- ad 251. **ALLIONIA**, — JUSS. — *Calyx* proprius parvus, infundibuliformis, limbo inaequali, latere exteriori quadrilobus —; *spora* basi calycis, cuius pars superior caduca est, tecta; — (Flores in pedunculis solitariis et axillaribus).
- ad 51. **PERAMA**. — AUBL. tab. 18. —; (verbenacea 2.) —; *stigma* simplex, *spora*e duae-quatuor minimae; (Elongatio herbacea, villosa; folia opposita, sessilia, multinervia; flores in capitulis terminalibus, pedicellati, bractea una muniti).
- ad 253. **PYROSTRIA**, — COMMERS. —; —; *stigma* capitatum; — *drupa* — parva, non coronata, —; (Arbor humilis folia integerrima, coriacea; pedunculi axillares, uni aut multiflori).
- ad 254. **MYONIMA**, — COMMERS. —; (rubiacea 8.) — *Corolla* — laciniis obtusis —; *antherae* oblongae, exsertae; *stigma* incrassatum; *baccu* exsucca, cerasiformis, depressa, non coronata, — *nuce* quadriloculari —; *spora*e uno latere concavae, altero convexae; (Frutex foliis integerrimis, nitidis; pedunculis axillaribus, terminalibus, uni-trifloris).
- ad 255. **PETITIA**, — JUSS. (verbenacea 1.) *Calyx* parvus, —; *corolla* — tubo longo, — *stamina* brevia; *stigma* simplex; —; (Frutex foliis integerrimis, glabris; floribus in paniculis axillaribus et oppositis).
- ad 256. **AQUARTIA**, — JUSS. —; (solanea 2.) —; *Corolla* — tubo brevissimo, —; *filamenta* brevia; *stigma* simplex; *bacca* pisiformis —; (Elongatio spinosa aut inermis, tomentosa; folia tomentosa; habitus *Solani*).
- ad 257. **ROUSSEA**, —; (campanulea 1) —; *corolla* — laciniis acutis —; *stamina* corolla longiora; —; *spora*e multae;
- ad 258. **CALLICARPA**, — JUSS. —; (verbenacea 1.) — *corolla* tubulosa, —; *stamina* exserta, magnitudine aequali; *stigma* simplex; —; (Frutices gossypiosae. flores axillares, subverticillati; pedunculi dichotomi, multiflori).

ad 259.

ad 259. **WALLENIA**, — (sedis incertae) —; *ovarium* unum; *stylus* unus; —; (Arbor ramis cylindraceis; folia alterna, integerrima; flores in racemis terminalibus).

*Inseratur post WALLENIAM: FOSCARENA*, (FOSCARENE) VAND. flor. bras. (sedis incertae) *Calyx* inferus, laciniis quatuor aequalibus; *corolla* monopetala, infundibuliformis, longa; *antherae* quatuor sessiles, longae, fauci corollae insertae; *ovarium* . . . ; *stylus* . . . ; *stigma* . . . ; *drupa* nuce monospora; (Elongatio trunci arborescens, tuberculosa, spinosa; folia integerrima, subtus villosa; flores in capitulis axillaribus).

**URCEOLA**, — (URCEOLE) VANDEL. flor. brasil. tab. I. f. 4. (sedis incertae) *Calyx* hexaphyllus; *corolla* infundibuliformis, tubo longo; limbo lobis quatuor patentibus, extorsum recurvis; *stamina* exserta; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* globosum; *capsula* urceolata, bilocularis, polyspora.

ad 261. **WITHERINGIA**, — JUSS. — (Solanea 2.) *Calyx* persistens —; *corolla* — foveolis melliferis; fauce pilis clausa; limbo patente; *stamina* cum foveolis alterna, versus medium tubi inserta; *filamenta* brevia, villosa basi appendiculata; *antherae* — oblongae, lateraliter dehiscentes; *stylus* unus; *stigma* capitatum; *bacca* — polyspora? (Truncus subterraneus (radix auctt.) fusiformis; flores axillares).

ad 262. **AEGIPHILA**, — JUSS. —; (verbenacea 1.) *Calyx* parvus — persistens; *corolla* — limbo plano, aequali; *stamina* aequali longitudine exserta; — *stigmata* duo oblonga; — nuculi quatuor monospori, quibusdam abortivis; (Frutices pedunculis multifloris, floribus ternatis).

\* **MANABAEA**, (MANABO) AUBL. Guy. tab. 25. JUSS. (verbenacea 1.) *Calyx* turbinatus, quadridentatus; *corolla* tubo brevi, limbo aequali, quadrifido; *stamina* exserta; *stigma* bifidum; *bacca* bilocularis, dispora, calyce cincta; (Frutex ramis villosis; folia integra; flores in capitulis densis, axillares).

ad 263. **NUXIA**, — COMMERS. — (sedis incertae?) —; *antherae* ovales; *ovarium* superum ovale; —; (Arbor foliis verticillatis, integerrimis; flores in racemis axillaribus; — Genus a COMMERSONIO constitutum cum *Manabaea* coniunctum esse voluit JUSSIEU.)

*Inseratur*: \*MOSCHARIA, (MOSCHARIE) FORSK.

Juss. (sodis incertae); *Calyx* globosus, villosus, apice quinquedentatus, persistens; *corolla* membranacea, clausa; *antherae* sessiles, connatae, et intra corollam positae; *ovaria* quatuor; *stylus* unus; *stigma* simplex; *sporae* quatuor nudaе; (Genus labiatis analogum).

ad 264. CEPHALANTHUS, — JUSS. —; PLATANOCEPHALUS, VAILL. (rubiacea 10.) — *calyx* proprius angulosus —; *corolla* tubo gracili —; *stamina* brevissima, parum exserta; *stigma* globosum; —; *capsulae* circumpositae in globulos; — loculi duo abortientes. (Frutices; pedunculi elongati, terminales aut axillares).

ad 265. ROUHAMON, — (apocineis affinis) —; *stamina* super tubum inserta; *antherae* biloculares; *ovarium* unum; *stylus* unus; *stigma* bifidum; —; (Frutex ramis oppositis; folia integerrima, trinervia; flores in corymbis axillaribus, oppositis; cyrrii solitarii in foliorum axillis).

ad 268. CENTUNCULUS, — JUSS. — ANAGALLIS, VAILL. —; (Folia opposita et alterna; flores solitarii, axillares; interdum stamina quinque, et quinque limbi corollae laciniae, et tunc congener *Anagallidis*).

ad 270. PLANTAGO, — TOURN. — JUSS. — CORONOPUS, TOURN. —; (Folia omnia radicalia; flores in spicis densis, bractea muniti).

ad 271. PSYLLIUM, — TOURN. —; (Folia opposita).

ad 272. POLYPREMUM, — JUSS. —; *stamina* brevissima; *stylus* unus; *stigma* simplex; (Elongatio herbaea, pendula; folia verticillata; pedunculi solitarii, uniflori, in dichotomia foliorum positi).

ad 273. BUDLEIA, — JUSS. —; *Calyx* parvus —; *corolla* — subcampanulata, —; *capsula* — valvulis integris, dissepimentum simplex; (Frutices; folia verticillata; flores axillares).

ad 275. EXACUM, — JUSS. —; (gentianeae 2.) —; (Flores axillares aut terminales, aut dispositi in corymbum dichotomum ad punctum dichotomiae uniflorum).

ad 277. COUTOUBEA, — AUBL. Gny. tab. 27. JUSS. —; —; *filamenta* basi dilatata; *antherae* sagittatae; *stylus* unus; —; (Flores in spicis axillaribus et terminalibus).

ad 278. TACHIA, — AUBL. Guy. tab. 29. — *stylus* longus; *stigma* bilamellatum; —; (Frutex lactescens; rami oppositi, tetragoni, sarmentosi; folia opposita; flores solitarii in axillis foliorum).

ad 279. POUTERIA, — JUSS. —: (ebenacea 1.) —; *corolla* basi calycis inserta — tubo verrucoso, —; — *capsula* villosa, —; *sporae* —, amygdaliformes; (Flores axillares, saepe pedunculati).

Inseratur: ERIPHIA, (ERIPHIE) BROWN. jam. 270. JUSS (sedis incertae). — *Calyx* ventricosus, quinquentatus; *corolla* tubulosa, fauce dilatata, limbo parvo, quinquelobo; *stamina* epipetala; *filamenta* conniventia, arcuata; *antherae* adglutinatae; *quinti staminis rudimentum*; *ovarium* superum; *stulus* unus; *stigma* bifidum; *bacca* coronata, calyce tecta, globosa, utroque latere glandulosa, unilocularis, polyspora; *sporae* parvae, receptaculo centrali insertae. — (Genus proximum Scrophulariis; — elongatio herbacea; flores conferti, axillares).

ad 280. PENAEA, — JUSS. —; — *corolla* calyce duplo longior et latior, — limbo brevi; *stamina* ad summum corollae inserta et cum laciniis alterna; *antherae* rectae; *ovarium* superum; *stylus* filiformis, aut quadrangulo-membranaceus; *stigma* capitatum aut —; —. (Frutices ad basin asperae per foliorum delapsum; supra munitae foliis cruciformiter oppositis, sessilibus, floralibus coloratis: flores terminales, sessiles, solitarii aut coaliti fructus similis fructu acanthi, sed est quadrilocularis; — num ad familiam acantheorum pertinet?).

ad 281. BLAERIA, — JUSS. — (erica 1.). *Calyx* — laciniis linearibus; *corolla* — tubo cylindraco, —; *antherae* oblongae, rectae, emarginatae, ut plurimum exsertae; —; *capsula* — oligospora. (Suffrutices habitu ericarum: folia parva, verticillata; flores in capitulis terminalibus aut remotis).

ad 282. CHOMELIA, — JUSS. —; *Calyx* parvus, — *corolla* infundibuliformis — tubo — gracili, —; *antherae* superiore tubi parte insertae, lineares, subsessiles, non exsertae; —. (Frutex ramosissima et spinosissima; spinae super ramos sparsae, et axillares; folia in ramorum extremitatibus, integerrima; pedunculi solitarii et axillares).



*Inseratur*: CUSSAREA, — (CUSSAREE) AUBL. Guy. tab. 38. (rubiacea 6.). — *Calyx* quinquedentatus; *corollae* tubus brevis, limbo acute quinquepartito; *antherae* oblongae, ad faucem corollae subsessiles, exsertae; *stigma* quadri aut quinquefidum; *bacca* unilocularis, parva; *nux* monospora; *spora* coriacea. — (Frutex foliis integerrimis; flores saepe terminales).

ad 283. MALANEA, — AUBL. Guy. tab. 41. JUSS. —; (rubiacea 6.). *Corolla* parva, — tubo brevi —; *stamina* exserta; *bacca* parva, —. (LAMARCK cum hoc genere genus *Antirhea* COMMERSONI coniunctum esse voluit. — Frutex sarmentosa ramis pendulis; folia revoluta; flores in spicis axillaribus ad ramorum extremitates .

ad 284. SCOLOSANTHUS, —; *Calyx* quadridentatus; —; *antherae* longitudine tubi; —. (Rami cylindranei; folia subsessilia, integerrima).

ad 285. PAVETTA, — RHEED. —; *corolla* — limbo patente, — laciniis acutis; *antherae* subsessiles et exsertae; —. (Frutex foliis integerrimis; flores in corymbis terminalibus):

ad 286. IXORA, — JUSS. —; *corolla* — laciniis obtusis —; *antherae* subsessiles et exsertae; —. (Frutices; flores in corymbis terminalibus).

ad 287. PETESIA, JUSS. — (Frutices; pedunculi axillares, uni aut multiflori),

ad 288. CATESBEA, — JUSS. — (rubiacea 3.) — *corolla* magna, —; —; *antherae* oblongae, exsertae —; (Frutex spinosissima; folia parva, integra; flores solitarii, axillares).

ad 289. FROELICHIA, —; (Arbor parum elata; rami tetragoni, glabri; folia opposita, integerrima, flores in panicula terminali).

*Inseratur*: POLYOSUS, (POLYOSE) LOUR. (sedis incertae) —; *Calyx* inferus, quadridentatus, *corolla* monopetala, tubo brevi, limbo quadrilobo; *stamina* quatuor, brevia, in tubo affixa; *antherae* oblongae; *ovarium* unum; *stylus* unus. *stigma* magnum, emarginatum; *bacca* calycinalis, unilocularis, dispora; — (Arbor excel-sa, folia bipinnata; flores in racemis axillaribus et brevibus),

ad 291. ERNODEA, —; *stigma* truncatum; —; (Frutex ramis tetragonis; folia opposita, sessilia, integerrima),

ad 292.

- ad 292. **SIDERODENDRUM**, — *Calyx* profunde quadrifidus; —; *filamenta* staminum brevissima; *stylus* longitudine corollae; —; (Flores in pedunculis axillaribus).
- ad 293. **FERNELIA**, —; *Calyx* — laciniis subulatis; *corolla* — tubo brevi: — *bacca* pisiformis, parum carnosa —; (Frutex; folia opposita; flores subsolitarii, axillares).
- ad 296. **MITCHELLA**, — JUSS. —; *Calyces* adnatae per internam superficiem, —; *corolla* — tubo cylindrico —; *stamina* vix exserta; —; (Elongatio herbacea, articulata;).
- Inseratur*: **PATABEA**, (PATABEE) AUBL. Guy. t. 43 JUSS. LAM. tab. 65. (rubiacea 10.) Flores capitati, distincti interpositis bracteis; capituli florum squamati; *calyx* quadridentatus; *corolla* tubulosa, quadrifida; *antherae* subsessiles; fructus . . .; (Frutex ramis dissitis: florum capituli solitarii et subsolitarii).
- FARAMEA**, (FARAMEE) AUBL. t. 40. f. 1. JUSS. (rubiaceis affinis); *Calyx* turbinatus, quadridentatus; *corolla* tubulosa, limbo quadrifido; *stamina* non exserta; *ovarium* inferum; *stylus* unus; *stigma* bilobum; *fructus* bilocularis; (Frutex foliis oppositis, integerrimis; pedunculi terminales, multiflori).
- ad 297. **EVEA**, — AUBL. Guy. tab. 43. JUSS. —; — *antherae* oblongae, subsessiles, non exsertae; —; (Frutex ramis tetragonis: folia ovalia, integerrima; flores in capitulis axillaribus, solitarii).
- ad 298. **HEDYOTIS**, — JUSS. — (Herbae aut suffrutices; flores terminales aut axillares).
- ad 299. **OLDENLANDIA**, — PLUM. — (rubiacea 3.) —; (Elongatio herbacea, interdum sublignosa; pedunculi terminales aut axillares, uni aut multiflori; folia basi connata membrana ciliata).
- ad 301. **NACIBAEA**, — JUSS. —; *corolla* ad faucem tubi attenuata, —; *capsula* — valvulis navicularibus, marginibus intransibus et membranaceis; quasi capsulae duae; — (Pedunculi solitarii, axillares, multiflori).
- ad 302. **CARPHALEA**, —; *Calyx* turbinatus, — laciniis oblongis, — persistentibus; *corolla* — tubo longo, filiformi, ventricoso, — lacinae acutae, angustatae; *antherae*

*therae* oblongae, subsessiles, fauce tubi insertae; *stigma* acutum? —; (Frutex elongatione cylindrica; folia in fasciculis oppositis et verticillatis; flores oppositi in corymbis terminalibus).

ad 304. SANGUISORBA, — JUSS. — PIMPINELLA, TOURN. —; *ovaria*, *styli*, *stigmata*, simplicia duo; —

ad 305. HOUSTONIA, — GRON. — JUSS. —; (rubriacea 2. ) —; *stamina* minima; *ovarium* superum; —; (Flores terminales).

ad 306. ANTHOSPERMUM, —; (Frutex; folia verticillata, minima; flores axillares).

ad 307. RUBIA, — TOURN. JUSS. —; —; *sporae* glabrae; (Plantae nitidae aut muricatae; flores in corymbis axillaribus et terminalibus).

ad 308. GALLIUM, — TOURN. JUSS. —; APARINE, TOURN. — —; *sporae* glabrae in *Gallium* TOURN., hispidae in *Aparine* TOURN., non coronatae; (Elongatio trunci herbacea, glabra aut aspera; flores terminales aut axillares, saepe dispositi in corymbis paniculatis).

ad 309. ASPERULA, — JUSS. —; GALIUM, APARINE, CRUCIATA TOURN. —; *corolla* — interdum trifida, et *stamina* tria; —; (Flores terminales; aut axillares).

ad 311. SHERARDIA, — — APARINE, TOURN. —; (Flores axillares aut terminales).

ad 312. SPERMACOCE, —; (Flores axillares; interdum verticillati aut in capitulis terminalibus).

ad 313. KNOXIA, — JUSS. —; *Calyx* — quadridentatus; *corolla* tubulosa, — limbo quadridentato; —; (Flores alterni, dispositi in spicam terminalem).

ad 314. DIODIA, — JUSS. —; — *corolla* tubulosa, —; (Elongatio trunci prostrata; flores sessiles).

ad 315. CRUCIANELLA, — JUSS. — RUBEOLA, TOURN. —; *corolla* tubulosa, — —; rarius quinquesida et *stamina* quinque.

ad 316. SIPHONANTHUS, — JUSS. —; *ovarium* quadrifidum; *stylus* unus; *stigma* simplex; —. (Elongatio trunci herbacea, simplex; folia ternata, sessilia; flores in racemis terminalibus).

ad 311. EPIMEDIUM, — TOURN. — JUSS. — *calyx* — patens; — foliola duo basi bractea munita; *corollae*

*rollae* petala — patentia, similia calyci eiusque folioliis opposita; — *stylus* lateralis; *stigma* simplex; —. (Elongatio herbacea, iuxta truncum (radicem auct.) squamis cincta; folia bi aut triternata).

ad 318. PTELEA, — JUSS. —; *calyx* parvus, —; —; *ovarium* simplex; *stylus* brevis; —; *sporae* oblongae. (Frutices; folia alterna, ternata, rarius impari pinnata, et glandulis subcutaneis translucetibus obsita; flores fere in corymbo axillari et terminali; interdum petala quinque et quinque stamina, stigmata tria et loculi tres; interdum etiam dioici).

ad 319. PTELIDIUM, —. (Frutex foliis oppositis integerrimis).

ad 321. SKIMMIA, — —; *calyx* — persistens; *corolla* — minima; — *stylus* unus, *stigma*. . .; *bacca* pisiformis, —. (Frutex foliis alternis, floribus in panicula terminali).

*Inseratur*: ALLASIA. (ALLASIE) LOUR. (sedis incertae). — *Calyx* monophyllus, limbi laciniis quinque villosis; *corollae* petala quatuor parva, concava; *filamenta* crassiuscula; *antherae* biloculares; *ovarium* unum; *stylus* unus; *stigma* acutum; *bacca* carnosa, magna, oblonga, unilocularis, in pulpa continens *sporam* unam. — (Arbor excelsa; folia digitata, integerrima; pedunculi multiflori).

ad 322. AZIMA, — JUSS. — *Calyx* ventricosus, campanulatus, —; *corollae* petala — linearia, alterna cum laciniis calycis, apice parum reflexa; *stamina* receptaculo inserta, alterna cum petalis; *filamenta* recta, incrassata; *antherae* oblongae, cernuae; *ovarium* subquadrangulum; *stylus* brevis, *stigma* acutum; *capsula* subcarnosa, pisiformis, unilocularis —; *sporae* orbiculares; leviter compressae, altera abortiva. — (Genus analogiam cum τῷ STRYCHNOS habere videtur; frutex sempervirens; rami rigidi, spinosi; folia opposita, coriacea, integerrima, spinose mucronata, ad basin spinis quatuor verticillatis munita; flores solitarii axillares, sessiles, parvi).

ad 324. HATOGIA, — SCHREBERA — JAUME; (rhamnea 2.) — *Calyx* parvus, — quinquepartitus? *Corolla* infundibuliformis, quinquefida? *stamina* quinque fauci corollae inserta; *filamenta* introrsum squama cili-



ciliata munita; ovarium bilobum; styli duo; stigmata duo; fructus bilocularis, disporus. — (Frutex foliis alternis; pedunculi numerosi, multiflori et axillares).

*Inseratur: DORATIUM, (DORATIE) SOLAND.*  
 JUSS. MSS. (rhamnea 2.) — *Calyx* profunde quadrifidus; *corollae* petala quatuor calyce longiora; *stamina* quatuor petalis breviora; *ovarium* superum; *stylus* unus; *stigma* apice quadrifidum aut apice quinquepartitum; *drupa* globosa, nuce ossea, aequae globosa, quadri aut quinqueloculari, tetra aut pentaspora.

*MAYEPEA, (MAYEPEE) AUBL. Guy. tab. 227.*  
 JUSS. (rhamnea 3.) — *Calyx* quadrifidus, patens; *corollae* petala quatuor inter lacinias calycinas inserta, basi concava, versus summum in longum filamentum attenuata; *stamina* quatuor; *antherae* sessiles et positae intra petalorum foveas; *stylus* nullus; *stigma* incrassatum concavum; *drupa* olivaeformis, nuce monospora, lignosa.

ad 325. *CURTISIA, — —; (Frutex; folia opposita; flores in panicula terminali).*

*Inseratur: CONTRARENIA, (CONTRARENIE) VAND fl. brasil. tab. 3. f. 20. (sedis incertae). —*  
*Calyx* tubulosus, bifidus; *corolla* parva, ligulata, apice trifida; *stamina* inclusa; *ovarium* unum; *stylus* tenuis, intus curvatus; *stigma* globosum; *capsula* bilocularis, associata calyce et corolla exsiccata, polyspora (VANDELLEI hanc plantam ad Didynamiam amandavit).

ad 326. *FAGARA, — JUSS. —; (terebinthaceis affinis) — capsula* una (rarius duae-quinque) — unilocularis, —; *spora* — nitida. — (Frutices aut suffrutices, spinosae aut inermes; folia alterna, simplicia aut ternata, saepissime impari pinnata, glandulis subcutaneis translucens oblecta, flores fasciculati aut in racemis axillaribus).

ad 331. *TRAPA, — JUSS. —; TRIBULOÏDES TOURN.*

ad 332. *CISSUS, — JUSS. —; — (Folia uni-biter-nata —).*

ad 333. VOTOMITA, — (Frutex ramis tetragonis; folia opposita integerrima; pedunculi axillares tri aut quadriflori).

ad 352. PERSOONIA, — VENT. jard. malm. tab. 82. — corolla (calyx sec. JUSS.) — laciniis rectis, apice arcuatim revolutis, —; filamenta linearia, compressa; antherae longitudinaliter dehiscentes; ovarium in pedunculo brevi, basi glandulis exsertis cincto; stylus cylindricus; stigma truncatum —.

Iuxta 370. inseratur:

CATONIA, (CATONIE) BROWN. JUSS. (sedis incertae). — Calyx superus, quadrifidus; corolla nulla; stamina quatuor; ovarium inferum, globosum; stylus unus; stigma simplex; bacca carnosa, coronata; sporae quatuor, una aut duabus saepe abortientibus. — (Frutex foliis oppositis, margine parallele venosis).

Inseratur: LAGENUA, (LAGENULE) LOUR. JUSS. MSS. (cucurbitaceis affinis). — Calyx quadrifidus; stamina quatuor; ovarium cinctum et disco carnoso tectum, quadrilobum; stylus incrassatus; stigma simplex; bacca parva, ampullaeformis, bilocularis loculo singulo disporo. — (Frutex elongatione scandente; folia pedata).

OCTARILLUM, (OCTARILLE) LOUR. conch. 113. (eleagni). — Calyx urceolatus limbo quadripartito; staminum quatuor filamenta brevissima; ovarium oblongum; stylus staminibus longior; stigma incrassatum; bacca ovali oblonga, monospora; spora arillata. — (Frutex foliis alternis, integerrimis; pedunculi uniflori, solitarii, axillares).

## C L A S S I S Q U I N T A.

Inseratur: GONUS, (GONE) LOUR. conch. pag. 809: (terebintacea 3.) — Calyx profunde quadrifidus, post florescentiam caducus; corolla tetrapetala; stamina brevis-

vissima; ovarium tetragonum; *stigmata* quatuor sessilia; *drupae* quatuor, singula monospora. — (Frutex: folia impari pinnata; flores in spicis subterminalibus).

ad 394. NYCTAGO, — IALAPA MEDICUS monad. pag. 83. — *filamenta* super ovarium connata, tubo coriaceo sporam ambiente; e margine tubi surgunt filamenta quinque recta, chordarum in modum extensa, — ubi corollae tubum attingunt eò adglutinantur, deinceps libera; ovarium intra tubum staminum, supra pyriforme *stylus* longus, exsertus, *stigma* capitato globosum, glandulis pedicellatis obiectum; inflorescentiae tempore globulus supera parte vacuus, nisi filamentis extensis permeantibus; foecundatione peracta, ovarium grossificatur, corollae tubo deciduo globulus indurascit, supra clauditur, nuciformis evadit, sporis repletur. Conspici autem omni temporis momento adhuc valent quae restant filamentorum tubi membranae scariosae inter nucem sporasque — Propter filamentorum singularem fabricam ad monadelphias medicus *Ialappam* retulit vid. l. l. pag. 84. et ibid. de involucro et calyce recte dijudicatus est.

ad 399. PLUMBAGO, — MEDICUS monad. pag. 86. — *corolla* — infra parum ventricosa, tubo aequali supra dilatato —; *stamina* intra ventricosam corollae partem connata in tubum crassiusculum; *filameata* quinque; *antherae* violaceae; — *stylus* longitudine filamentorum; *stigma* — laciniis linearibus radiantibus; *capsula* oblonga, quinquangula, acuminata, clausa, lateraliter ad angulos valvulis quinque dehiscens, apice coniunctis remanentibus *spora* ut capsula oblonga, propria testa sua vestita: *stylus capsulam penetrat*, receptaculum efformans centrale fundo calycis innatum, sporis maturis filum longitudinaliter decurrentem effingens.

ad 429. ANAGALLIS, — MEDICUS monad. pag. 89. — *corolla* campanulato rotata — lobis rotundatis *stamina* basi arachnoideo — connata; e tubo staminum *filamenta* quinque; *capsula* rotundata, —; receptaculum capitatum, sporiferum; *spora*e trigonae.

ad 430. LYSIMACHIA, — MEDICUS monadelph. pag. 89. — *corolla* basi tubo brevi connata petala quinque patentia, *filamenta* e tubo connato recta quinque; — receptaculum capitatum, sporiferum *spora*e trigonae; *capsula* semper apice quinquevalvis, valvulis sponte separabilibus.

ad 539. **TOURNEFORTIA**, — **VERRUCARIA**  
 MEDIC. monadelph. pag. 103. — *corolla* — laciniae sub-  
 bulatae; *stamina* — supra filo coriaceo coniuncta; *ova-*  
*rium* rotundatum; — fructus *drupa* — nuces quadrival-  
 ves, coriaceae, —.

ad 542. **SOLANUM**, — **AMATULA** MEDIC. monad.  
 pag. 106. *calyx* — laciniae ovali acuminatae; — *fila-*  
*menta* basi connata, membranacea elongatione apicesub-  
 quinquefida; —.

ad 692. **BALSAMINA**, — MEDIC. p. 70. — *stylus*  
 conicus; *stigmata* quinque radiata. —

---



